

Dessenno.
1556









4 [illegible]

5 [illegible]

[illegible]



Hobo.



DE COMPOSITIONE MEdicamentorum, hodierno æuo apud Pharmacopolas paſsim extantium, Libri X. BERNARDO DESSENNIO Cronenburgio, Doctore Medico Colonienſi autore.

Simplicium atque Aromatum nomenclaturis Latinis ac Germanicis tantùm ab autore antea editis, nunc etiam Gallicas & Italicas in harum nationum gratiam adiecimus, cum Indice earundem omnium locupletiſsimo.



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LVI.
Cum Priuilegio ad decennium.

SVMMA LIBRORVM
huius uoluminis.

Galenus de Antidotis primo:

Medicum peritum esse consulo, si fieri potest, omnium stirpium: sin minus, at plurimarum, & quarum usus multus est.

Idem libro, Quòd optimus Medicus sit Philosophus:

Verus Medicus, & sobrietatis, & ueritatis amator comperitur.

De diebus decretorijs primo:

Medicum accuratè curãdi, & præsagiendi, peritum esse oportet.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.



VANTI momenti ac ponderis, optime Lector, proba medicamentorum compositio non solum eam factitantibus, uerumetiã recipiẽtibus quibuslibet ægris, esse debeat, manifestius ac clarius apud omnes est, quàm ut hic ea de re longo uerborum ambitu agamus. Quod ueteres illi tam Græcorum quàm Latinorum Medicorum coryphæi acri iudicio perpendentes, eam Medicinæ partem, quæ est de miscendis rectè & construendis pharmacis, amplißimis commentarijs editis, diligentißimẽ persecuti sunt. Hisce succeßêre Arabes aliquot, præstanti ingenio & eruditione perfecta uiri, haud multò cæteris inferiores, qui pharmacopœiam accuratè quidem, sed peregrinis uocabulis ita nostri orbis hominibus tradidêre obscuram, ut in arte etiam exercitatißimis Delio natatore opus uideretur. Quæ res nõ paruam, in huiusmodi explicandis, doctißimis quibusq; hac tempestate Medicis difficultatem peperit, qui dum uarij uaria scribunt, dubijsq; opinionibus tollendis, alias dubitationes congerunt, cæcutientibus non lucem, sed tenebras offuderunt, quiq; se Oedipum in Sphingis ænigmate polliciti erant, uix Dauum se præstiterunt. Proinde doctißimus hic noster ac insignis Medicus Cronenburgius, immortalẽ gloriam, & nulla uetustatis obliuione delendam famam consecutus est, qui in hoc tam intricato, tamq; uasto Labyrintho ueluti alter Theseus filo sinuosos uiæ anfractus commostrauit, tamq; diuersis ac contrarijs pugnantium Doctorũ sententijs mira ingenij dexteritate ac sagacitate iudicium suum

interposuit, ut nihil, aut admodum parum restare uideatur, quod Medicinæ studiosos in pharmacopœia, aut simplicium cognitione remorari poßit. Cæterum quia in simplicium enarratione sæpe hic autor sua uernacula lingua Teutonica aut Germanica nomina explicat, quæ Galliæ & Italiæ sunt incognita: ideo magnopere è re omniũ fore putauimus, si ea quoq; quàm fieri posset, syncerißimè Gallicè & Italicè redderemus, ut hic liber non uni tantùm, sed tribus nationibus ex æquo usui esse posset. Neque uerò hac ratione ullam iniuriã ipsi autori illatã putamus, quasi quicquã de nostro contra illius mẽtem hisce libris inseruerimus: sed huiusmodi nuda ueraq; simplicium Gallica ac Italica interpretatione, ueluti nouo quodam corollario Autoris nomini, studiosorumq; utilitati consultum uoluimus. Quare hunc nostrum laborem, ac propensam in rem literariam diligentiam in meliorem partem interpreteris, eaq; cauillandi studio posthabito, æquo animo fruaris.

Vale.

REVERENDISSIMO

SIMVL AC ILLVSTRISSIMO Principi & Domino Dn. Adolpho, Coloniensis ecclesiæ Archiepiscopo, sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principi Electori, Vuestphaliæ atq; Angariæ Duci, apostolicæ sedis legato nato, &c. Domino suo clementißimo, BERNARDVS Dessennius Cronenburgius Medicus, diuturnā incolumitatem, tranquillam ditionem, ac sempiternam felicitatem precatur.



DMIRANDVM & diuina præditum natura Hippocratem Coum, Artis Medicæ conditorem summum, è Dijs oriundum, atque Artaxerxis magni Persarum Regis tempore, in Illyria, Macedonia, ac omni adeò Græcia, supremo loco habitum Philosophum, inter pleraque eximia præcepta, quibus omnium primus Medicum erudijt, memoriæ prodidisse legimus, reuerendißime Præsul, idemq; Princeps illustrißime, ut diligenter & constanter in multarum rerum contemplatione uersetur, uniuersa medicamenta animo contineat, eorundemq; facultates tam simplices, quàm compositas expēdat, quæ equidem hominibus, à morbis, subinde à morte, uindicandis, curationibusq; ex ratione inueniendis, perficiendisq;, utiles esse poßint. Vnde ad uarios usus necessarium fuit, & quæ intra humanū corpus ingeruntur medicamina, utpote Antidota, Cathartica, Syrupos, Eclegmata, Catapotia, Pastillos: quæq; extrà apponuntur, uelut Cerata, Emplastra, Olea, Vnguenta, Epithemata, similisq; generis cōpositiones non modò paratas, uerùm insuper absolutè perspectas habere: ut speciatim, pro singulis naturis, & cuiuscunq; corporis discrimine conue-

niant, priusquam ad artis doctrinam exercendam Medicus admitti debeat. Nec id satis, cùm periti ignariq; Medici officium sit, non partes corporũ dignoscere solùm ex calido, frigido, humido, sicco, inter sese mistis elemẽtis, prouenire, aut prima elementa intelligere: sed partiũ unamquanq; seorsum studiose æstimare, disquirere, & in similaribus particulis exercitari, quæ nimirũ sit oßium temperatura, quæ neruorum, uenarũ, arteriarum, tendonũ, aliarumq; omnium: pari quoq; ratione, & instrumentariarũ cognitio examinanda uenit, nimirũ quæ natura ac cõstitutio manus, cruris, capitis, iocinoris, cordis censenda sit. Atqui nec hic ei subsistendum, sed uniuscuiusq; mẽbri temperamentũ, propria actio, formatio, positura, potentia, humorũ discrimina, morborum quàm plurima genera, differentiæ, causæ, accidentia, qualiter singula singulis partiũ adueniant: mox quantũ à statu naturali forte recedãt, & num ad salutẽ pristinam, omnino nequeant reduci: hæc inquã omnia Medico inuestiganda, exploranda, intelligenda, cognoscendaq; sunt, opere indefatigabili, qui hominũ corporibus, siue tutandis, siue curandis, præficiendi erunt. Porrò quorsum ista inuenisse cõuenit, nisi aptã præsidiorum materiã, atq; celebrem horũ notitiã, pro multiplici medendi uarietate (quæ haud minima est artis portio) & genuinũ usum consequuti fuerint? Quomodo autem consequentur, nisi artium liberalium disciplinas, Anatomen, rationẽ longa experientia firmatam, plantarum iconas pariter & facultates, ex optimis quibusque autoribus, ac peritißimis Medicis, legerint, audiuerint, uiderint, didicerint, cognouerintq;? alioqui nõ sacram medicinam, sed prophanam carnificinam, temerario ausu, exercebunt. Cæterum hanc rem longiori calamo, apud Reuer. Cels. tuam, ô generosißime Præsul, non exponã, cùm uerißimã esse sponte

opinor

opinor tua intelligas. Liquet igitur quanta religione, quantis artibus, ingenio, prudẽtia, exercitatione, cura, instructũ esse oporteat, qui sine conscientiæ morsu, ac linguarum calumnia, medicari tutò, celeriter, iucundeq; conetur. Quanquam ne id equidẽ in nobis planè situ sit, sed à superũ arbitrio pendeat: attamẽ sedulò laborandum, ne quid temere aut cõmisisse, aut neglexisse, cuiquam iure uideamur. Quid uerò hoc loco referã, superioris seculi plerorumq;, tam in medicamentis simplicibus, quàm compositis, graues errores: qui nõ nisi ex sola negligentia, adiuncta imperitia comite, promanarunt, dũ medicationes penè omnes, omnẽ herbarum stirpiumq; censurã cognitionemq;, omne miscendorũ pharmacorũ ius, apud nescio quos sciolos seplasiarios, esse permiserunt, quasi ipsis uitio quis uertere poßit, si per solitudines, nemora, montes, campos, pascua, paludes, uineta, aliaq; inculta loca, plantas quærãt, radices euellant, aromata cõtundant, mortaria & pistillos exerceãt, medicamina cõstruant: quod iã olim nec diuinitus afflatũ Hippocratẽ, nec celebratißimũ Dioscoridẽ, nec Aristotelem solertißimũ naturæ miraculũ, nec diuina eloquentia clarũ Theophrastum, nec illis succedẽtes probatißimos Medicos, ac quod meritò quis demiretur, neq; inuictißimos Imperatores, neq; potentißimos Reges, neq; illustrißimos Duces, neq; clarißimos uiros studiosè facere, aut puduit, aut piguit: cuiusmodi Gentius Illyriorũ, Lysimachus & Alexander Magnus Macedoniæ, Mithridates Põti, Iubas Mauritanorũ, Sabor ac Ginges Medorũ, Archelaus Cappadociæ, Agamẽnon Argiuorũ, Sabiel Arabũ, Hermes & Ptolemæus Philadelphus Aegyptiorum Reges numerãtur. Reliquos nominatim prætereo, & cõsultò, ne copiosior sim. Atqui quantũ unus Galenus diligẽtiam sedulitatẽq;, tũ in cõstruẽda Theriaca nobilißima Antidoto

(quam ex eiusdē præparatione, singulo quoq; die, singulari studio, Imperatores Antonius, atq; Seuerus sumebāt) tū in rebus sanè uniuersis medicis impēderit, legēti librum de Antidotis manifestißimū fiet. Hæc eò profusius à me dicuntur, Princeps optime, ut summorū uirorū exēplo, ac scientiæ nobilißimæ iucūditate simul & necesßitate, oēs artis studiosos, eiusdemq; honestos auditores, ad optima quæq; capessenda, cōmonefaciā. Proinde singula medicinæ utilia, necessariaq; illos ipsos cōquirere, spectare, cōtrectare, expēdere oportet, quò nulla offēnsa, nulla imperitia, nulla fraus, nulla impostura, nulla ambiguitas, in pharmacopolijs subsistat amplius. Nā dici uix potest, quàm multifariè parādorū medicaminū promiscua turba parū cautis medicis imponat, quando multarū rerū nescia, sermonisq; Latini auxilio ferme destituta, adde & improba negligentia, uitio omniū peßimo, contaminata, cōplures cōpositiones corrūpit, cōmensurationes alterat, res ipsas è lōginquo aduectas ignorat, errorē errore accumulat, mutat, immutat, quid pro quo, hoc est, oleū pro unguēto, siue inutilē prauāq; materiā pro utili synceraq;, haud triuiali mortaliū periculo, miscēs, tātū diuturno quodā more, aut uerius errore freta, quē à magistris suis nō minus sese imperitis, tāquā per manus, accepit: quasi aliquid ineptius, fallacius, calūniosius, peiúsue habeatur, quàm rectè inuētis rebus, perperā ac licēter, per longā cōsuetudinē, abuti, quod in hoc Opere, suis locis, dilucidè mōstrabo. Sed hac maligna ætate, cui uirtus ipsa exosa uideri queat, celebrius apud multos est, cōsueta mala tolerare, quàm ueritatē nouiter redintegrare. Subit hic cū miseratione indignatio, artē à multis iam seculis gloriosißimā præstantißimamq; ita conspurcatam, aut uerius pessundatam iri, ut paucorū uoluntati committatur. Inter clarißimos quondam habitum Medicos Herophilum.

rophilum,medicamenta deorum manus esse, & Hippocra-tem eorundem dona credidisse legimus,nec sine magna ra-tione:etenim quod tactus diuinus,idem ars medica , labefa-ctis corporibus,concinna efficaciq; singulorum medicami-num qualitate,ac quantitate præstare potest . Quin & sa-crosancta Hebræorum testimonia,diuinum hoc munus,cele-berrimo elogio,illustrant, dum tricesimo octauo Ecclesia-stici,sic proditum accipimus: Affice Medicum honoribus suis,quia Dominus,propter neceßitatem,eius autor est. Ma nat enim Medicina ab Altißimo,et à Rege munus accipiet. Sciẽtia Medici extollit caput eius, & mouet admirationem proceribus. Altißimus medicamenta de terra procreauit, nec abhorrebit illa uir sapiens,&c. Cõstat igitur cunctæ sa nitatis autorem,esse Deum: Dei autem instrumentum, na-turam, & utriusque ministrum Medicum. Hinc arbitror priscos multifariàm,ab oraculis deorum, medicinã petijsse: similiter curiosißima gentium ingenia,deos inuentores eius aßignasse,delubraq; extruxisse,quorum beneficio,eiusmodi ad manũ forent remedia ac dotes; quibus ab infinitis mor-borum undique irrumpentium generibus,diuturnisq; malo rum cruciatibus,misera hominum conditio tueretur, & à morte,uelut ad uitam restitueretur,quemadmodum Aescu-lapium,Hippocratem, Asclepiadem, Iubã, Andromachum, atq; alios uiros immortalitate dignißimos,fecisse nouimus. Vnde mihi admodũ præclarè sapientißimus pariter ac gra-uißimus poëta Homerus dixisse uidetur,unum medicũ mul-tis alijs antecellere,nimirum salutem uitãq; suppeditãtem, quas nullæ artes aliæ possunt. Et hinc adeò constanter affir mo,Romanos neceßitate adactos,medicos in Italia retinen-dos censuisse,quando isthinc Græcos omnes abigerent,ut pu blicæ utilitati seriò consulerent; qua quidem in re, sum-

mum honorem medicinæ habitum esse cognoscimus. Mitto artium nulli, seculorum memoria, ampliora præmia constituta fuisse. quod obiter in syrupo Byzantino indicabimus. Quæ uniuersa cùm uerißima sint, iure hanc scientiarum omnium numine plenam, toti humano generi maximè & salutarem, & utilem, & necessariam (ut qua nihil hactenus à Deo nobis datum maius, nec, Galeno teste, dabitur unquàm) decerno. Non una itaque cruce digni erunt malè feriati medicastri, itidem ex scelere lucrum facientes quidam mercatores, confidentes chirurgi, nefariæ fœminæ, monachi apostatæ, omniscíæ monachæ, medicorum sæpe exploratrices, impij Iudæi, & inepti pharmacorum confectores, talem felicitatem, fraudibus, præstigijs, improbitate, fuco, perfidia, impudentia, crudelitate, imperitia, corrumpentes. Malitia nulla, nulla artificiosa dißimulatio tam mala, tamq; perniciosa est, quæ non plurimum, animo corporis domitore conniuente, siue principibus, siue rerum publicarum gubernatoribus indulgenter eam condonantibus, adolescat. Prona siquidem in uitia est nascens humana natura, & inde usque à conceptu, horrenda crimina fouet. Proinde necesse habeo, uitæ insidiatorum, ac circunforaneorum speciosas quasdam artes hîc enumerare, quo palàm eorum ueneficia simul & homicidia intelligantur, quibus, immani scelelere, per mortes experimenta facientes, magnam stragem paßim orbi inferunt. Primò neminem latere potest, quos uulgò Empiricos appellamus, neque literas neque doctrinam, neque artem ingenuam ullam didicisse, imò, ut est in prouerbio, ne Aesopum quidem legisse, sed omnium literarum rudes, rerum usu destitutos, ocij amatores, uirtutis contemptores, fidei uiolatores, patriæ desertores, ac

prorsus

prorsus histriones esse nugacißimos iuxtà ac nefandißimos: unde audacia plusquàm militari, temeritate calamitosa, loquacitate in speciem culta, simplicē plebem, turbā credulā argento mulctant, incautos fallunt, salubritatē turbant, honestatē uitiant, conscientias prostituunt, sacram artē illotis planè manib. prophanāt, uenenum pro remedio, mortē pro uita propinant: ita ex aliorum intolerabili pernicie, beneficentiæ tamen prætextu, suum quæstum comminiscentes. Isti *solenni ritu in foris publicis, in porticibus, in compitis, in triuijs, in pagis, medicamina sua ferè plerumque adulterata exponunt, frequēter nimis uehementia, frequentißimè noxia uel lethalia, splēdide nugaces, ac scelestè inertes.* Nam *scelus est, facere quicquid non oportet: nefas, quicquid non licet, etiā in rebus minimis, si* Philosophis *ethnicis credimus.* Isti *licenter animoq; intrepido, ueratrū, daphnoidē, chamelæā, colchicum, lathyriden, colocynthidem, euphorbium, argentum uiuū, similiáq; exitialia medicamenta, absq; discrimine offerūt.* Isti *magnificis titulis, pyxides, arculas, pocula, & uascula, uariegato fuco ostētant.* Idem *parasitica impudentia,* Rheubarbarum, Rhaponticum, Angelicam, *oleum* Balsami *genuinum,* Petroleum, *& ultra marina, atque ab extremis* Indis *allata pharmaca proclamāt: ac iratum mihi habeam* Apollinē, Aesculapium, & Mercurium, *si sophisticata à ueris interstinguere norūt: imò si res ipsas, præter nomē non ignorant.* Ii *collyrio uno, omniū oculis, emplastro uno omnium uitijs, poculo uno omniū affectibus medicantur.* In *summa, omnia simul non tam ioculari, quàm audaci opere moliuntur, promittunt, instituunt.* Hi *tangere, ut ille inquit,*

> Venas *illicitas audent, & ponere quædam*
> Non *intellectis temeraria nomina morbis.*
> His, *& si tenebras palpant, est facta potestas.*

Excru

Excruciandi ægros, hominesq; impune necandi.

Olim nemo nauē agere nauis ignarus, nemo abrotanū ægro, nisi qui didicerat, dare audebat: nunc summa licētia, à nullo pharmaco, à quoquā abstinetur, & nō quam quisq; norit artē, sed quam quisq; uelit imposturā intrepidè exercet. ò scelus, ò cōfidetiā. In claris beneq; institutis rebuspub. sapienter cautū est, ne quis calceū cōsuat, ne quis scriniū, ne quis uestē, ne quis lanificium, ne quis panē conficiat, breuiter, ne quis à professione sua alienū quid moliatur, cuius dispendiū ciues fraude afficiat, nisi ab opificij singuli singulo sodalitio diligenter fuerit cōprobatus. Ex legū autoritate, datur redhibitio, si quis fucū, in pāni tinctura, aut eiusmodi mercib. fecerit. Et qui quotidie in hominū corpora perniciosas artes exercet, nullo supplicio digni existimātur? olim nemini uulnus retegere licebat, nisi experto, quiq; frequenter specimē uulnerariæ doctrinæ, publico testimonio, edidisset: nūc totū corpus explorandū, tractandū, torquendumq;, cuilibet leui suspicione pseudomedico tradimus? Imaginē nostri pingendā nemini cōmittimus, nisi probato prius artifice: & uiscera nostra, imperitis lanionibus subijcimus? adeò sunt deprauata multorū iudicia. Sed uenio ad liberales disciplinas, ubi nemo grāmaticen, nisi grammaticus: nemo dialecticā, nisi dialecticus: nemo oratoriā, nemo mathematicā, arithmeticē, musicen, nemo iurisprudētiam, aduocatoriam, procuratoriā, aut eius generis artē celebrē suscipere potest, nisi longo labore, longoq; studio, in ea exercitus: Sola autē medicina, sine opera, sine industria, sine diligētia, sine legibus, sine pœna, sine honore nunc, eheu deplorandū malū, discitur, paratur, habetur, tractatur, exponitur, contemnitur uelut uilissima rerum omnium uerna, cùm tamen artium gloriosissima necessariò existimari debeat, quod satis suprà ostendimus.

dimus. Galenus iam olim Methodicos, uiros haud omnino inſcios, nõ ueretur paßim aſinos uocare, quo itaq; nomine analphabeticos quoſdã medicos, chirurgos, fœminas matularias, beluas, inquã, noſtrates ut cõfidentißimas, ita perniciosißimas, rerũpub. peſtes, nominabimus? cùm neq; Themiſon, neq; Theſſalus, neq; Circe, neq; Pithia, tales admittere uelit. ò Deũ immortalẽ, quò infantiæ ſiue demẽtiæ, totus penè orbis, in illiuſmodi rebus diſcernendis deuenit? ut illis animas ſuas credãt, qui nihil habẽt animæ. Profectò melius nobiſcũ ageretur, ſi nemini quiſpiã uitã ſuam cõmitteret, niſi publica medicinæ cenſura digno. Hic cõſiderãda uenit lex Cornelia de Sicarijs & ueneficis, Digeſtorũ li. 48. tit. 8. quæ ſonat in hæc uerba: Qui uenenũ malũ, necandi hominis cauſa, fecerit, uel uendiderit, uel habuerit, plectitur. Eiuſdẽ legis pœna afficitur, qui in publicũ mala medicamẽta uẽdiderit, uel hominis necandi cauſa habuerit. Et ex Senatuſcõſulto, relegari ea eſt iuſſa, quæ non quidem malo animo, ſed malo exẽplo, medicamentũ ad conceptionẽ dedit, ex quo, ea quæ acceperat, deceßit. Alio Senatuſcõſulto effectũ eſt, ut pigmẽtarij tenere cicutã, ſalamandrã, aconitũ, pityocãpas, mandragorã, cantharidas, aut quid, luſtramẽti cauſa, dantes, pœna teneãtur eiuſdẽ legis. Dioſcor. 6. lib. initio, noxia medicamenta ideo recẽſere ſe ſcribit, ut ab ijs mortales præcaueãt, aut minus letalia experiãtur, aut cognita eorũdẽ malitia, alijs medicinis cõmode tẽperentur. Hinc igitur luce clarius cõſtat, & quàm turpiter facinoroſi homines, arte celebratißima æquè ac difficillima, cõmodo ſuo, abutãtur: præterea quàm inxepiabile periculũ, in omnib. oppidis, uicis, agris, deteſtabili aliorũ calamitate, inferãt: et quàm acriter, in trãſgreſſores animaduertẽdũ eſſe, leges præcipiãt. Ac ſufficit iã breuiter impunitum hactenus ſcelus recẽſuiſſe, ut hac, aut meliori

occaſione,

occaſione, per pios, prudentes, ſolicitos, doctos, principes, id quàmprimũ tollatur, in quorũ numerũ, C. T. præcipuã conſtituo. Cur enim id non faciã? quãdo in omnib. quæ ad Chriſti gloriam, hominumq́; ſalutẽ, quoquo modo ſpectare uidentur, illa ſit intẽtiſſima. Spectat autẽ uera artis medicæ cognitio uſusq́;, nõ ad natos tãtùm homines, uerum inſuper ad naſcẽdos (quod in parẽtũ genitura, in cõceptibus, in grauidis, in parturiẽtibus, quotidianis exẽplis cognoſcitur) ut tandẽ ritè abſoluteq́; enixi, ad imaginẽ Dei creati, ad eiuſdẽ agnitionẽ, inuocationẽ, & prædicationẽ filij ſui adoleſcant, erudiãtur, ac confirmẽtur. Porro hic quid non audet improba imperitaq́; medicantiũ, atq́; obſtetricũ turba? dũ frequẽter & matrẽ, & fœtũ, in extrema pericula, ne quid grauius eloquar, ſuis impijs medicationib. præcipitat. Sed nunc ad huius Operis inſtitutũ memet peculiariter conuerto, in quo cõponendorũ pharmacorũ diſciplinã, lõga tẽporis iniuria, & anteactæ ætatis negligẽtia, miſerè non apud Medicinæ Doctores, uerumetiã apud illorũ inſtitores, uitiatam, collapſam, peſſundatã, ſucceſſiuis horis, reſtituendam eſſe ſum arbitratus, non tam contẽdendi ſiue uincẽdi, quàm ueri inueniẽdi deſiderio: ubi non uni aut alteri rem unã, ſed plurimis plurimas manifeſtauimus, uti ſanè poſthac nulla, in cõmiſcẽdis medicamẽtis, noxa cuiquã, iſthoc officio meo adiuto, expectanda formidãdáue ſit. Atqui hãc prouinciã, ſi quis ante me, ſimili doctrina, cõſilio, ratione, aut methodo, ſuſcepiſſet, iure accuſarer, tãquàm Penelopes telã retexẽs, ſiue actũ agens. Iam uerò quando primus omnium labentibus iſtis rebus (ne amplius addã) auxiliatrices manus ſuppoſuerim, ſi quis bonã nolit, ſaltẽ ne malam mihi rependat gratiã, oratum uelim. Neque ædepol hãc cõmerui, dum poſthabitis rei domeſticæ curis, neglecto corporis robore, priuata utilita-

te,

te, multis interim uigilijs, multis impēdijs, multis laboribus, pene sedulus (quantum quotidianæ ægrorum medicationes permiserunt) plerorūque omnium autorū medicorū Græcorum, Latinorū, Arabū, ac barbarorum monumenta, uoluo, lego, relegoq́; perpendo, disquiro, corrigo, iudico, nihil prætermittēs aut negligēs (absit inuidia, liuorq́;) donec ex Officinis medicantiū, fraudes, ambiguitates, mēdas, errores omnes siue emendatos, siue sublatos iri sperem, quibus ad unum illæ uniuersæ (adeò nullam excipio) tantumnon plene fuerunt. Si autem illud minus consequor, nemo tamen cordatus beneuolam meā uoluntatē, sed aliorū improbā ignorātiam, atque obstinatam malignitatem incusauerit. Etenim haud facilè assueta mala relinquimus, cùm sæpe multis optima uideantur, quemadmodū propter insolentiā, optima frequēter peßima existimentur. Sic usu quoque uenit quibusdā pharmacopolis, à primis annis, tum in simplicibus, tum in compositis, perperàm institutis, ineuitabili simul ac immedicabili ingenij pertinacia consenescere, nisi fortè doctorū hominū studio perpetuo coarguantur, & in uiam uerā reducantur. Proinde in illorū, aliorumq́; omniū gratiam, ac proximorum incolumitatē, grauißimā hanc difficultatē, de rectè parandis medicamentis, suscepimus: ubi quid quantùmue à nobis præstitum sit, iudicent, quibus est cum doctrina cōiuncta synceritas. Profectò incredibile dictu, quātopere etiānum inter se tabernæ medicæ dißideant, quantopere colluctētur, pugnēt, digladiētur, quando uix unā, eandē cum alia cōpositionē integrè cōuenientē obtinere, summo usurpantiū discrimine, & intolerabili medicorū dedecore, frequētißimo mihi usu compertum sit. Hic nihil fingo, sed uerißima pingo, etsi tædeat pudeatq́;. Et quod intolerabilius iure haberi debet, rectiora docentes uix etiānum audiunt, usq́; adeò barbaros quosdam



quosdam, aut manuscriptos codices indoctos, perplexos, obscuros, ineptos, mendaces, sine peritia, sine delectu, sine iudicio, sine cẽsura, imitãdos sibi proponunt, præpostera equidẽ sentẽtia: quã tamẽ nos, labore indefesso, ueritate tantũ duce, perfringere nunc ausi sumus. Vbi si audentius, quàm uerius cuipiam dicere uideor, agè quæso conferantur uetera exemplaria hisce nostris, ac tum demũ, quod iustũ, honestũ, utile, & necessariũ erit, apprehẽdat. Spero atque cõfido me non modò cõpositiones omnes (quibus ceu sacrosanctis, medicorũ & seplasiariorũ schola utitur) sed distinctim pondera, mensuras, flores, stirpes, plãtas, succos, mineras, ac totam adeò parandorũ medicaminũ artem, fideliter, sufficiẽterq;, sic edocuisse, ut ne morosus quidẽ Zoilus meritò repererit, quod multum cauilletur. Cùm igitur solicitus cogito, eccui potißimũ mortaliũ hãc operam, ex uetustißimo hominum more, offerã: Cel. tua, Clementiß. Princeps, una omniũ multiplici ratione, digniß. est iudicata, quæ nõ istam qualẽcunq; fœturã, sed totũ me ex asse clementer suscipiat. quod eò magis mihi polliceri ausim, quò intimius nobilißimã illius indolem, & mirabili pietate, & inaudita lenitate facilitateq; diuinitus exornatam, atque incredibili, erga uulgaris etiam sortis homines, beneuolentia præditam cognosco. Quibus sanè ut rarißimis, ita præclarißimis animi ingenijq; dotibus, amplißimas remotißimasq; prouincias facilè constanterq; eidẽ Cels. tuæ deuincis. Vnde ego in certã quoq; spem erigor, neque me, neque laborẽ hunc meũ, ab C. T. contemptũ iri. Est enim sicubi in ullis rebus, certè in studijs Principũ fauor splendorq; necessarius, atque ideo reuerẽter implorãdus, ut qui autoritate, dignitate, fide, religione, iustitia, amplitudine, cõsilio, potẽtia, munificẽtiaq; celebriũ uirorũ conatus, à malignorũ calumnijs tueãtur foueãtq;. Quapro-

pter

pter iam olim, ab hominum memoria, semper eũdem morem studiosißimè obseruatum animaduertimus, quẽ haudquaquã deserendum esse sum arbitratus, cùm animus mihi præsagiat, hoc turbulentißimo seculo (quod cuiuscunq; industriam, perdita nequitia, temerariè condẽnat) non defuturos Sycophantas imperitè reprehensuros, quæ non intelligant, aut nõ satis intelligant. Imprimis autem præmeditato animo, sub felicißimo nominis tui auspicio, ò Princeps Illustrißime, hosce de construendis medicamentis commentarios, decem libris, ad insignem legentium utilitatem, distributos, censui edendos, tum quòd C. T. quorumcunq; eruditorum Mecœnas pariter ac germanus censor, uno omnium testimonio, prædicetur: tum quòd necessaria quapiã lege, istas ingenij mei primitias, uelut ex debito, requirat, cùm in Cel. Tuæ ditione, eas pepererim. Accipe igitur, Præsulum decus, ac Principum ornamentum, uigilias istas meas, fronte qua soles omnia, nimirum hilari iucundaq́;, ut posthac audentior, similes fœturas & maiores depromere ausim. Non ero hic, in enumerãdis pulcherrimis uirtutibus tuis, uel impudentior, uel prolixior, quod pleriq; docti homines paßim, in Præfationibus suis, facere solẽt, nihil opinor fidelius posteritatis memoriæ cõmendari posse existimantes, quàm quæ calamo, teste perpetuo, manifestentur. Itaq; cùm eximiam modestiam, illustrem probitatem, innatam naturæ bonitatẽ, excellẽtem humanitatem singulari magnitudini coniunctam, & prædicandam integritatẽ Cels. Tuæ, apud me reuoluo, haud abs re uereor, ne pro celebri nomine, turpem ignominiam subeam, quando eum uirum laudare præsumam, idq́; in faciem, qui omnium omnẽ laudem post se relinquat: quiq; infensius nihil habeat, quàm inanem hanc laudandi uulgò consuetudinem. Atqui liceat mihi homini priuato, tenuiter pauca, ex quàmplurimis encomia, pace inte-

rim uestra, attingere uerius, quàm explicare. Etenim quis ardentißimam, erga Deum, pietatem: quis amplam doctrinam: quis honestum, in propaganda CHRISTI religione, studium: & paternum, erga subditos, affectum Cels. Tuæ nõ demiretur? Ecquis animum excelsum, quis heroicam corporis cõstitutionem, quis celebres ingenij dotes, quis amabilẽ morum comitatem, in fama omnibus decantatißima, ignorare poßit? Iam quid attinet peruetustam generis claritatem auorum proauorumq́; ordine longo stirpem nobilißimam, à potentißimis Holsteniorũ Ducibus oriundam percẽsere? Quid? quòd diuo ac Inuictißimo Cæsari CAROLO Quinto (ut unico uerbo laudum tuarum summam complectar) ob maximam fidem, atque inauditam penè constantiam, factus sis tantùm non charißimus. Quid? quòd annis superioribus, in conuentu Tridentino, Cardinalitium galerum, ultrò à Pontifice Romano, ceu præcipuum uirtutum præmium oblatum modestè recusaueris. Hæc ueraciter uniuersa, uniuersus orbis, in C. T. amplißime Præsul, & Princeps Elector, agnoscit, quæ mendaciter sæpe plerisq́;, Glossogastores quidam in dedicatorijs occinunt. Proinde nunc istis supersedeo, Deum Opt. Maximumq́;, à quo uno salus omnis uerè est petenda, precatus, ut Reuerendiß. Celsitud. Tuam, pro immensa bonitate sua, in longißimam senectam conseruet, defendatq́; incolumem, quò diutißimè felicißimeq́; gregem suum bene gubernes, ac ditionem hanc florentißimam beatè regas, per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, Amen. Coloniæ decimoseptimo Calend. Iunij, anno à Virgineo partu M. D. LV.

Celsitud. Tuæ deuotißimus Bernardus Dessennius Cronenburgius, Doctor Medicus, apud Coloniam Agrippinam.

CAN

CANDIDO ET VERITATIS STVDIOSO LECTORI, BERnardus Cronenburgius.



AMETSI non clam me ſit, candide ac ſyncere Lector, ita præſagiente mihi, ex uulgari nunc, ingratorum atq; obtrectatorũ more, ingenio: multos aduerſarios aduerſum me, coniuratis phalangibus, intentisq; criſtis (ut perpetuò ij homines ſunt alienæ laudis inuidentes) hunc laborem meũ, non tantùm improbaturos, uerùm incredibili inſuper turgẽtes inuidia, uelut opus omnino ſuperfluũ, ſerius natum, ac productũ, uarijs calumnijs damnaturos, & hoſtiliter inuaſuros, (ut qui nimis iãdiu prioris barbariei rubigini aſſueti, & Arabicæ, aut potius barbaricæ Medicinæ ſcriptoribus quibuſdam, ac maleuolentiæ ſimul & inſolentiæ ſtudio, præter omne iudicium, addicti ſint) iſtos conatus meos, ceu inanes, ſibilis exploſuros: quandoquidem ſi unquam aliàs, ſanè hac ætate, maximè

Aemulus, ac Zoilus odio corruptus acerbo
Ardet, & iratus coluber, quando ore trilingui
Sibilat, & caput attollens in prælia ſurgit.

Et ſunt aliqui homines atri, & balatrones, ad maledicentiam atq; detractionẽ producti: qua dum ſcorpionis cuiuſdã more, optimũ quenq; linguæ ictu lancinarint, ac fiſtuloſo uulnere ſauciarint, mox latius peſtiferam ueneni uim proximo inurere contendunt, qua nihil eſt nocentius, quando cuiuſq; famam proſcindunt, & calumniandi rabie inſaniunt, nulli hominum generi, imò ne ipſis ſibi bono eſſe poſſunt: quia inuidentiæ ac maledicentiæ morbo tabeſcendo pereunt, iuſtiſſimo equidem præmio. Itaq; ego obſirmato pectore, tales bo-

narum artium hostes, eorũdemq; oblocutiones, & sycophantias fortiter negligere, & constanter cõtemnere uolui, quas ideo nunc magis quàm odiosas ranarum coaxantium uoces negligo ac contemno, quòd illorum detestandũ uitium, tam sit antiquum, ut Plato, uetustißimus autor, eius quoq; meminerit. Quapropter quando tot seculis, bonos uiros, ab institutis egregijs, depellere nequaquam uitiligatores potuerint, non est etiam quòd animum meum, quantumuis humilem atque illis imparem, labefactent, cùm maioris, publicum cõmodum, pro meo equidem modulo, quàm eorum insolentes æmulationes, æstimem: Imò neq; mihi, in tã multiplici huius operis diligentia, & si dicere liceat, neceßitate ac utilitate, patronos æquos iudices defuturos arbitror. Quin pro ueritate consequẽda, ac publicæ utilitatis amore (quorũ utrũq; executi sumus) malè gratos aliquot experiri, calumniasq; inëuitabiles subinde tolerare, gloriosum, penes uiros excellẽtes ac celebres, semper habitũ est. Adde tali iniuria, sæpe hominem ab homine insigniter iuuari, quod doctißimus Plutarchus, in eo libro, cui titulum præfixit, Quibus rationibus quis iuuari ab inimico poßit, ostendit. Veritas etenim, uitæ morumq; magistra, ab ipsa natura clanculum, in animos nostros, instillatur; studiũ quoq; & iuuandi proximi desiderium, uiro probo ac industrio usque coniunctißimum fuit. Hinc magnus, & Medicorum, post diuũ Hippocratem, princeps Galenus noster, gloriæ inanis contemptor maximus, ueritatis scientiæq; dũtaxat amore flagrans, medendi libros (ut reliquos penè innumeros prætercam) scribere aggressus est, nullam sanè neq; honestiorem, neq; diuiniorem poßeßionem ratus: ut ipsemet, circa septimi exordium, testatum reliquit. Hinc Theophrastus in eloquẽtia, ut ait Plinius, tãtus, ut nomen diuinũ inuenerit, fœminæ cuiusdã aduersus eũ scri-

bentis

bētis notam non refugit, quò multis ingenio suo prodesset. Hinc Phocion, cognomento Bonus, quo uix, apud Athenienses, in peripatetica disciplina, alius uir fuit sanctior, communisq; utilitatis studiosior, tamen per inuidiam damnatus, Cicutā bibere est coactus. Quid dicā de Socrate Philosopho patientißimo ac temperatißimo? qui per calumniam accusatus, Athenis capitis damnatus, & in carcere ueneno necatus est, Neq; etiam, ab hominum iniquitate, Aristoteles immunis fuit, quem nunquam ulla ætas satis prædicare potest, (ut cuius mirifica diligentia, optima ac purißima doctrina, sapientißimæ cogitationes, morum sanctitas, prudentia mirabilis, acutißimum, amplißimum, imò diuinū ingeniū haud dubiè longè antecellat omnium mortalium literis): hic, inquam, uir tantus, inuidæ multitudini, impijs calumnijs, iniquis iudicijs cedens, dum Antipatro, Macedoniæ gubernatori, propter honestas opiniones, & recta consilia, inuisus esset, in Chalcidem conceßit. In summa, Philosophi omnes, & quotquot fuerunt homines præclari, pro se quisq; (posthabito oblatrantium liuore) disciplinas sectando, res utiles inuestigando, omnem ingenij uim excoluerunt, ut proximos beneficentia quapiam demererentur, ac ueritatē illustrarēt. Est itaq; tantò magis pro ea asserenda laborādum, quantò plures habere oppugnatores cognoscatur. Proinde ego quoq; maiorum laudatißimis uestigijs innitens, & ueritatē pariter ac communem salutem spectans, popularem auram non admodū ambio. Ac quamuis ab æmulis maleuolisq; studiosorum omnium reprehensoribus fortè traducar & dāner, uelut indoctus & à Musis alienus (ecquis enim unquam, aduersus syncophantarum morsum, remedium inuenit? non est cur aliqua occasione commouear, ut qui nunquam eruditionis titulum magnopere affectauerim, cùm ne inter me-

diocriter quidem doctos, iure connumerari me posse ultrò agnoscam. Interim quæso quempiam de populo, ueteris medicinæ studiosum, Hippocratis ac Galeni admiratorem esse sinant: Et ut sermonis elegantiam, rerum copiam iustò desiderent, diligentiam aut uoluntatem meam, in hac parte, nemo bonus ac cordatus reprehendet. Cæterùm quando magna artis medicæ utilitas existat, auxilia uera ac incorruptibilia, quibus ægri sanãtur, inuenire: ideo non sum grauatus, præstantißimorum Græcorum, Arabum, & Latinorum Medicorũ monumenta diligentißimè examinare, quò ipsißimas in medendo fœliciter compositiones, & earundem aptam, facilem, ac genuinam constructionem, addo insuper expositionem (quæ equidem singula ueteribus Medicis exculta, nunc uerò aliquandiu penè collapsa ac sepulta iacent) inuenirem: mox pro uiribus nostris (quas perpusillas esse haudquaquã diffitemur) indefatigabili studio tot modis deprauatã emendarem, & uelut ex tenebris in lucem producerem, ut tandem syncerioris artis studiosi, à diuturna Officinarum pertinacia atq; ignorantia, reuocentur. Sed quando ad parandam medicamentorũ copiam, non paruam rationalis methodus uim retinet, docente idipsum Galeno sexti libri de Pharmacis localibus initio, quam multis retrò annis, infinita fermè artẽ medicam profitentium pariter ac factitantiũ multitudo, uix unquam attigit (nam adulterinam planè medicinã, sine ordine, sine lege, sine præcepto, sine naturali intelligentia, hinc inde collectam & consarcinatam, caligine cæca, sectata est) propterea necesse quoq; fuit, germanã componendorũ pharmacorum doctrinam, mancam, uagam, confusam, atq; omnino deperditam ire: idq; potißimũ tabernis omnibus, ut honoris gratia, Medicos, ab hoc errore peßimo, illæsos uindicemus. Porrò quãtum ea res, humanæ uitæ, exitio fuerit, nemi-

nem

nem certè latere arbitror, cùm lippis ac tonsoribus & ipsis adeò Officinis medicis notißima sit. Interea si quispiã castigãdi prouinciam, ex professo, subijsset (quãuis libellus unus, & alter iam in Officinis aliquot, quàmplurimis mendis refertus circumferatur) aut res ipsas rectè & sufficienter pro posuisset: aut si inter eos, qui de medicamentis parandis egerũt, uniformis modus, ac mutuus esset cõsensus, haud sane necessarium foret, hunc à me scribendi de iisdem laborẽ suscipi. Atqui cùm magnis ferè ubiq; dißidijs discrepent, tantumq; sæpe inuicem interuallum habeant, ut unus de boue, alter de asino loquatur (unde ingẽs meritò falsitatis suspicio incidit) primò mihi in animum uenit, singulatim Myropolarum tabernis medicaminũ iam quotidiano usu receptorũ materias, atq; eorundem cõficiendorũ modum opportunũ, & uniuersalem doctrinam (adiunctis expositionibus luculẽtißimis) expromere, ut hoc Augiæ stabulo tandem repurgato, res Officinarum in integram quandam certamq; regulã, deducãtur, explosa maleferiatorũ turba. Proinde uno hoc uolumine, in decem Libros, partim ob maiorem inueniendorum pharmacorum facilitatem perspicuitatemq;, partim ob communem legentium opportunitatem (quorũ rationem habere æquũ erat) partito, omnes posthac errores à Seplasijs uniuersis profligare constitui: ut sacrosanctæ demum Medicinæ facies redeat natiua, & pristinus eius nitor effulgeat. Atque hic uehementer optarim, adolescentes isti arti consecrandos, id imprimis curare, ut post grammatices haud uulgarem institutionem, optimis magistris, diuq; in exacta herbarum cognitione uersatis, & in remedijs parandis exercitatis, tradantur, quò, ab ineunte ætate, singula rectè interstinguere, cognoscere, ac expeditè medicamenta (quibus hominum salus paritur) conficere discant, non contenti, ut nunc fermè uul-

Mess

gus solet, in mediocritate consistere. Multi siquidem hoc æuo sunt, in rebus omnibus, opifices: hic naues, hic ædes ædificat: hic calceos, hic uestes parat: hic pingit, fingit ille: breuiter, hic & ille alia aliaq; tractat. Sed quis prudens nescit, magnam sæpe, inter istos, differentiam existere, atq; unam & eandem materiam, elegantius, promptius, ac uerius, ab uno, quàm ab altero formari? Coquus enim coquo quantum præstat? & quantum homo ab homine differt? Scitum est illud, non omnes citharœdos esse, qui citharam habent. Iam quibus, à prauis imperitisq; institui præceptoribus, accidit, duo consequuntur incommoda multò grauissima: Alterum, in quo prauas opiniones dediscant desuescantq;: Alterum, in quo maiori sanè quàm prius labore, melioribus fideliori-busq; sese exerceant. Hactenus quid me ad scribendum impulerit, compendio indicaui: Consequens est, ut quid à me obseruatum sit, & qua ratione singula tractauerim, eloquar. Nihil itaque uulgatis exemplaribus temerè detractum, nihil præcipitanter inconsulteq; adiectum, nihil aliàs auctum, aliàs imminutum, aut immutatum, nisi quando errores, uetustissimorum codicum testimonio, ac rationalibus coniecturis, deprehenderimus: quos tamen magno iudicio sustulimus, uelut ingenuo Lectori manifestissimum fiet. Primo itaque loco usitatas descriptiones, ex Ioanne Mesue, aut Præposito, recitauimus, quoniam maxima ex parte, alterutrum Apothecæ omnes, tanquam optimos duces, optimos autores, optimos compositores sectantur, quanquam subinde, compendij causa, Antigrapham ac germanam scripturam tantùm memorauerimus. Mox quomodo Græci, Arabes, & Latini eorundem uestigijs insistentes, simul aut conueniant, aut disconueniant: addètes pharmaci denominationem, si quando occasio tulit, unà cum censura nostra: & in

omnibus iſtis, Alphabeticam ſeriem obſeruauimus. Poſtremò ingredientium ſimpliciū præſtantiora ſigna ſiue electiones, ac copióſam expoſitionē, ex doctißimis quibuſq; nostro æuo ſcriptoribus (quos in tempore neque ſua laude defraudauimus) & eorundē loca fideliter aßignauimus, duplici de cauſa: tum ne ambitioſi, aliena pro noſtris exponeremus, tum ne Lector magnum in quærendo laborē conſumeret: adiungentes herbis quàmplurimis Germanicam ac patriam appellationem. Inſuper, in quibus hactenus à pharmacopœis miſerè, magno mortalium periculo, erratum eſt, obiter monſtrauimus. Quod uerò locis ſingulis ſingulorum ſimplicium Germanicas uoces non appoſuerimus, in cauſa fuit, maxima regionum uarietas, ſermonisq; differētia: ut difficulter apud unam, pauco tamen interuallo, diſiunctam nationem, eodem uulgari nomine, eandem appellatam herbam, quis inueniat: nam quot ciuitates, tot diuerſæ ferè herbarum nomenclaturæ habentur. Porrò quoad fieri potuit, uocibus uſitatißimis uſi ſumus, & uix unquam à communi conſuetudine receßimus: ideo ſæpe uni herbæ, dilucidioris doctrinæ gratia, duo aut tria Germanica uocabula attribuimus. Ponderū etiam, & menſurarum notas, ſiue characteres integros, aut ſaltem dimidios expreßimus, quò ab omni erroris ſuſpicione, medicamenta ipſa uindicentur. Conſtat enim quàm intolerabiles, ſiue uerius letales noxæ, ex ambigua deprauataq; ponderum ſcriptura, & notarum affinitate, contingant, qualis eſt in diſpenſatorio Cordi, titulo Troch. Alhandal, ℥.x. id eſt, unciæ decem, pro ʒ x. id eſt, drachmis decem. Ex his itaque omnibus, diligēs Lector, non ſolùm genuinam medicaminum conſtructionem, item neceſſariam menſurarum ponderumq; doctrinam, uerum omnium pene herbarum, florum, fruticum, ſtirpium, radicum, fructuum, atq; omnium ex terra naſcen-

 tium

tium plantarum: Insuper, gummium, succorum, mineralium, animantium cognitionem: Similiter coquẽdi, lauandi, urendi, & aliorum huiuscemodi necessariorum cognitu, peritiam assequi poterit. Proinde hac ratione, artis professores certius medicabuntur, opifices Seplasiarij etiam operabuntur, & homines diutius uitam, per artem, cõseruabunt, ætatemq; proferent. Atque huius rei causa, ars medica principiò, à summo uniuersæ creaturæ monarcha creata est: Deinceps temporis progressu locupletata: Demum multis mortalium uigilijs, excellentißimorumq; ingeniorũ fœtura, penè absoluta. Graue autẽ iuxtà ac arduũ, est de medicamẽtis singulis pronuntiare, compositionum etiam doctrinam (in qua alius alio præstantior est) citra alicuius accusationem inuenire, & quid interdum, in aliqua mixtura, aut redundet, aut desit, perfectè cognoscere, quod tamen nos sedulo prosecuti sumus. Coactus uerò sum aliquando autorum testimonia, quibus ad probandam ac demonstrãdam doctrinam, utor, quædam adscribere, quòd non omnes ista lecturi, Medicinæ studio dediti sunt, aut si sunt, certè non eatenus assueti, quatenus & ipsos deceat, & nos requirimus: Quibusdam, in librorũ penuria, auxilio quoque esse possunt. Attamẽ sæpißimè prolixitatem fugiens, loca, & autores tantũ aperui, ac ubi quærere oporteat, tanquam digito ostendi. Et hic quid attinet dißidentes adeóque contrarios errores, paßim in medicamentarijs, aut Receptarijs libris, obuios: partim ex dosium diuersa quantitate, pondere, ac numero ingredientium: partim ex malè interpretatis, & minus bene cognitis simplicibus, referre? quales sunt, Præpositus, Thesaurus Aromatariorũ, Lumen utrunque, Pandectarum coaceruator, ne dicam conturbator: & hi autores, prò malum, ab omnimoda compositionum perfectione. ac perspicacißima (si Dijs placet) luce,

eiuscemodi

eiuſcemodi ſplendidos titulos libris ſuis præfixerunt: cum nuſquam, ueritate iudice, tenebræ lateant denſiores, ac craſſiores rerum caligines. Ex quibus factum eſt, ut quot ſint hodie pharmacopolia, tot ubique fermè, in componendis medicamentis, noui ſint errores, dum quiſque arbitrio ſuo obſequitur. Vnde cum fieri nequeat quin ſemper fallãtur imprudentiores Medici, & ægri ſimul in magnam perniciem perducantur: Medicinæ ſcientia paßim malè audire cœpit, ac grauia ægrotis ſymptomata, contra artis traditionem, eueniunt: quando, ex talibus corruptis codicibus, medicamina conſtruere uolentes impendio miſerorum, commentaria (ut uerißimè ait Plinius lib. 34. cap. 11.) experiuntur, creduntq; Seplaſiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti. Idcirco ſi omnem illam occaſionem quis tollere uolet, tales libros tollat, unde diſcordia & inſcitia ſcaturiunt: cuius etiã farinæ habentur Simon Genuenſis, Petrus de Ebano, Cõciliator dictus, ac ſimiles. Sed iam ut tandem oratio noſtra abſoluatur, unicè imprimis & amicè generoſos ad unum omnes medicos oratos cupimus, ut ueritati magis, quàm ſapientiæ opinioni acquieſcant, & in publicis Officinis, integrè, purè, diligenterq; medicaminum compoſitiones in poſterum fieri miſceriq; iubeant, ad eum, quem nos ex ueteribus, & doctis Neotericis (adeo non pudet aliorum me ſcriptis adiutum ingenuè fateri) modum collegimus: aut ſi poſſunt abſolutiorem: neque enim commouemur, quomodocunq; parentur, modò benè ac citra noxam: neque tam magno hunc laborem noſtrum æſtimamus, quin facilè ſupprimendum patiemur, modò alius elaboratior, ac uerior ſuccedat: neque inſuper tantum nobis fœtus iſte placet, ut impudenter, atque audenter eum commendare uelimus. Vos etiam egregios Apothecarios quæſumus, ut quantum fieri poßit, una ubique ſerue-

tur parandorum medicamentorum doctrina: & quemadmodum una eademq; ubique sit Medicinæ ars, ita quoque, secũdum artem unam, conformes habeantur artifices, quod eò certius præsagimus, quò multorum uestrum in bene, erga proximos, merẽdo promptitudinẽ, hisce in rebus, iamdudum perspexerimus. Porrò si quid fortè, in hoc Opere uos fallit, aut à nobis obscurius expressum, id graue non sit, à Medicis uestris petere, rogare, ac discere: quandoquidem non tam uitio uertitur nescire, quàm arroganter discere nolle. Nam Socrates cum circa citharam laboraret, cuidam dicenti, Iam senex discis? Respondit, Præstat tardè discere, quàm nunquam. ò diuinum responsum. Quod uerò ad nos pertinet, neminem corripere, neminem ridere, confutare mordaciter, sine pudendo, ac noxio errato, neminem uoluimus. Et si quis fortè dictum in se inclemẽtius existimet, sciat responsum, non dictum esse. Nos tantùm boni aliquid fructus scribendo posteris relinquere studuimus: sin id minus, ne quid mali: quorum alterum si assequimur, nihil optamus amplius, & ut uno uerbo expediam, sicut omnibus prodesse, ita bonis tantummodò placere cupimus. His uale, Lector amice, nobisq; bene merendi, de proximo, studium, ac paratam uoluntatem, in rebus medicis succurrendis, concedito. Ex ædibus nostris, Coloniæ.

FINIS.

AVTORVM CATALOGVS, QVORVM FIDE IN *hoc uolumine usi sumus.*

*

Cleopatra.

Ioannes Mesue.
Ioannes Ruellius.
Ioannes Tagautius.
Ioannes Vigonius.
Ioannitius.
Isaacus Medicus.
Iosephus.
Isidorus.
Iulius Pollux.
Iulius Solinus.
Iustinus.
Iuuenalis.

Leonhartus Fuchsius.
Leonardus de Preda palea.
Lippius poëta.
Lodouicus Cælius Rhodiginus.
Lucanus poëta.
Lucianus.
Lycus.

Macer.
Macrobius.
Marbodeus Gallus.
Marcellus Venetus.
Marcellus Vergilius Florẽtinus.
M. Cato.
M. Varro.
Martialis.
Matthæus Curtius.
Matthæus Syluaticus Pandect.

Nicander Colophonius.
Nicolaus Alexandrinus.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Massa Venetus.
Nicolaus Myrepsus.
Nicolaus Præpositus.
Nicolaus Florentinus.
Nonius.

Oppianus poëta.
Oribasius.
Otho Brunfelsius.
Ouidius.

Palladius.
Pandulphus Collinutius.
Paulus Aegineta.
Paulus Iouius.
Pausanias.
Petrus Andreas Matthiolus.
Petrus Bellonius Cenomanus.
Petrus Crinitus.
Petrus Aponensis, siue de Ebano, dictus Cõciliator.
Petrus de Largillata.
Petrus de Tusignano.
Phanias physicus.

Philostratus.

FINIS.

DE PLANTARVM DIFFERENTIIS, PARTIBVS,

ortu, delectu: similiter quo anni tempore, quibus locis, qua cœli constitutione, & qua omnino ratione, herbæ, flores, semina, succi, radices, colligi, asseruari, atque in usum medicum reponi debeant. Vbi ad calcem imperiti quidam nostro æuo titulotenus Medici notantur, ac quędam de congruis Medicamentorum uasis apponuntur.



VONIAM frustra, quicquid in agris, ac uniuerso terræ gremio, à natura parēte rerum omnium optimo, & locupletißimo, plantarum gignitur, humano generi esse poßit, nisi ritè quis operam in decerpendis, colligendis, seruandis, ac reponendis singulis collocet, qua ab corruptela, marcore, interitu, atque omni prorsus uitio, integræ simul & illæsæ persistant: ideo operæpreciū mihi facturus uideor, si pauca præcepta cumprimis utilia, necessariaq́; de eisdem rebus, constituam. Quod eò nunc accuratius est monendum, quò segnius hoc seculo, in Officinis, pleriq; omnes hîc elaborant. Atqui priusquàm id aggrediamur, præcipuas plantarum differentias, earundemq́; partes commemorare, mihi necesse uisum est, ut antè cognoscamus, quàm in consuetudinem uertamus. Sunt itaq; primæ plantarum partes, radix, caulis, siue suffrutex, ramus, surculus. Radice alimentum attrahitur, quod in caulem, si increscere, aut consistere debeat, transmittitur. Est uerò caulis, quod simplex, interdum lignosis adnascentibus ramulis, folijsq́; minutis, supra terram assurgit, ex quo deinde semē aut fructus editur. Rami, alijs nodi uocati, è caule multiplices hincinde sparguntur, ex quibus surculi uelut annotinum germen, gignuntur.

Plantarū aliæ satiuæ, hominum industria inuentæ: aliæ

Plin.21. cap. 15. & li. 25. cap. 1.

syluestres, & sponte prouenie͂tes, quod genus naturæ initii est. Hæ citius, illæ tardius germina͂t flore͂tq; : similiter hæ plures, illæ pauciores, sed meliores fructus, te͂peratioremq; succu͂ præstantes ferunt. Rursus quæda͂ fructiferæ, quædam steriles: atq; hic incredibilis pene differentia partium, formarum, saporum, odorum, colorum, ac qualitatum: quæ omnia, non est huius instituti edocere, quando acutissime ac absolutissime id imme͂sæ subtilitatis philosophus Aristoteles, & post eum clarissimus Theophrastus, ut reliquos mittam, præstiterunt. Nos uerò breuiter rem indicare uolentes, præcipua quæq;, & cognitu necessaria recensebimus. Vbi inprimis hoc dicere non est intempestiuum, quòd plantarum nonnullæ hyemis iniuriam perferentes, assiduo uirore ornantur: nonnullæ ne minimam sanè tolerantes, folijs, atq; omni ornatu priuantur. Sed uniuersæ insitum quendam humore͂ caloremq; possident, ueluti etiam animantia: ac cortice uestiuntur, qui ultima exteriorq; earum pariter & fructuum pars est, à subiecto corpore separabilis. quanquam subinde illo uacuæ reperiantur: cuiusmodi sunt fungi, & quæ absq; radice insuper nascuntur. Ac in his non deest mutua pernicies (adeò nihil perpetuum natura esse uoluit in terris) quia herba herbam sæpe lædit, & planta plantam interimit. Siquidem quercus ac olea, si alterutra in alterius scrobe ponatur, emoritur. Quercui tantum est dissensionis cum iugla͂de, ut in uicinia posita, extinguatur. Vitis brassicam refugit, & propinquum hostem declinat: eadem cyclamino, rutæ, & origano, opposita, exarescit. Orobancha eruum perimit, linodera fœnugræcum. Lolium & auena, tritico & hordeo: lappa, lenti, aliaq; alijs cladem inferunt. Porrò quantum pro occasione aëris, & soli uarietate, in ijsdem discriminis sit, iam olim à Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Plinio, alijsq;

nio, alijsq; rei rusticæ scriptoribus, & à plerisq; doctis ætate inferioribus, dilucide expositum est. Etenim plantarum aliquæ in paludibus, aliquæ in lacubus, & stagnãtibus aquis exiliunt, aliæ fontium riguos, fluuiorũ ripas, & littora desiderant: quædã humidos, aquosos, uliginosósq; tractus amãt, quædam contrà aquas ac paludes oderunt, & ob id campestria, saxosa, arida, montanáq; sequuntur: quibus potißimum locis, ueneni qualitatem obtinentes, nasci uidentur. Nec desunt quæ opacis uinetis: & quæ pratis, aruis, macerijs, rude ribus, liberisq; locis delectentur: & quod mirandum, atq; absurdum insuper haberi potest, nonnullæ ex seminum plãtarũq; nmmero, pullulare in terra nequeunt, sed arboribus innascuntur, & ab ijsdem alimentum suscipiunt, uelut agaricum, dryopteris, lichen, uiscum, ac polypodium, quæ è quercubus maximè proueniunt. Sunt præterea, quæ sine radicibus, in alijs herbis, prosiliant, ut cassutha, epithymum, & epithymbrum. Sunt quæ per se nascantur, ac uiuant, absq; ulla radice, ut tubera terræ, quæ Plinius lib. 19. cap. 2. inter rerum miracula numerat. Quin & pleræq; stirpes ancipitem uitam malunt, & extrema refugiunt, ceu uitex, chamæleon niger, smyrnion, scordium, smilax. Accidit quoq; partem imam subinde optimam, & supremam uitiosam eße. In summa, unaquæq; planta natale solum eiusmodi quærit, in quo uigere summopere poßit: unde fertilitas sterilitásue exultat, atq; uehementiores efficacioresq;, siue imbecilliores languidioresq; existunt. Nec enim eadem felicitate, nec pari facultate, in sicca ac squalente, aut humida & lacustri proueniunt, quoniam omnes rerum exceßu languent pereũtq;: quamobrem diuersæ qualitates, mutationes, & morbi (præsertim quando turgescunt, germinare, ac fructum gignere incipiunt) singulis penè superueniunt, docente idẽ quoq; præ-

Aristo. de generatione animaliũ. cap. 1.

clarißimo rerum naturalium inuestigatore Aristotele, de Plantis primo: ac 5. historiæ Animalium, cap. 11. Imò frequẽtißime alterari, neq; ulla crebrò diligentia ali, aut conseruari poße, si in alienam terram transferantur: contrà alias translatione meliores grandioresq; aßurgere, usus quotidianus euincit. Quin & aliæ culturã amant, aliæ eam aspernãtur, quales siccæ, acres, amaræ, ac ad summũ uenosæ, usum medicaminis exhibẽtes, censentur: nam eiusmodi, sublatis cultu uiribus, hebetantur, ut fructũ omnino parere nequeant, aut humidiorem saltẽ deterioremq; producunt, quod ipsum seminibus (quæ turgẽti solo usque cõcredere oportet) euenit. Turget uerò solum, quando humectum iuxtà ac tepidum, & ueluti statum quendam aëris temperatum obtinet, quod uere eidem communiter tribuitur: Tunc etenim terra agilis, fœcunda, idonea, ac læta habetur. Quare Galenus, Ver omnis exceßus in medio, de Temperamẽtis primo, decernit: & rectißime Hippocrates, saluberrimũ, minimeq; morbis obnoxium, tertio Aphoris. constituit. Atqui hic monendum, syluestres ac montanas plantas in uniuersum uiuaciores, solidiores, acriores, præstantiores, & odoratiores eße aquosioribus, propter terræ densitatem, & aëris tenuitatẽ, uelut ad Crateuam Herbarium siue Radicisecam scripsit maximus Hippocrates, ac Theophrastus 4. cap. 14. Amplius de causis plantarum primo, cap. 19. Constant etiam syluestres folijs minoribus, caulibusq; scabrioribus, quàm satiuæ, & succo potißimum acriori uehemẽtioriq;, eodem testificante 7. Plãtarum, cap. 6. cui adstipulatur Plinius lib. 19. cap. 12. & Oribasius initio tertij lib. De cibis. Ex his itaq; manifestum est, omnem plãtam, cum telluris qualitate ac cœli constitutione, tum nutrimento, cultura, & cæterorum forma, ut melior, ac deterior euadat, differre: nam singulæ singulam, imò naturæ

suæ

iæ propriã terram, siccæ siccã, humidæ humidam postulant: c paucæ admodum uoluntate atq; arbitrio agricolarũ gene antur, aut excrescunt. Nec tellus eadem fert omnia, diues bundè frugibus hæc, uino fertilis illa suo est. Idem plenißimè agnoscens Virgilius 2. Georg. cecinit.

Nec uerò terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, craßisq; paludibus alni
Nascuntur. steriles saxosis montibus orni,
Littora Myrtetis lætißima, deniq; apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem, & frigora taxi.
Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ, Georg. 1.
Arborei fœtus alibi, atq; iniußa uirescunt
Gramina: nónne uides croceos ut Tmolus odores?
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
Fraxinus in syluis pulcherrima, Pinus in hortis, Eclog. 7.
Populus in fluuijs, Abies in montibus altis. Sic ille.

Atqui celebre insuper est Cyri regis Apophthegma, quo plãtarum semina, hominum mores atq; ingenia, similitudinem regionum accipere, pronunciauit. Sed reuera non est satis plantas omnes, omnes frutices, herbas, flores, fructus, liquores, & alia medicamenta (quantumuis etiam singulorum uires in promptu habeamus) recensuisse, nisi commodis, ut dixi, locis, & suis unumquodq; temporibus decerpatur, arefiat, ac seponatur: quibus uidelicet uires suas præstãtißimas retineant: siquidem metallica diuturnitate quoq; languent ac intereunt. Huiusmodi itaq; ratione, ut autor est princeps herbariæ medicinæ Dioscorides, simplicia aut uiribus eximia sunt, aut euanida nullo munere funguntur. Deligenda igitur in ijs carpendis serena est cœli constitutio, hoc est, quando nullis ferè nubibus obducta sit: uerùm adeò perspicua, ut pro uulgarium opinione, æther ipse conspiciatur,

ſudum Latini dicunt. Vtilitas autem inde hæc eſt, nam ſi pluuioſa nebuloſáue fuerit, herbæ extranea humiditate perfuſæ, aut imbutæ, facillime corrumpuntur. Rurſus ſi à nimio ſqualore legantur, ne id quidem probatur, cùm exuccæ, & naturali humido deſtitutæ, protinus exareſcant. Et quanquam omnes herbæ, ex Theophraſti li. 9. cap. 22. ac Plinij ſententia 27. cap. ultimo, ualidiores effectus in frigidis locis, atq; Aquilonijs ſiccisq;, accipiunt, quàm meridianis: attamen maiores noſtri, & præſens quoq; ætas, à Galeni uſq; ſeculo initium ſumẽs, medicinalem materiam, ex meridie, quàm Aquilone, petere maluit. Sed quemadmodum uehemens æſtus herbarũ uires comminuit, ſuccum in earum alimentum cedentem exhauriens, & attractricem foliorum, truncorum, radicumq; uim depaſcens: ita immodica humoris copia noxia omnino habenda erit: quoniam hæc earundem facultates retundit, & multa luxuria redolentiam, generoſitatem, ac incrementum impedit. Certè plantæ calidæ & ſiccæ, in aëre eandem qualitatem obtinente, ſunt præſtantiores. Itidem de reliquis eſt ſtatuendum breuiter, omnes herbas mediocritatem quandam efflagitare, atq; ſingulas, pro ſuis temperaturis, demetendas eſſe, cognoſcere oportet: nam gremium telluris inane eſt, & ſine fruge ſolum, niſi ſumat ab æthere uires. Hic tempeſtiuè mihi dicendum uidetur, herbis (quibus Peripatetici uegetabilem tribuunt animam, Anaxagoras, Plato, atq; Empedocles adhuc ſenſitiuam) quatuor ineſſe ætatis tempora ueluti reliquis animatis: quod præter alios naturaliũ rerũ ſcriptores, Dioſcorides inſuper in præfatione ſua, diligenter innuit. Etenim quando primùm è terra erumpunt, principium uideri, & dici poteſt: deinde ubi paulatim adoleſcunt, ac frondes exerunt, augmentum: Poſtea florentes, & fructus proferentes, ſtatum: Vltimò in foliorum quodam deciduo,

Nam quaſdã ferrum nõ admittere Plin. 19. c. 10. ex teſtimonio Sabini Tyri ſcribit.

am deciduo, & fructuum priuatione, declinationem siue senium, haud imperitè appellamus.

Iam quod amplius ad eas decerpendas attinet, tempus eligendum, in quo uigeant, & tantùm non floribus ac seminibus turgeant: quod potißimùm in fruticosis herbis obseruandum erit: quales sunt, Absynthium, Adiantum omne, Asplenum, abrotonũ, anethi coma, betonica, carduus benedictus, calamintha, cichorium, centaurium paruum, chamædrys, chamæpitys, eupatorium, euphrasia, fumaria, hyssopi coma, marrubium, maiorana, mentha, origanum, polium, pulegium, ruta, rosmarinus, sisymbrium, saluia, thymum, thymbra, uerbascum, & id genus aliæ cõplures, quas ex industria prætermitto. Vnde æstatis medio eiusmodi demetere solemus. Mox quicquid est terreni, hærentis spurcitiæ, quisquiliarum, decutiendum, ut prorsus syncera existant, permaneantq;. Deinde in umbra bene siccatæ, reponũtur in annũ, domunculis siccis, aut sacculis ex corio, ne earum uires euanescant: nequaquam in linteis, ut paßim fieri assueuit. Et hîc cogitandum, herbam aliam alia diutius, aut breuius durare posse: siquidem Theophrastus testatur, ac post eum Plinius, Elaterium ducentos annos probatum iri, ueratrũ utrumq; triginta, chamæleonta nigrum quadraginta, Centaureum maius decem, aut duodecim, Peucedanum, & Aristolochiam quinq; uel sex: sed in genere simpliciterq;, quò recentiores sunt nostrates herbæ, eò plus uiriũ habere credũtur: & quò facultate magis calida exuberantes, eò durabiliores: contrà est in frigidorum natura, quæ quàm citißimè resoluuntur, si tantùm extremè frigida excipiamus: qualia numerantur hyoscyamus, mandragora, opium: uerùm hoc succus est, non herba. Constat igitur ex suprascriptis plurimas alterationes è terra enatis accidere. Nobis uerò sufficiat in præsenti-

Theophrast. li. 9. ca. 14. Pli. 27. ca. ult.

arum, quòd in media quadam cœli, regionis & locorum temperie, necessaria congregemus, & in umbra, diligenti studio, siccemus, mox sacculis coriaceis, aut capsulis tiliaceis, aut piceis reponamus. Similem quoque rationem in floribus, herbarum gaudijs, postulamus, qui pleni ueris & anni renascentis sunt indicia. Sed ô Deum immortalem, quanta fuit in effingendis tum coloribus, tum figuris ac delineationibus florum, naturæ solertia simul & ubertas? dum uaria mistura, atq; opere multiplici, inexplicabili prorsus pictura, in certamen usque luxuriant omnes: nam quidam colore candido, quidam rubro, subrubro, alij purpureo, & in purpureo albicante, interdũ nigricante, conspiciuntur. Sunt qui luteo, sunt qui puniceo, qui aureo, cœruleo, hyacinthino, & alijs præterea coloribus, admirabili opificio, insigniuntur, Vt mittam florem flori subinde innasci, duplicemq; uideri, uelut in rosis chrysanthemo, buphthalmo, caltha, bellidis pariter & betonicæ speciebus, & pluribus alijs. Iam quid dicam, quosdam muccosos, quosdam instar umbellarum, radiantes esse? Alios insuper lanugine quapiam obduci, & in pappos euanescere? alios corymbis similes racematim cohærere? alios echinatis capitulis recondi? alios stellarum solisq; effigiem repræsentare? Et inter hos omnes, aliqui odori, aliqui inodori: nonnulli urbani, nonnulli agrestes: quidam præcoces, quidam serotini reperiuntur. Porrò in his minimè silentio inuoluendum, cœli constitutionem siccam, siccosq; tractus, ad odoris incremẽtum plurimũ conducere, accedentibus quoq;, stato tempore, aquæ, uentorumq;, commodis mutationibus. Hinc adeò liberæ plantæ in uniuersum, satiuis odoratiores: & flores primi postremis plerunq; meliores, quando uidelicet herbæ succulentæ uigentesq;, nullam iniuria noxam contraxerũt. Nam & in arboribus, quæ quotannis bis fructum

um ferunt, priores censentur præstantiores : quod ipsum
mmensi ingenij uir Aristoteles libro primo Plantarum tra
idit. Sed non omnibus plantarum partibus, odor, aut sapor
lem est: Sunt etenim quæ in suprema, sunt quæ in ima, aut
edia, aut in alia quapiam parte, utrūq; retineāt, edantq;:
ræterea quæ in frondibus, quæ in folijs, floribus, ramorum
ummitatibus, fructibus, seminibus, in radicibus, alium atq;
lium saporem, & odorem præ se ferant: at magis ille, quàm
ic sedem mutat. Et quemadmodum sapor in uiridi uehemē-
tius, ita diuturnus odor efficacius in sicco uigente, soloq; si-
mili exultat. Similiter uenenosæ herbæ ualidiorem constan-
tioremq; ex ariditate odorem uibrant, quia pars aquosa
penitus difflata, absumptaq; est. Atqui & illud cognoscen-
dum odoratas plātas, flores inodoros, aut certè exiguum o-
lentes proferre: contrà, quibus flores odoratißimi, ipsa plan
ta omni odore destituitur, ceu in uiolis, rosis, lilijs, betonicæ
speciebus, & plerisq; alijs deprehendimus : quorum alij exi-
lem odorem spirant, & celeriter euanescentem : alij toto
anno fragrantes consistunt, cuiusmodi inprimis rosæ rubræ
diligenter siccatæ, ac crocus numerantur. Sed flores omnes
legendi sunt, dum integri & maturi erunt, cœlo sereno (rosas
tantùm pro sacchara parando hic excipio) antequam sol
meridianus eos siccet, aut alioqui sponte sua decidant : qui
quidem siccandi, in locis temperatis, nunc magis, nunc mi-
nus, pro diuersa ipsorum natura, sæpius reuoluentes. Quidā
medicorum, donec una pars ex decem relinquatur, siccandos
contendunt. Hactenus de herbis ac floribus, quantum Sepla
siarijs necessarium esse existimauimus, loquuti sumus, ubi di-
ctionis affinitate illecti, obiter quædam de odoribus attigi-
mus uerius, quàm absoluimus, quia omnem odoramentorum
doctrinam cognoscere uolentibus Theophrasti lectionē sexto

de Plantarum caussis, & Plinij libro 21. cap. septimo suademus, quibus sanè locis, diligens Lector ea consequetur plenissimè, quæ nos hîc breuitatis causa prætereunda statuimus. Venio ad fructus, qui omnes carne, neruo, cute, semineq; constant. Caro pars fructuum interior dicitur. Neruus per se nomine caret, quadam tamen similitudine, animalium appellationes sortitur: spectatur autem is continuus, fissilis, prælongus, sed insociabilis, germinisq; infœcundus cum uenis. Cutis & semen per se manifesta sunt: quod ad illorum delectum attinet, ij ex arboribus maturi decerpuntur, nisi adstringẽtes fuerint ex legitima regione. Nunc deinceps ad semina progrdiendum, quæ finis omnium plantarũ, & opus naturæ præcipuum (ut in quo spes ei maxima propagandæ speciei suæ sit) meritò iudicantur. Propterea eadem pro uario facultatis discrimine, absolutissima diligentia, sede occultiore tutioreq; natura reposuit ac muniuit. Nam quædã custodiæ gratia, siliquis, glumis, echinis, corniculis modò aduncis, modò rectis, pelliculis, corticibus, lignis, umbellis, crustis, ac similibus seruantur, includuntur & operiuntur quædam simplici, quædam duplici tunica: Alia lanugine siue pappo uestiuntur: Alia nuda ac conspicua patent. Etenim natura semper, quæ infirmiora sunt, maiorem tutelam impertiuit. Sunt insuper congesta atque coëuntia, sunt discreta atque distantia, sunt ualida & inualida. Differunt etiam forma, colore, sapore, odore, ac substantia. Et in his omnibus diligenter noua, aut saltem uigentia à ueteribus distinguere oportet, dandaq; omnino opera est, ne superflua dulcedine humiditateq; abũdẽt (quæ bestiolarũ innatarũ origo esse solet) néue uetustate sint exucta, aut alijs peregrinis seminibus sint conspersa. Et inter hæc calida frigidis natura diuturniora experiuntur: æstiua hybernis, nigra albis firmiora. Itẽ quæ-

cunque

unque ſicca, amara, acria, oſſea, quæq; multiplici uagina, ut diuerſa tunica ueſtiuntur, ab animalium noxa ſunt tuta: reliqua uerò omnia celeriter uitiantur. Legere autem conuenit, quando ſiccari cœperint, & antequam decidant, hoc eſt, ubi matura ac perfecta habētur, quod poſt Autumni æquinoctium euenire potiſsimū ſolet. Id tempus cenſetur, Sole libram ſubeunte, nimirum decimooctauo Calendas Octobris, ſiue decimoquarto die Septembris. Semen optimum, anniculum & grauiſsimum iudicatur, quod naturæ ſuæ dotes retinet efficaciſsimas: bimum deterius, trimum ſterile, ſicut à Theophraſto lib. octauo. cap. undecimo, ac Plinio 18. cap. 24. edocemur. Porrò quamuis ſæpe locus, & ſubſtantiæ ipſius qualitas, robur & diuturnitatem adijciat, nulla tamen ſemina ultra quatuor annos durare poſſunt, Theophraſto etiam teſtificāte ſeptimo Plantarum, cap. ſexto. Quin uniuerſa, longiori tēporis ſpatio ſeneſcere emoriq; neceſſe eſt: Interea ſeruabiliora in locis ſiccis & æditioribus exiſtunt. Breuiter quoad fieri poſsit, ex eiuſmodi tractibus petantur, quæ ab autoribus peculiariter celebrata ſunt. Præterea modus & ordo in ſingulis legendis, purgandis, ſiccandis, ac reponēdis adhibeantur: ne ſqualorem, ſitum, aut interitum ullum patiantur, quæ calore humoreq; extraneo, haud difficulter ſuperueniunt. Siccantur autem difficillime, quæ cortice comprehenduntur: Legumina cerealia uocata, ualidiora, uegetiora, ſuauiora, aut acerbiora, & ad uſum cibarium meliora deterioráue, pro locorum etiam natura, redduntur. Omnia uerò agrum exigunt, pro alimenti conuenientia, & aëris ratione. Etenim ſolum apricum, & maximè ſerenum, infirmioribus commodius eſt: contrarium ualidioribus. Iudicātur præſtantiſsima, ſi aqua macerata quàm citiſsimè plurimumq; turgeant, reſoluanturq;, coctiua ac mollia inſuper fiant Euenit

namque,

nanque, ut quæ in locis calidis, stercorosis, tenuibus, soliq; expositis nascantur, alimentum leue atque facile sortiantur. Ita etiam fructum rarum, dulcem, mollemq; pariant. Quæ id minus faciunt, pessima sunt, nimirum terra frigida, spissa, lenta, madida, & palustri exurgētia, quæ etiam extinguuntur. Eadem puteali aqua cocta, difficulter aut prorsus non emollescunt, nisi hæc antè cocta sit, aut momentum sinapi fuerit adiectum: Nam id si accidat, quamuis etiam aquam nō respuunt, Theoprastus secundo Plantarum, cap. quinto, & libro quinto cap. septimo, ut coctiliora euadant, nitro macerari, & in sicco solo seri præcipit: Vt uerò dulciora melle aut lacte, pari ratione fermentari. Atque ista in herbis, floribus, seminibus, ac serie mox continua exponendis discrimina, herbarum ministros, ac pharmacorum constructores expendere oportet, alioqui non segnitiam, sed præterea inscitiam eorum ego constanter accusauero. Nunc ad humorum (quos publico nomine succos uocant) extrahēdorum modum peruenio: qui ex herbis, floribus, fluctibusq;, sanguis eorundem intelligi debet. Is in primo cauliculorum germine, ex omnibus uirentibus plantis, aut earum partibus, differentia triplici, elicitur. Aut enim manibus, torcularibus, siuè alijs machinis (prius incisis, mox contusis) exprimitur, quod est ueluti succamētū. Aut per se exudātes profluūt liquores, qui gūmi ac resinæ etiam nominantur: Aut cortice, siue caule, siue trūco quopiā inciso, lac seu lachrymæ stillāt. Speciatim autem ex papaueris nigri capitibus succus colligitur, Opiū dictus. Et in illis exprimendis accidit, ut proprium succi colorem plantæ aliquot admittant: alijs enim albus, alijs sanguineus, alijs uiridis, alijs luteus, alijs alius color inest: sed principales septem numerantur, uelut odores & sapores, qui interdum manifestantur, interdum occultantur. Variè

interim ex caulibus, caudicibus, ramis, fructibus, floribus, ac radicibus: nunc aquosi, nunc lenti, gummosi, salinosi: nunc acerbi, acuti, amari, acres, dulces sapores eruuntur (ut peculiaribus locis aperiemus) quorum genera septem præcipua, Theophrastus de causis plantarum sexto, cap. primo: & Plinius tredecim enumerat libro decimoquinto, cap. 27. Supra hæc, tria sunt mirabili maximè natura, quæ apud eosdẽ studiosi inuenient. Admittunt insuper isti sapores innumeras mutationes, quemadmodum plantæ & fructus: nulla tamen planta salsum saporem edit. Atqui hanc disputationem latius examinare atque inuestigare desino, ne longior quàm par sit esse uidear, sed quædam rudioribus indicasse, non fuerit inutile. Redeo itaque nunc unde primò digressus sum, nempe ad seminum profluuium, & herbarum interitum, qui ætate desinente expectandus est, quando uiror simul ac uirtus labefactatur: quod equidem fit, ubi plantæ & stirpes paulatim à summo supra terram pereunt, & quicquid est in toto caule potentiæ, in ipsam radicem confluit transfunditurq;, ac ueluti in uentre suo retinetur. Vnde necessariò ualentissimæ & utilissimæ radices (quæ plantarum sunt elementa) circiter hyemem euadunt. Quanquam alij aliter iudicent, ac peculiarem aliquam in plerisque doctrinam assignẽt, quemadmodum curiosus Lector, in autorum libris obseruare potest: nos hîc summam eiusmodi tradere constituimus. Radices itaque omnes in solo ac cœlo naturæ suæ conuenienti, integræ, quoad fieri queat, effodiendæ, expurgandæ, abluẽdæ, dissecandæ, & à lignosa matrice segregandæ erũt, pro multiplici earum imagine, ne luto aut terra obductæ corrumpantur, uel tristi sensu gustum offendant, uel medica pondera uitient: mox filo transfixæ, & ex quibus oportet, dura matrice integrè exẽpta, paruis interuallis, in umbra,

loco

loco libero ac perflatili, haudquaquam humecto, ne sese partes mutuò contingant, omnino siccādæ: pòst in capsulis ligneis extra uehementem solem, fumum, puluerem omnem, constituendæ: paruæ autem, tenues, raræ, citra eliquationem reponendæ: aliàs siquidem promptè situm contrahunt, & abominabilem pariter de se odorem præbent, nisi ad hunc modum peritè tractentur. Iam & hoc cognoscendum, crassas ac densas diutius: tenues & raras breuius asseruari. Auicenna supra tres annos durare negat. Atque in his, sicut in earundem folijs, floribus, fructibus, ac seminibus, uaria recensentur discrimina, quoniam interdum longæ, magnæ & multæ: interdum breues, paruæ, & paucæ reperiuntur, ueluti omnes æstiuæ: fit etiam, ut una tantùm singularis radix inueniatur. Sūt adhæc subinde molles aut duræ, subinde crassæ æquales, subinde tenues distortæ, quæ aut in altum descendentes, uel summæ terræ adhærētes sua natura aut loci inæqualitate cōtorquentur: præterea lignosæ, carnosæ, ex carne corticeq; constantes, surculosæ, neruosæ, capillatæ, capitatæ, geniculatæ, producuntur. Nulla tamen altius subire potest, ex opinione Theophrasti libro de Causis plantarum primo, capite decimotertio, ac tertio, cap. quarto, quàm solis ardor pertingit, quod cōmentitium Plinius arbitratur. Vnde colligitur terræ quoque uarietatem hic, uelut in alijs plantarum particulis, animaduerti oportere. Quò enim illa rarior leuiorq;, eò radices maiores atq; altiores uisuntur: præsertim quando sol potenter agit, & nutrimentum conueniens accedit, & nihil saxei incrementum remoratur. Earum etiamnū ipsarum singulæ, plurimis inter se differētijs distant, colore, odore, sapore: nā aliæ cādidæ, subcandidæ, aliæ nigræ, flauæ, rubræ, subrubræ, ex atro rubescentes, ex rubro purpurascentes, & herbaceæ nunc exterius, nunc interius apparent. Ad

undem modum quædam odoratæ, quædam inodoratæ, & rauiter olentes deprehenduntur. Simile in sapore discrimen est, ut radicum aliquæ dulces, aliquæ amaræ, acres, atq; isipidæ experiantur: quæ uerò dulces sunt, nisi diligenter ccatæ curentur, promptißimè uermiculis erodũtur. Amaæ & acres ab huiusmodi uitio tutæ habentur, etsi inanitæ iribus hebetentur. Si autem bulbosa sit radix, facilè siccatur, sed ad durandum penitus imbecillis. In summa, omnium iuturnitas est, pro multiplici earundem substantia ac faultate. Eadem omnino est doctrina in corticibus siccandis, c reponendis. Horum omnium usque Medicum, & creberimè Pharmacopolam meminisse est necesse. Et sic quoad ieri commodè potuit, plantarum partes, differentias, cultũ, ocorum discrimina, temporum uarietatem, ac delectum pro osuimus: superest, ut qua peritia diu in uigore seruari queant, breuiter complectamur. Corruptela omnium rerum, aut lieni cuiuspiam admistione, aut proprij defectu, aut repostionis negligentia euenit. Proinde dũ singula uigent integra, luto, puluere, ac sordibus munda, diligenterq; ab superflua xcrementosaq; humiditate siccata, in ædibus citra solis ferorem, locis conuenientibus, nimirum siccis, perflatilibus, ëre sublimi, paulatim & sparsim herbæ, flores, semina, fructus: radices, & si quæ sunt similia, siccari: deinde reponi cõludiq; in capsulis ligneis, aut coriaceis loculis debent. Et ic uulgaris incogitantia nostrorum hominum explodenda, qui supra pauimenta domus confusim ac confertim spargunt omnia: ubi frequenter à muscarum, glirium, murium, fe lium, aranearum, & aliorum animalium stercore, sordibus, pulueribus, ac excrementis contaminãtur uitianturq; : Aut à tigillorum guttis, siue ædium uetustate pluuiam per rimas admittentium, situm contrahentia, corrumpuntur. Nec eos

prob-

probo, qui in linteis sacculis raræ texturæ, aut canabinis siue per se siccata simplicia in fasciculos colligata, ad Officinarum laquearia suspendunt, ubi non solùm breui uiribus destituuntur, sed etiam in mille sordium sentinam desciscunt: uel æstiuus aër in ipsa penetrans, quicquid inest boni, abolet atque absumit. Quod studiosè Galenus libro tertio per genera nos monet. Proinde quæ annua, aut interdum diuturniori in Officinis consuetudine habentur, expendere animaduerterecq; oportet, ut nihil à natura sua alienũ, in mortalium necesßitatẽ usurpetur, quod citius perdere quàm seruare ea ratione posßit. Ideo unumquenq; in his omnibus admonitum cupio, ut eiusmodi occasiones sagaci diligentia, seduláq; inspectione obseruet. Herbæ nostrates quotannis permutentur, quæ postquam probè, pro uniuscuiusque natura siccatæ erunt in domũculis firmis, appositè collocentur proprijs locis, aut ædium tignis appendantur. Fructus sæpè corticibus, interdum zacchαro, aut melle conditi: aut succus eorundem Sole uel igne coctus, atque inspissatus, in uasculis uitreatis operculatis, loco frigido reponantur. Liquidus uero quadam efferuescentia per laneum colum transfusus, in uitrea phiala collocetur, supra quem ex melle aut oleo crusta haud multò pòst inducitur, atque ita in subterraneo penuario quàm diutißimè illæsus sine rancore habetur. Flores iucundum odorem spirãtes, arculis tiliaceis, aut uitris magnis: Semina loculis interdum sub abaco aut scamno supputario reconditis, & exemptilibus distinctis, interdum in chartis papyraceis inuoluta asseruentur. Aromata, ut in frigidis humectisq; infeliciter & nouercãte natura gigni nequeunt: ita in similibus locis reposita, durare nõ possunt: quod Theophrastus libro quarto Plantarum, cap. sexto, ac de Causis sexto, cap. 22. testatur. Sed omnia in omnibus explicare est impoßibile.

ßibile. Hoc unum in præſens cõmoneſeciſſe ſufficerit, ex=
iſitam imprimis anni qualitatem, & peculiarem telluris
nſtitutionẽ in odoriferis plurimum conferre, quæ ſtudiosè
am arefacta in arculis (docente Dioſcoride) tiliaceis ob=
ratis, nullo ſitu obductis recondi debent, ut fragrantia in=
lumior aliquandiu retineatur: quoniam eiuſmodi tabulæ
omptiſsimè areſcunt; & propter mollitiem moderatam,
que fatiſcunt, neque rimas ducunt. Quare talibus concre=
ta atque concluſa, à blattis tineisq́; facilius tutò cuſtodiũ=
r, quàm quæ quibuſcunque indiſcriminatim reponuntur.
eſue rheubarbari radices, ut uiribus integris diutius per=
ſtant, ſola cera, uel terebinthinæ miſta, circumlinit, uel Pſyl-
o, uel Milio ſepelit. Idem Agarici uires tuetur, Zingibere,
auco, Liguſtico, Polypodio quercino. Aloẽn cum aroma=
bus ſiue Bdellio uigorat. Hæc atque ſimilia, ſtudioſi apud
ndem in ſimplicibus inuenient. Caſia fiſtularis uulgò nun=
upata, integrius in theca ſua, ſabulo obruta, locis uliginoſis
econditur. Camphora, lini aut pſyllij ſepultura uindicatur
b iniuria. Metallica, lapides, & eiuſmodi corpora dura, u=
ilibet tutò ſeruantur, abſque pulueribus tamen. Artifices
oſtri multiplices pyxides aromatum diuerſitate paratas ha
ent, quibus ſine iudicio res medicas recipiunt, quod uehe=
enter damnãdum eſt. Venio tandem nunc ad medicamẽta
ompoſita, quæ certè uaria ratione reponi uolunt. Pulueres
ordiales pyramidalibus uitris anguſti oris, quamuis medi=
amentariorum pars, haud imperitè coriaceis ſacculis, py=
idibus impoſitis rotundis ligneis ſeruet. Alij errore magno
antùm in uaſculis ex ligno. Eclegmata, Antidota, Electaria
nollia, Locoh, Robub, Purgatoria, Syrupi, Conſeruæ: omnia
æc poculis candidis, læuore alabaſtriten imitantibus, ac fo=
ris picturis uariegatis, uel fictilibus, uel ſiliceis nitentibus
b ſeponun



ſeponuntur. Vidi frequenter qui noxia conſuetudine, ſtan-
neis (quæ Dioſcorides medullis deſtinat,) uidi, qui teſtace
uaſculis eleganter depictis reconderent: Idẽ erat in Cathar
ticis & Antidotis uſus, ſed horum, non illorum ſtudium pro
bo. Galenus nobilem Andromachi theriacen, argenteo, au
ſaltem pretioſo quopiam uaſe, reponebat, & frequẽter dete
gebat, ut perſpiraret. Seplaſiarij quidam noſtri temporis, li
gneis, cupreis, plumbeis, aut ineptioribus poculis, quod nul
la excuſatione tolerari debet, omnia id genus medicamin
conſtituunt, quando plumbum Ceruſſam in ſeſe comprehen
dat. Et hoc quantoperè humanis corporibus aduerſetur, non
habeo neceſſe demonſtrare, dabitur fortè occaſio, quum d
ſtillaticijs aquis in plumbatis campanulis elici ſolitis, poſtre
mo nobis libro erit ſermo. Reſpõdent, per Iouem, ingenia u
ſis, & utrobique prioris, ac poſterioris pariter æui, & ing
nij diſsimilitudo cernitur: nam ut tum erat aureũ atque eru
ditum, ita nunc plumbeum & craſſum eſſe ſeculum mihi ui
detur, in quo non ſolùm negligitur, ſiue potius contemnitu
eiuſmodi in rebus Medicis diligẽtia: uerùm abſurdum ac tur
pe, nonnullis in ſcholis uno aut altero, ſæpe nullo auditore
& tabernis ſubinde reſidentibus, atque ineptè de oleo, au
gramine percontantibus, & Thraſonico interim faſtu, tem
porariam grauitatem, aut potius grauitatis umbram men
tientibus, ac pertinaci inuidia maleuolẽtiaq; bonis uiris de
tractantibus, exiſtimatur: quando quiſpiã magno ſudore, ac
curatius pleroſque in arte medica errores expendens corri
git. Quapropter illi titulo qualicunq; ſuperbientes, & pur
puratis ſimijs ſimiles, magnifico cultu ſplendidi, tamen nihi
aliud quàm ſimiæ, nullã, aut uix triuialẽ herbarũ cognitio
nẽ, medicamentorumq; parandorũ doctrinã adepti, neq; ſib
neq; alijs utiles ſint, praui ac ignaui Philonides, à Muſis &
Gratij

ratijs alienißimi, omnẽ prorſus artis peritiã, indoctis her
arijs, atque imperitis aliquot pharmacopæis committen=
am arbitrantes, unam opinor excuſationem, ad malè ſtupi=
eq; agendũ commenti cũ multis delinquere. Non iniuria mi
or, eiuſmodi ignauũ pecus etiamnũ in Academijs, & apud
obiles ac Comites aliquot foueri, tolerari, ac ſuſpici: utinam
xplodere, & ſuis coloribus depictum, in theatrum omnium
ruditorum ſibilis fugandum producere mihi liceat, ſed nunc
noderatorum neſcio nimia prudentia, an negligentia in Re=
uſpublicis liberis, liberæ linguæ aut calami, carpendis uitijs
ſſe non poſſunt: Itaque deſino, cùm ſatis ignauia ſua ſeſe
rodant. Quòd uerò herbaria induſtria, & pharmacorum
onficiendorum cognitio, non tantùm utilis Medico, ad mor
orum inuentionem, auxiliorum inſtitutionem, affectuumq;
urationem: uerùm ad totius artis dignitatem planè ſit ne=
eſſaria, & plerique ante me doctißimi uiri euidentißimè o=
ſtenderunt, & ipſa ueritas, indoctis ſemper odioſa, indubitã=
ter euincit. Mihi igitur nunc ſatis ſit, ob immenſam herba=
riæ medicinæ commoditatem, quæ ad omne genus mortaliũ
pertinet, ſemel in uniuerſum iſta monuiſſe, ac quadantenus
oſtendiſſe. Itaque pergo hoc inſtitutum meum breuiter ab=
ſoluere, & quod reſtat, de reponendis medicaminibus adij=
cere. Electaria igitur ſicca, quadratis loculis ligneis hodie
rectè includuntur: Catapotia & Trochiſci, ſimiliter rotun
dis. Cerata, ac potißimùm Emplaſtra, in longas figuras un=
dique rotundas (Magdaleones appellant) finguntur, &
chartis papyraceis ueſtiuntur, præter extremorum media.
Olea, unguenta, & Oeſypum, aptißimè alabaſtris ſeruãtur:
poſſunt inſuper pyxidibus lapideis, ſiliceis, ſtanneis excipi,
ac locis ſiccis frigidisq; condi. Adipes ſimul ac medullæ, hu=
more aliquo competente ablutæ, mox in uaſe duplici liqua=

tæ, cinerum, solis, aut ignis tepore, per cribrum tenuißimu transfusæ, uasculo terreo, in sedibus frigidis, aut iuglandiu folijs, aut lauri recipiuntur. Atque in istis conseruandis, *u hementes & longi Solis radij arcendi erunt.* Præterea *co stringenti coriaceo operculo, ab iniuria incidentium, singu la uasa munienda.* Carnes *animalium à membranis sordi busq; primò diligenter purgatæ, deinde frequenter aqua pòst aceto & uino austero lauantur, tunc in clibano leuite siccatæ, ad usum medicum aliquandiu tuentur.* Ocularij *medicamentis liquidis, ænea uascula destinantur, quòd ill acria & propemodum mordentia, imò ne multum quiden à corrodendi facultate aliena esse oporteat: quæ sane tun uires maiores acquirunt, cùm eiuscemodi locis credita fue rint, quæ indies magis magisq; eam uim augere queant.* Pro*inde* Galenus *in æreis quoque ollulis coquit, & in æreis pyxidibus eiuscemodi repositis utitur, libro per locos quarto, cap. septimo.* Nec *tamen omnia ocularia medicamina talibus uasculis indiscriminatim committenda sunt, sed acria tantùm:* Insanus *enim haberi poßit, qui* παρηγορικὰ, *id est, mitigatoria seu consolatoria, æri commiserit.* Et *de istis nunc satis.*

*

LIBER PRIMVS, DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM, OFFICINIS hoc æuo usualium, Autore Bernardo Dessennio Cronenburgio, Doctore Medico.

Anacardina confectio Mesuæ.

Recip. Piperis nigri & lõgi, Myrobalanorũ, chebularum, emblicarum, belliricarum, Indarũ, Iundebeduster, ana drachmas duas. Costi, Anacardi, Zacchari Tabarzet, Burungi, Baccarum lauri, ana drachmas sex. Cyperi unciam mediam.

Tere Anacardos per se, deinde alias medicinas optimè. Confice æquali quantitate butyri uaccini, & mellis prius bullitorum. Da post sex menses.

CRONENBVRGIVS.



VM in omnibus rebus disquirendis, intelligendis, consequendis, ac disponendis, ordini semper primus locus datus est, ut sine quo utiliter aut prudenter nihil fieri ac tradi potest: Ideo nos eundem necessariò seruare conantes, antidota & medicamina, quæ hactenus confusa atque perturbata fuerunt, in ordinem reducere laboramus, non alium equidem quàm natura suadet, atque ce-

lebrium ingenio eruditionéque hominum ars obseruatioq; docet, imitãtes. Solent uerò, tanquam in acie milites collocã ordine Imperatores, ita quoque literas constituere rei literariæ principes: partim ut memoria lectionis præsentanior, partim uti inuentio facilior esse poßit: Et hos sequi nunc mihi consilium est. Cæterum quando ad unum omnes Officinæ, aut Ioannem cognomento Mesuen (pater siquidem illius Mesue dictus fuit, ut ipsemet in exordio Canonum suorum testatur) aut Nicolaum quendam Præpositum hactenus ceu duces, in conficiendis medicamentis, optimos sibi imitandos proposuerunt (licet in plerisque plus æquo ijs tribuant) ne ego ab eorundem exemplo, & recepta multis retrò annis consuetudine, uim legis obtinente, discedam: néue calumniandi mei occasionẽ offeram (quãuis frugibus nunc repertis optimis, glandes negligere suaserim) idcirco usuales Officinis compositionum formas, mutatis tamen quibusdam ineptis nomenclaturis, primo loco scribam, nisi quando ueriores & incorruptiores referre ex Græcis consultius uidebitur: ubi tamen Arabum ac Neotericorum descriptiones haudquaquam præteribimus. Mox obscuras uoces, & simplicia quæque, ex optimis ubique autoribus explicabimus: Adiungentes & conficiẽdi pharmaci rationem, ac determinata in antidotis atque medicamentis purgatorijs, mellis pondera: ut in hunc modum collatis inuicem quibuscunque exemplaribus, uera lectio in communem utilitatẽ, ac proximi salutem manifestißimè pateat. Atque hic est unicus noster scopus, quẽ si (uti pro Dei opt. max. clemẽtia confidimus) sine errore assequimur, nihil amplius nobis desiderandum esse arbitramur. Porrò cùm omnium primum de antidotis sermonem ordine, ut dixi, instituere decreuerimus, ea propter ab ijs nunc auspicabimur, cõtinuò adijcientes Ele-

ctuaria uulgò uocata, Gal. in exordio lib. 1. de Antidotis, ueteribus Medicis ea esse asserit medicamenta, uel potius Alexiteria, siue Alexipharmaca (quæ ab Arabib. nomine Bezahar significantur) non quæ extrinsecus imposita, sed intra corpus assumpta, malis, id est, tã morsibus animaliũ uenenosorũ, quàm mortiferis uenenis medẽtur. Et tres in uniuersum eorum differẽtiæ habentur: Alia siquidẽ letaliũ medicamentorũ gratia exhibẽtur: Quædam propter bestias uirus eiaculantes: quædã uerò malis ex prauo uictu obortis auxiliantur. Sũt quæ omnes istas dotes promittãt, nẽpe theriaca. Cõsistunt autẽ ista ex herbis, succis, seminibus, fructibus, radicibus, corticibus, ac plerisq; alijs plane sibi interdũ aduersantibus, multipliciter etiã tritis, dissolutis, cõmixtis, tãdem cũ melle coactis. Galeno subscribũt Paulus Aeg. lib. 7. c. 11. & Celsus li. 5. c. 23. Nũc ad præscriptã confectionẽ animũ applicemus. Paul. lib. 7. c. dicto, binas nobis ab hac superiori multò diuersissimas proposuit, quas lib. 13. c. 112. & 113. Aẽtiũ tradidisse cõperio. Idẽ mox aliã à Nicolao quodã Myrepso (quem latinitate donauit Leonhartus Fuchsius) Antidotis 218. & 219. fermè trãscriptã ostẽdit. Actuarius lib. de Composi. med. Nicolaus Alexãdrinus c. 917. et Myrepsus antidoto 217. 406. ac 441. priorem Pauli descripsisse mihi uidentur, sicut c. 919. posteriorem. Sunt insuper pleræque aliæ apud eosdem, uarijs locis descriptiones, sed ubique sanè ponderum, & rerum inæqualitas multiplex. Ex superioribus absq; dubio Rhazes 9. ad Almãsorẽ regẽ ca. 9. Mesue c. de Aegritudinibus neruorũ. Serapion (non autem ille Alexandræus, qui à Philino Coo, in Empirica secta floruit) Arabs de Antidotis, capit. 8. Auicen. lib. 5. summa prima. tracta. 2. Rursus ille cap. 20. hic, tractatu 3. Electuarium Anacardinum. Remaldus siue Arnaldus quidam de Villa noua lib. suæ medicinæ 1.

cap.28.Ioannes Concorregius tract.1.ca. 25. & Præpositu atque alij numerosam scripturam coaceruarunt. In summa si quis omnes mutuò conferat, is haud dubiè confusissimum chaos, & discordiæ barathrō contuebitur. Ac uix quisquam credat, nisi qui studio singulari, eius rei sollicitus periculum fecerit, quantū laboris, curæ, industriæ, molestiæ sit: & quàm multiplex ingenij, corporis, fortunæ ac temporis dispendium subire ac perferre cogatur is, qui immensam autorum Græcorum, Arabum, Latinorum dictionem, atque in uno sæpe medicamento ambiguam, cùm in rebus, tum in ponderibus, discordiam conciliare, & conciliatorum sensum cum iudicio inuestigare proposuerit. Itaque fit, ut dum, sicut oportet, circa uarias scripturas animum intendas, nec addere, nec subtrahere ulli audeas, nequicquam tamen plerisque fecisse uidearis: sed frequēter pro laboribus maximis pessimā apud multos gratiam consequaris. Nos uerò omnibus prodesse, quoad fieri potest, & nullius, aut quàm paucissimorum calumnias experiri cupientes, initiò ueram ac consuetudine diuturniori comprobatam lectionem simpliciter, attamen omissis malè Latinis uocibus, recensuimus: mox scriptorum loca, & eorundem consensum aperuimus, ut ea occasione, pro otio & desiderio quisque suo, exactius singula disquirendo, sibi satisfaciat. Et hæc est laboris nostri ratio. Nunc rerum difficilium expositionem, ut recepi, indicabo, in quibus Anacardus, à quo denominatum est Antidotum, principem locum retinet, cuius mentio & usus habetur apud Græcos posteriores, nimirum Aëtium, Paulum, Actuarium, Nicolaum, atque in primis Arabas, ut palàm est apud Serapionem, cap. simpl. 356. & Auicennam, cap. 41. canone 2. Videtúrque à corde, cuius figuram imitatur, nomē sumpsisse. Præparātur uerò hac arte: Anacardia seorsum trita ace-

o sufficienti, diebus septem, perfunduntur: octauo die, lento gne ad medietatem coguntur, & per linteolũ colantur: fæx emanens siccatur, atq; usu postulante recipiũtur. In succo utem mel sufficiens ad spißitudinẽ coquitur, & hoc utimur. Hæc Nicolaus Alexandrinus, cap. 921. Germ. Elephantẽ auſs. Ital. Anacardo. Legitur præterea in Mesue: Myrobalanorũ, chebularum, emblicarum, &c. Hos fructus Mesue imbuit, & castigat interdum oleo amygdal. dulcium, ẽro zaccharato, succo cydoniorum, butyro uaccino, ueluti ic, & in tryphæra Sarracenica. Iidẽ uetustioribus Græcis, Dioscoridi nimirũ ac Galeno, incogniti fuerunt, quoniã horum myrobalanus, id est, glans, siue balanus unguẽtaria, aut myrepsica, osse siue ligno carebat, quemadmodum testatur Plin. lib. 23. cap. 5. & 12. cap. 22. Sed uulgaris noster os habet: cuius omnes species, Græci posteriores, cum Mauritanis, exquisitißima ratione literis mandarunt. Quin Gal. 9. compos. pharmacorum per locos, & Scribonius Largus frequenter myrobalanorum meminerunt, cum additione corticis. Attamen de nostris nunc in medicinam receptis, haudquaquam loquuntur. Quinque species enumerantur, quas Pandectarius cap. 312. hoc carmine complexus est:

Myrobalanorum species sunt quinque bonorum:
Citrinus, chebulus, belliricus, emblicus, Indus.

Officinæ nostrates, ut ferè omnia, ita & harum appellationes corruperunt, pro luteis siue flauis, citrinas: pro chebulis, kebulas: pro beletzicis, belliricas: pro empeliticis, emblicas: pro cœruleis, Indas ac nigras dicẽtes. Earum delectum doctißimus Syluius lib. 1. de simpl. natura ostẽdit, ubi copiose omnium simplicium præstantes dotes explicat. Quapropter necessarium erit, illum autorem cum his nostris laboribus coniungere, ut nihil desit, quod ad uerã pharmacorũ cognitionem

Syluii liber cũ his cõmẽt. legẽdus.

tionem ac præparationem quoquo modo facere queat. Similiter legendus erit Tagautius in Mesuen, cap. 2.

Quod uerò sequitur, Iundebedufter.) *Castoreum intellige.*

Burungi.) *Substitue melissophyllon, aut semen erucæ, aut si uoles, cubebas: nam unumquodq; istorum memoriæ conferre proditum est.* Iacobus Syluius *melanthium ponit. Nullam aliam burungi expositionem apud ullum claßicum scriptorem inuenio.* Reliqua *per se constant.*

Excipe per tenuißimum cribrum discussa aromata butyri insulsi, & mellis probè expumati, singulorum decem unc. Atque sic erit liquorũ, pro speciebus, quadruplum. Hic *animaduertendum, unamquanq; libram* Romanam *constituere uncias duodecim mensurales, sicut plenißimè 10. lib. explicabo.* Ad *sex menses fermentatum medicamen tutò usurpatur: Durat, Serapione testante, annos tres.*

Antidotum Hæmagogon Nicolai Alexandrini.

Recip. Asari, Acori, Amomi, Sem. Atriplicis, Marathri, ana scriptulũ unũ, grana sex.
Anisi scriptulos duos.
Aristolochiæ lõgæ, artemisiæ, casiæ fistularis, ana scriptulos duos, grana quatuordecim.
Centaurij minoris scriptulum unũ, grana sex.
Centaurij maioris, Dauci Cretici, ana scriptulos duos.
Ellebori nigri, aliàs Elenij, scriptulũ unum.
Foliorum lauri scriptulum, & semissem, grana tria.
Glycyrrhizæ scriptulos quatuor.

Lupi

Lupinorum drachmas duas.
Melanis ſcriptulos duos.
Myrrhæ ſcriptulos duos, & grana quatuordecim.
Orobi ſcriptulum unum.
Mellis quantum ſufficit.
Stypteriæ ſcriptulos duos.
Macedonici ſcriptulos duos, grana quatuordecim.
Pyrethri ſcriptulos duos, grana quatuordecim.
Piperis drachmam unã, ſcriptulos duos, grana ſeptem.
Sem. rutæ, ſpicæ, pulegij, ana ſcriptulos duos, & grana quatuordecim.
Pæoniæ ſcriptulum unum, grana ſex.
Cyperi, radicum capparis, cymini, zingiberis, ana ſcriptulum unum.
Sinonis ſcriptulos duos.
Schœnanthi ſcriptulum unum, grana tredecim.
Gari ſcriptulos duos.
Apij, ſabinæ, ana ſcriptulos duos, & grana tredecim.
Xylobalſami ſcriptulum unum, grana quatuordecim.

CRONENBVRGIVS.

Dicta eſt Antidotus iſta, quia ſanguinem menſtruum proliciat. Hanc in Præpoſito mirè deprauatam olim ſuſpicabar, ob ponderũ doſim exiguã, ac in idẽ cõtinua ſerie redeũtem, ut eſt Macedonici ſcriptuli duo, grana quatuordecim: & mox,

& mox, pyrethri scriptuli duo, grana quatuordecim: Rursus, seminis rutæ, spicæ, &c. quoniam sub uocula, Ana, sicut ex more solet, plures simul res complecti potuisset. Sed postquam uerus eius autor ad manus meas peruenisset, protinus malam hanc suspicionem deposui: idque eò uelocius, quò minor sit inter utrunque dissensio: etenim omnia simplicia, & pondera sunt eadem, præter paucißima, quæ etiam facilem admittunt excusationem. Myrepsus Nicolaus, ab utroque diuersum percenset, numero 26. titulo Antidotorum, ubi etiam loco Elenij, elleborum nigrũ constituit, quemadmodum Arnaldus de Villa noua, praua omnino lectione, ut mihi sanè uidetur: nam tutior est helenij, quàm ellebori usus, atque hoc inditum, illud uerò potum, menses trahit. Actuarius eiusdem nominis epithema posteris manifestauit, in libello compos. medicamẽtorum. Cæterùm res ingredientes, hoc modo intelligendæ erunt: Asarum, siue Asara baccara uulgaris, alia est herba à Bacchare Plinij lib. 21. cap. 6. & 19. quæ etiã Perpensa dicitur. Dioscorides quoq; utranq; distinguit lib. 1. cap. 9. & 3. cap. 42. postremæ editionis, ex Ioannis Ruellij interpretatione (hanc numeri rationem semper, in aßignãdis capitibus, in isto uolumine, obseruabimus) quem idem, libro suo de natura stirpium secundo, cap. 8. Manardus cap. de Asaro in Mesuen, & Brasauolus in simpliciũ examine, sequuti sunt. Dicitur adhuc Nardum syluestre, & rusticum: quia radices odore penè nardũ imitantur: Germanicè Haselvvurtz, & Vuilder nardus. Gall. Naron, Italicè, Asaro. Serapion cap. simpl. 254. de Asaro, ex Diosc. transcripsit.

Acori.) Manardus peritia artis eximia libro 6. epist. 3. uulgarem radicem acori in palustribus ac aquosis nascentis Germanicè geel Schuuertel. Gall. Glayeul, Ital. Iride saluatica, haudquaquam usurpat, & id quidem rectißimè,

ißime, sed calami paßim odorati dicti. Leonicenus, & Bra-
uolus, pro acoro, galangã nostram intelligũt. Leonhartus
uchsius, diligẽtißimus simpliciũ scrutator, quod ex clarißi-
o eius de stirpium historia uolumine, annis superioribus in
ucẽ producto, palàm fit, craßiorẽ Galangam ad nos cõpor-
tari cœptam, pro legitimæ acori radice, accipiendam suadet.
õtrà Ioannes Ruellius, ut si quis alius præstantißimus me-
icinæ non modò herbariæ, uerùm insuper curatiuæ, ab ipsis
ræcorum fontibus, emergẽtis artifex, rerumq; naturalium
stimator grauißimus, illam crassam galangam, acorũ ue-
am negat, neq; id sine autoritate, quia Serapion (cui in hac
e credere par est) de utrisque distincta capita facit. Quin
Actuarius, atq; Myrepsus, uelut res diuersas, cõpositionibus
uis miscent, ut in Aurea Alexandrina uidere est. Opinionum
ontrouersiam luculenter peritißimus Andreas Matthiolus
Medicus, in Comment. suis in Dioscoridem, sustulit, dum ca-
amũ usus quotidiani odoratum, uerißimum Acorum osten-
it, cuius doctrinæ, utpote germanæ, refragari nemo debet.
Hanc superuacaneum duxi huc transferre, quoniam prom-
ptũ est mihi credere nolentes, illius dictionẽ legere. Quæ autẽ
radix galangæ maioris nomine circunfertur, est sanè eiusdem
generis cum minori, sicut manifestißimè idẽ monstrat. Aco-
rum pingunt Dioscorides libro 1. cap. 2. & Plinius 25. cap. 11.
Perspicuum igitur nunc esse debet, galangam magnam non
censeri Acorum, & multò minimè uliginosam Officinarum,
qua tamen ceu genuina, plerisq; retrò annis, celebres medi-
ci, errore pernicioso, usi sunt. Qui autem antiquum adhuc
retinentes, ab eo desistere nolunt, ex ipsa ueritate, occultam
in proximo fraudem corrigentes, tandem desinant. Hierony
mus Tragus communem Acorũ, Dioscoridis Xyridem con-
stituit, sed Matthiolus hanc Sphatulam fœtidam aßignat.

Amomi.)

galang.

Amomi.) Hoc an uerum habeamus, non parum multi hoc æuo ambigunt. Dioſcorides lib. 1. cap. 14. in primis Armenicum laudat, fuluo auri colore, ligno ſubrufo, ualde odorato: deinde Pontici atque Medici meminit, ſicuti Theophraſtus 9. cap. 7. huius, & Indici, ſimiliter Plinius 12. cap. 13. Serapionis interpres turpiter herbã Pedem columbinũ uertit, cap. ſimpl. 279. Euritius Cordus ineptè Hiericũtis roſam dixit, quẽ imitatus eſt Cordus iunior in compoſ. Aureæ Alexandrinæ, etſi idẽ in expoſitione Theriacæ, nos Amomo uero carere aſſerat. Fallitur etiam Fuchſius, amomi ſemen petroſelini uulgaris exiſtimans, cum certè hoc ex Apio ſatiuo (ut pòſt oſtendemus) colligitur. Nec unquam Tragi cap. 154 Tomo 1. aut Valerij Cordi opinionẽ probabo, Amomũ Officinarum, Siſon affirmantium, quoniã Dioſcorides ſemen eſſe ait in Syria natum, Apio ſimile, oblongum, nigrum, feruentis naturæ: quod inde uſque ad nos adferri, nemo adhuc doctus dixit, & eſt alioqui minus tutũ, de rebus incognitis pronunciare. Vt autẽ paucis rem expediam, ſi quis diligenter Dioſcoridis dictionẽ expẽdit, is eum nõ de ſemine Amoni, ſed de lignea materia locutũ cõperiet, quod ego hactenus uidere nõ potui, nec quenquam audire, qui haberet, proinde Acorũ uerũ, quod Calamum odoratum ſuperius indicauimus, ſubſtituendum adſtruimus, cùm ſimiles habeant Galeno uires.

Seminis Atriplicis.) Græcis dicitur Atraphaxis & Chryſolachanum, hoc eſt, aureum ſiue luteum olus, antiquis Atreplexum, Hippocrati Adraphaxis, Romanis Atriplex: duo eius genera, ſatiuum & agreſte, de quibus Dioſcorides 2. cap. 112. Plinius lib. ac cap. 20. Columella 12. Ruellius lib. 1. cap. 20. & 2. cap. 53. Manardus lib. 9. epiſt. 3. Legitur inter olera, ſapore non undecunque cõmendabili, uentrem lenit, calidam ſtomachi iecinoriſq́; intemperiem alterat. Gal.

Blito

lito prætulit. Germanis Moltẽ & Milten, Batauis Meld. Atq; huius fortè quædã species Spinachia est, herba ueteribus Græcis incognita, ab Architrenio Adrianopol. Græco tamẽ professore σπανακὸν Arabibus Aspanar, uulgo à spinoso semine Spinacia. Numeratur quibusdã inter Rumices. Germ. Spinat. Gall. Espinars. Ital. Spinace.

Aristolochiæ longæ.) Describit Dioscorides, cæteriq; Græci, & Macer tria eius genera, lib. 3. cap. 4. Plinius quatuor lib. 25. cap. 8. Rotũdũ, fœmina dicitur. Theophrastus Plantarũ cap. 13. & 22. malũ terræ uocat: Secũdũ, in digiti crassitudinẽ, & dodrãtis longitudinẽ crescens, mascula, nonnullis dactylitis: tertium, est longissima, & Clematitis, quasi sarmẽtosa cognominatur. Plinius quartũ genus pistolochiam appellat, hæc omniũ tenuissima uisitur. Germanicè lang Holuurtz, oder Osterlucey. Gall. Aristologie lõgue. Ital. Aristolochia lõga, uocatur mascula: fœmina uerò ronde Holuurtz, Gall. Aristologie rõde, Ital. Aristolochia ritõda. cuius duo apud nos genera uisuntur: unũ est radice omnino firma & solida, alterũ intus caua, colore utrũq; subcitrino, floribus nunc candidis, nũc purpuraceis. Radices longæ, plurimã coctionẽ ac triturationẽ admittũt. Omnẽ historiã doctissimè Fuchsius cap. 31. de Stirpibus proponit. Et quamuis rotundam Dioscoridis, Officinæ nostræ ignorent, attamen selectam uulgarem absq; periculo substitui posse existimauerim, cùm in folijs atque radice, haud superuacaneam acrimoniam obtineat, quam pariter & odorem præstantem imprimis illi Dioscorides assignat. Omnium radices quinque aut sex annos durant.

Casiæ fistularis.) Ego uerò Casiam odoratã ligneam intelligo: aut in eius penuria, cinnamomum uulgare, quoniam hoc magis isti intentioni conuenit.

Centaurij

Centaurij maioris & minoris.) *Hoc febrifugia Theophrasto* 9.*Plantarum,c.*9. *&* Fel *terræ,propter amaritudinem summam uocatum, omnes ad unum tabernæ, ac penè omnes mulieres nouêre:* Maius *non æque omnes, imò hominum paucißimi.*Diosc.*lib.*3. *cap.*6.*ac* Plin.*lib.*25.*cap.*6. *utrunque pingunt.* Durat *radix maioris annos duodecim, dum recens,pinguis,spissa,grauis,succo rubeo prægnans uidetur:* Minoris *uerò radix inutilis habetur* Galeno 7.*simpl.* Leonicenus,Manardus,Iacobus Syluius, Aloïsius Mũdella, *& cum primis* Matthiolus *in* Dioscoridem, *maius* Centaurium,*usitatum* Officinarum Rheuponticum *uerißimè decerunt,quod negant* Ruellius *&* Brasauolus: *unus* Fuchsius *secundum genus* Lapathi *statuit.*Doctor Ioannes Echtius Coloniæ *herbam retinet in suo horto, per omnia* Dioscoridis *uerbis respondẽtem.* Minus Germ. Klein Tausentgulden *dicitur,*Gall. Centaures,ou Fiel de terre. *Ital.* Centaurea minore,o Biondella. *Hispanice,* Fiel de tierra.

Elenij.) *Vulgariter* Enula campana,*de qua in secundo horum uoluminum tractabitur.*

Melanis.) *Sic impressus codex habet:at ego cum* Præposito Melanthium *legere malo,quod est* Nigella,*siue* Gith. *Depingitur à* Dioscoride *lib.*3.*c.*75. *&* Plinio 20.*cap.*17. *Ab* Hippocrate Melanspermon, *ac* Melanthe *uocatur. Optimũ quàm exercitatißimi odoris,& quàm nigerrimũ. A* Serapione Xamin *cap.simpl.*328. *non* Carui, *ut malè* Pandectarum *medicarum coaceruator,aut deprauator potius,interpretatur.* Ab Auerroë *ca.*42. 5. *Collectaneorum suorum,* Scaunix. *Seritur ferè plerunq; in hortis,atq;Officinis* Nigellæ Romanæ *nomine uenit,uernaculo sermone* schuuartz Nardus samen: *Germanis uerò* schũuartz Kumich

mich. *Gallicè* Poyurette, & Nielle. *Ital.* Gith, o Nigella. *Est & aliud genus, inter fruges paßim sese miscens, pseudomelanthiũ quibusdã falsò syluestre putatũ, quod tamen diuersum est, hortensi non admodum dißimile, capitibus grandioribus, semineq; minus odorato. Tria eius genera ostenduntur* Hieronymo *Trago libro primo, capite 37.*

Myrrha.) *Græcis smyrna, ex hac eligenda non usualis nostra (quæ tantum ab optima deflexit, ut etiam bona dici non debeat, esseq; suspicor* Dioscoridis *lib. 1. cap. 67. Caucalin aut* Ergasimen *cognominatam) sed primæ speciei recẽs, subuiridis, concolor, leuis, odorata, & quæ confracta uenas cãdidas intus habet, amara, acris. Hæc inter gratißimos regalesq; nidores numeratur: Grauis uerò colore picis nigra, exoleta, inutilisq; censetur.* Eius *uniuersam faciem ostendit* Theophrastus *9. Plant. cap. 4.* Plinius *sex eius genera, quorũ multiplices sunt partitiones, refert, 12. ca. 17. Atq; hinc adeò est, pilulas* Ruffi, *aduersus pestem parum esse efficaces, quia genuina caremus.*

Orobi.) *Vt nihil est facilius, quàm Græcorum* Orobon *id esse legumen, quod latinæ linguæ scriptores* Eruum *dicũt,* Auicenna *lib. 2. cap. 353.* Herbum: Serapion *capite 33. simpl.* Heisene. *Ita sanè nihil penè operosius, quàm exactam cognatorum leguminum doctrinam tradere mihi uidetur: siquidẽ tanta est uel doctißimorum hominum ambiguitas, ne dicam obscuritas, & ipsius rei diuersitas, ut uix quẽquam arbitror superesse, qui id dilucidè ac distinctim explicare poßit.* Ioannes Manardus *præclarus* Medicus *Epistol. 3. primi libri, hoc ex professo saxũ uoluens, non uidetur mihi satis manifestasse. Et quanquã* Almelic Auicennæ, *eandem rem cũ* Eruo: *similiter* Arabũ Mes *uel* Almes, *Græcorũ* Pisum *declarauerit, ac utrunq; ab* Eruilia *diuersum euidenter ostenderit, attamen*

in pleniori expositione, uelut sibi diffidens, prorsus destitit & laboriosum esse ipsemet agnouit, dum Eruiliam alios Ro uiliã, Venetos Pisarelos, quosdam Rodionos uocare affirmat. Deinde in sermonis processu, Eruiliam uulgarem Italicam Theophrasti lib. 8. Plantarũ, cap. 3. ac Dioclis Dolichon de cernit, quod Galeni ætate Phaseolus uel Lobus dicebatur, & Gaza siliqua impropriè uertit loco citato. Attamẽ Galenu primo alimentorum, & Paulus insuper lib. 1. cap. 79. Pisos Phaseolos, Dolichos, ab Eruilia apertißimè discreuerunt. Sec Hippocrates de ratione uictus, Phaseolos Dolichos quoque uocauit. Erunt itaq; Dolichi & Phaseoli idẽ legumen, ab Er uilia seiunctũ, quæ tamen Manardus Dolichi appellation cõprehendit, ut suprà cõstat: tametsi discrimen inter Phase lum, Phaseolum, aut Phasiolũ, imitatus Galenũ 6. simpl. & Alimentorũ primo, cõstituat, Serapionẽ interea notãs, Phaseolum siue Dolichum, exponit Eruiliam, eaq; homines in cibis delectari asserit. uerũ Galenus id nõ de Phaseolo aut Dolicho, sed de Ochro, Eruilia dicta scripsit. Est autem Phaseolu duorum generum: Vnum fructu candido, Officinis ac mensis nostris incognitum, Italorum tamen & Hispanorum frequens: atque hoc Dioscoridem lib. 2. cap. 100. putasse uerisimile est, ex omnibus facultatibus, quas ipse & alij autores eidem attribuunt. Alterum grano rubente cernitur, quod lib. 2. cap. 140 pinxisse prorsus uidetur, Smilacis hortensis nomine. Idem legumen cùm ad nos superioribus annis deferretur, ostentationis gratia, nemo Phaseoli congenerẽ fuisset arbitratus (nã faba Turcica, & Gallica paßim uocabatur) nisi docti, & herbariæ medicinæ studiosi, certis notis rẽ deprehendissent. Hieronymus Tragus singulari diligẽtia istorum leguminũ notitiã perquirens, tria genera euidẽter numerat, Tomo 2. cap. 11. & Eruorũ quinq;, cap. 16. Illa ob spe-

cierum

cierum differentiā uulgò Faſelen, *Gal.* Phaſioles. *Ital.* Fagiuoli: *hæc* Wicken, *Gal.* Veſſes, *Ital.* Veccie *appellantur, & Latinè Vicia. Atqui hoc loco corrigendus error, tā Medicis multis, quàm officinis cōmunis, in Piſo & Eruilia, ſiquidem Theophraſtus lib. 7. cap. 3. Plinius 18. cap. 7. utriuſq; ſeorſim meminerunt. quemadmodum Galenus primo Alimentorū, & alij. At uulgus medicātium, & ſeplaſiæ, confidenter ſimul ac imperitè pro eodem fructu uſurpant. Tria in noſtro ſolo Piſorū ſatiuorum genera reperiuntur: Primū, facie pallida, elangueſcente, forma exigua, rotunda, abſq; nigra litura ſpectatur, Germani.* weiſs Wicken, *aut* Erbſen. *Gal.* des Pois. *Ital.* Peſelli. *Secundum uidetur colore gramineo, tametſi exuccum, & penè aridum ſit: cuius notæ Piſa iudicantur, in Delphico Hollandiæ agro naſcentia. Ex his aridis benè coctis, ac per cribrū purgatis, gratū, cum ſaccharo & aromatis, edulium, ſplendidis etiam conuiuijs importatur. Itidem cū agnina aut caprina recenti coquuntur. Quin & ante plenā maturitatem, cum ipſis ualuulis ſiue ſiliquis aqua coquuntur ad mollitiem, mox per ſe cum butyro & apio hortenſi, quod Petroſelinum nūc dicitur, manduntur. Tertium Piſorū genus, faciem edit fuſcam ſiue cinericiam, noſtro ſermone* graw Erbſen *nuncupātur. Gal.* des Pois gris *dici poſſunt. Hæc legumina pauperū menſas inſtruunt, perfuſa oleo, aſperſo ſale, cuiuſmodi uſum Gal. 1. Alimentorū de Eruilijs innuit. Tragus uerò aliter diſtinguit Tomo 2. cap. 9. & 17. ubi ſignis probabilibus, id leguminis, noſtra, ut dixi, lingua* Erbſen, *Gal.* Pois, *Ital.* Peſelli *appellati, Dioſcoridis lib. 2. cap. 96. Cicer arietinū decernit, titulo Erebinthos, aut Ciceris. Et nemo diffiteri poteſt, quin cuiq; priuatim fructui, ueſtigiū arietino capiti ſimile natura indiderit: unde hoc ipſum ei attributum no-*

men, ut autor est Plinius lib. 10. cap. 12. quanquã non desint qui pro illo fructu, Cicer nigrũ intelligant. Certè multiplex est eorũ leguminũ & differẽtia, & dissertatio, quã utcunque nũc ostẽdisse sufficiat: ampliorẽ cognitionem expetẽtes, alios autores uersare ne grauentur, nos propter illorũ affinitatẽ de ijs copiosius disseruimus, quàm constitueramus, à quibus nõ multũ Lẽs aut Lenticula, Germa. Linsen. *Gal.* Lentille. *Ital.* Lentirrhie. *quæ monachis, & sese cõtinẽtiæ deuouẽtibus, ne Veneris uexẽtur tẽtigine, auxiliãtur, diuersa existit. Sed cõmodum est cõmonefecisse & didicisse. Eruorum esum, ob succi prauitatẽ ac ingratitudinẽ repudiari: Pisorum uerò ob probitatẽ laudari, unde Hippocrates, grassante famis iniuria, ob inexpugnabilẽ necessitatẽ, homines ad illorũ usum cõfugere, testatus est, censeturq́; adeò medicamẽtosum, ut sanguinẽ per urinã expellat, autoribus Dioscoride 2. cap. 101. Gale. 8. simpl. & Paulo lib. 7. Quapropter etiã in hanc Antidotũ assumuntur. Redeo ad sequentium explicationem.*

Stypteriæ.) *Hoc nomẽ apud Græcos inuenit à uehemẽti sua adstrictione Alumẽ. Id tũ natura, tũ ars facit, & quidẽ utrũq; ex aqua & terra aluminosa, aut, (ut Plinius ait lib. 35. cap. 15.) ex aqua & limo, id est, terræ exũdãtis natura, uocaturq́; eidem Salsugo terræ, cuius permulta sunt metalla in orbe terrarũ, quæ diligẽtissimè enarrauit Georgius Agricola, de natura fossiliũ li. 3. Est uerò omne Alumen aut liquidũ, aut cõcretũ. Illius duo sunt genera, unũ purũ, lactei coloris, pellucẽs, igneũ quiddã expirãs, Græcis* φόρμον. *Alterũ uisitur impurũ, pallidũ, scabrũ, quod ijsdẽ* παράφορον, *barbaras uoces amãtibus, de Rocha appellare placuit. Sed hoc nõ esse liquidũ, ex Cõmẽtarijs Matthioli in Diosc. postea edoctus sum. Cõcreti autẽ multiplex in figura habetur differẽtia: nam est scissile, siue fissile, in Officinis Alumẽ de pluma, Arabibus*

Iamenum

menũ nuncupatũ, Ger. Pflaum Alaun & Krõfelkraut, Gallicè Alun de plume, Ital. Alume di iuma: quoniã pungit, ac mordaci prurigine cutim ſolicit, ſi eo cutis tangatur. Id cõficitur quoties in fodinis prorijs, humor fluẽs in longũ & latum denſetur, cui alius atq; lius ſuperfuſus, in eiuſcemodi formã coẽat ac cõcreſcat, ut ue t ſegmenta alia alijs impoſita uideantur: latiora quidem laté, ſtrictiora ſi ſtricte idem humor congelaſcat: unde interdum capillis ſimillimus cernitur, eſtq; inter eas differentias præſtantißimus, diciturq; Alumen capillare. Subinde tiam in glebas rotundas manans ſpiſſatur, cuiuſmodi Alumen rotundum appellatur: & id triplex cenſetur. Aut enim ullarum modo tumet, aut foraminum fiſtulis quandam ſpeciem ſpongiæ gerit, aut eſt ſolidum: quod paßim Zaccharinũ ppellant. Braſauolus, quem nos uiua uoce Ferrariæ profi-entem audiuimus, ex Alumine liquido, aqua roſarum, atque ui albumine, fieri ſcripſit, in examine ſuo terrarum. Omne Alumen fermè uiſitur colore candidum, uel in candido rubeſcens, uel cinereum, uel fuſcum, uel pallidum: cuiuſcunque tamen generis ſiue coloris fuerit, humore celeriter liqueſcit. Veteres ad medendi uſum, ſcißile, rotundum & liquidũ admittebant, ut autor eſt Dioſcorides lib. 5. cap. 72. Vritur carbonibus uiuis impoſitum, aut ollæ incluſum: in bullas tumet nõ aliter quàm nitrũ, & aliquid ex ſubſtantia ſua relinquit.

Sinonis.) Intelligo herbam quam Dioſcorides lib. 2. cap. 120. Sium ſiue Lauer appellat. Nam hanc herbam mẽſes partusq; euocare, & urinam ciere, Galenus octauo Simplicium cum illo memoriæ prodidit. Nuſquam uerò Sinonis mentionem fieri apud Dioſcoridem aut Plinium legi, etſi Syluaticus cap. 629. eoſdem intrepidè citet. Sed eſt in unius aut alterius literæ negligentia, lubricus ac facilis lapſus. Atqui

hallucinantur qui Siũ putant Creßionem uulgò uocatam, quũ hæc sit alterius Sisymbrij genus, ut in electuar. Xyloa*loes dicemus: quanquã raro admodũ, unam sine comite alt ro, in fontiũ riuulis enasci, siue potius innatare cõperies.* Pli*nius libro & cap.22. quæ Sisymbrio alteri uires debẽtur. Siũ adscripsit: unde ab errore in totũ uindicari nequit. Germaniæ nostræ* grofs Bauchbaum. *Gal.* Berle. *Ital.* Sio. *Serapion capite Simpliciũ 323. Sium imperitißimè dixit Senationẽ, duplici idcirco accusandus nomine, & quòd priorẽ herbã peruerterit, & uocem alterius corruperit.* Etenim Se*necio scribendũ erat, quæ Græcis* ἠριγέρων, *Seplasijs Cruciata dicitur, herba omnibus notißima. Pingitur à Dioscoride lib.4.cap. 82. & Plinio 25.cap. ultimo. In olerũ censu posuit Theophrastus libro & cap.10. Germa.* Creutzwurtz. *Gal.* Senefson. *Ital.* Cardon cello. *Ab hac ueluti à ianua, ut dici solet, Genuensis quoq; errauit, dũ Carduũ benedictũ decernit.* Itidẽ *Otho Brũsfelsius, quãdo Verbenacã, manifesto lapsu, existimauit. Cæterùm in exẽplaribus quibusdã, loco Sinonis, legitur Smyrnis, ubi ego Smyrnij malim, quod Dioscoridi lib.3.cap. 63. & similiter Plinio 27. cap.13 ostenditur, Fuchsio cap.291. Leuisticũ officinarũ existimatũ. Manardus ex Galeno de Alimentis secundo, opinor edoctus, Olusatrum appellat, pro quo tabernæ Petroselino Macedonico utuntur. Tragus hoc ipsum interpretatur Hipposelinũ Germanicũ, aut saltẽ Pastinacam erraticam, comprehẽditq; sub Brancæ ursinæ historia, lib.1.cap. 145. Idẽ credit Magistrantiã) quã Ostrutium Officinæ uocãt, nostri* Meister-wurtz, *Gal.* Bẽioin, ou Angelique. *Ital.* Belgioino.) *lib.1.cap.144. Smyrniũ: sed Fuchsius hanc Laserpitiũ Germanicum pronũciare maluit cap.292. de Stirpibus. Alij Angelicã siue Imperatoriã: Ruellius Laserpitium Gallicum*

&

& Silphion Dioscoridis, quod sanè aliud est, ut in Theriaca licemus. Perpendant docti, quorum iudicio hæc relinquimus. Nos commentatoris officio functi, sat habuimus quæ apud autores expendenda uiderentur, in medium proponere. Mea autem sententia, non magni refert, quo istarum herbarũ semine utamur, cùm in idem uirtus incidat, nempe excalfaciẽdi, incidendi, concoquendi, aperiendi, ac in summa, mẽses euocandi, quod hîc intendimus.

Gari.) Dioscorides lib. 2. cap. 30. Garum, inquit, omne, quod ex piscibus carnibusq; sale maceratis liquamen est. Plinius lib. 9. cap. 17. de Mullo loquens, & 31. cap. 7. ex intestinis piscium cæterisq;, quæ abijcienda essent, sale maceratis, id fieri testatur, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci Garon uocabant, ac paruis insuper pisciculis, Constantini doctrina lib. 20. capite ultimo. At hoc loci istud Garum non esse ponendum, omnino persuasum habeo: sed potius, cuius Dioscorides libro tertio, capite quinquagesimoquinto meminit, atque aliter Carum seu Caros dicitur, à Serapione Caruum. Paulus Aegineta lib. 1. in enumerandis radicibus esui aptis, tres istas coniunxit, Pastinacam, agrestem Pastinacam, & radices Cari, ini si caros inter Pastinacas sit habenda. Athenæus Dipnosophistarum libro nono, Pastinacam maiorem, multoq; præstantiorem sapore, Pastinaca uulgari credit. Si quis hanc expositionem nolit, ex Præpositi atque Arnaldi dictione, Garyophyllos legat: neque enim hi scopo nostro repugnant, si quæ fides sit Serapioni & Auicennæ. Illud nostro idiomate hoff Kuym, Germanis Feldtkümel, & Wisenkümel. Gallicè Carui. Italicè Il caro, ò carui.

Apij.) Eius genera recenset Theophrastus lib. 7. cap. 4.

Omnium difficilimè naſcitur. Quadrageſimum enim diem affirmant, qui celerrimum eius prouentum tradidere, quod etiam Plinius lib. 19. cap. 7. teſtatur. Quomodo autem formam & ſpeciem mutet, idem docet libro quinto de Cauſis plãtarum, capite ſexto. Dioſcorides tertio, cap. ſexageſimo ſecundo, Plinius uigeſimo, cap. undecimo, & pleriſque alijs locis pingit. Nihil certius herbarum peritiam habentibus, quàm Petroſelinum hortis omnibus nunc frequentiſsimum, adde & menſis & ſtomacho paſsim gratiſsimum, Apium ſatiuum antiquorum fuiſſe, de quo plura ad finem Athanaſiæ dicemus. Quo uerò hactenus Officinæ utuntur, Eleoſelinum eſt: nam in humidis naſcitur, ac ſatiuo grandius, caule ſcilicet & folijs. Theophraſtus ſeptimo, capite ſexto Paludapium uocauit, quoniam apud aquæductus ac in paluſtribus prouenit. Poteſt haud incommodè Apium paluſtre ſiue aquaticum appellari: ſunt qui Petroſelinum paluſtre uocent, Germani vvaſſer Eppich, *alij* merck. *Gal.* Ache, ou Perſil de l'eau. *Ital.* Apio paluſtre. *Aliud ſanè eſt quod inter Ranunculos numeratur. Porrò Oreoſelinum dictum, iure cenſetur petroſum ac montanum Apium, quod orationis ſerie mox Dioſcorides, Petroſelinum in Macedonia prouenire ſcripſit, ſemine Ammij odoratiore, acri ſapore, aroma olente. Galenus Eſtreaticum quibuſdam appellari autor eſt, de Antidotis primo, ubi hoc ipſum, Theriacam planè amariorem facere teſtatur, præſertim quum recens adhuc imponitur. Etenim ab alijs Petroſelinis differt, quia ut acerrimum, ita quoque amariſsimum eſt. Tragus Tomo primo, cap. 156. conſtanter affirmat Bibernellam, ſiue Beuernellam noſtram, eſſe Petroſelinum Macedonicum, Simon Genuenſis Petram findulam & Saxifragiam nuncupatam. Ego hic nihil definio, imprimis quum Galeni dictionem primo*

Antido

Antidotorum expendo. Postremum autem Hipposelinum à Dioscoride appellatum, inter Apij genera grandißimum, à Matthiolo, seplasiarum quarundam Leuisticum opinatur: quamuis Ruellio, Fuchsio, ac Syluio, hoc nominis Smyrnio tribuatur. Ita uelle suum cuique est, nec uoto uiuitur uno. Certè Germanicè Hipposelinũ Liebstöckel inscribitur, Gall. Ache large, Ital. Hipposelino: omnibus olitoribus & tabernis notißima plãta. Hoc Theophrastus nõ descripsit, sed Smyrnium uerius: unde hallucinatur Fuchsius, dum huius uice Hipposelinum pingit.

Xylobalsami) Id est, ligni Balsami, hoc uelut Carpobalsamum, & Opobalsamum, prorsus adulterinum in Seplasiis seruatur. Nam Xylobalsamum probatur autore Dioscoride primo, cap. decimooctauo, recens, uirgis prætenuibus, fuluum, odoratißimum, & opobalsamum referens, mordens gustu, feruens in ore. Præcipua gratia lachrymæ, id est, succo, secunda semini, tertia cortici, minima ligno, quod pro succo interdum execrabili errore substituunt Officinæ, quod Plinius etiam libro duodecimo, capite uigesimosexto queritur. Atqui supradictæ notæ planè in nostro desiderantur, & constat arbusculam, uno aut saltem duobus orbis tractibus prouenire: unde impoßibile est tantam ad nos copiam deferri, quantam in emporijs prostituunt. Potest autem qui uelit ex succedaneis Galeno adscriptis, Violarum albarum radicem supponere: aut quod malim, Xyloaloën. Species per cribrum tenuißimis foraminibus, tusas eijcere oportet, ut per angusta uasorum ora subeant: deinde mellis detracta spuma, circa sesquilibram commiscere, quò minus sit excrementosum. Et hoc loco, omnibúsque tam antidotis, quàm purgatorijs medicamentis, mel tepidum esse debet, ut etiam citra læsionem, digitos alicuius admittat, priusquam pulue-

res

res inspergantur, aut commisceantur. Atque ista de expositione præsentis Antidoti sufficiant: quæ si Pharmacopolæ, ut decet, expendunt, & simplicium peritiam inuenient, & gloriam consequentur, nec in ullo, quod ad illorum artem bene perficiendam attinet, fallentur.

Athanasia magna Nicolai Alexandrini.

Recip. Cinnamomi, Casiæ fistulæ, ana drach. decem, & scriptulos duos.

Croci, Schœnu anthos, Styracis, Phu, Sileris, Se. hyoscyami, Sem. Apij, Dauci Cretici, Anisi, Betonicæ, Opij, ana drach. nouem, scriptulum unum.

Spicæ, Folij, Castorei, Myrrhæ, Auripigmenti, Asari, Acori, cort. mandragoræ, Polij, Baccarum lauri, Meu, Piperis lõgi & albi, Petroselini, ana drachmas tres.

Mellis purissimi, quãtũ sufficiet. Si triplum accipis, erunt libræ tres.

CRONENBVRGIVS.

Nicolaus ille Præpositus, cui summa ac præcipua, ætate nostra, in describendis medicaminum compositionibus, fides à plerisque omnibus seplasiarijs adhibetur, eandem Antidotum, ab Alexandrino, mala interim fide, mutuauit. nam apponit ipse decem simplicia, quæ in isto non reperiuntur, modò uerax sit exemplar. Præterea multò aliter pondera constituit. Sed dum hæc commentaria penè absoluissem, & ex interuallo subinde ab alijs studijs, atque multijuga artis exercitatione feriatus relustrassem, ecce insperatò Nicolaus quidem Myrepsus, singulari studio Leonhardi Fuchsij in lucem

cem prodit, quem ubi ordine diligenter legissem, alia atque alia huius nominis antidota, nempe duodecim, aut plura scripsisse comperi: ubi sanè tertia huius Athanasia, cum uulgatis codicibus Præpositi conuenire uidetur, nisi quòd aliquot simplicia circiter finem apposita legantur. Ego ex tanta turba compositiones paucas recensere tantùm uolui. An uerò idem sit Myrepsus, quem nunc passim Præpositum uulgò appellitant, mihi nondum persuaderi potest, cùm illum Græcè, hunc malè Latinè sonasse liquidò constet. Et quamuis cognomines sint, tamen lingua, phrasi, ætate, ordine, denique rebus ipsis quàm alienissimos fuisse, ipsa utriusque in scribendis medicamentis disparitas conuincit. Denominationem ab actione siue effectu, id est, immortalitate suscepit: uel quia diu duret, uel quia usurpantes ad extremam senectam conseruet. Galenus secundo de Antidotis tres eiusdem tituli descriptiones, autore Mithridate, refert. Et rursus lib. de Composi. phar. per locos 8. cap. 7. Antidotum Hepaticam dictam recenset, ex Croco, Cinnamomo, Nardo, Casia, Myrrha, Iunco odorato, cum melle Attico constãtem. Alexander Trallianus tertio, cap. 17. relinquit Crocum & Nardum, quæ duo Guinterius in uersione sua apposuit lib. 8. c. 2. & eius uiri interpretationem, ut pote integram ac fidelem perpetuò hoc uolumine retinebimus: quare etiam capita ex eodem assignabimus. Paulus lib. septimo, cap. undecimo, ex Oribasio omittit Cinnamomum, & Iuncum odoratum, sed apponit Amomum, Opium, Styracem & Costum, nulláque fit mentio: éstque decimaquinta Antidotus Nicolai Myrepsi, ex Fuchsij interpretatione. Iterum apud Aëtium non legitur Amomum aut Myrrha, in quorum uicem substituit Phyllon, Fœnugræcum, Glycyrrhizam, radicem Eupatorij ac Petroselini. Paulò aliter etiam disposuit Alexandrinus

cap. 8.

cap.8. Actuarius uerò compositionẽ suam à Mithridate accepisse, aut ex Galeno trãscripsisse uidetur: omnia enim simplicia memorat, sed ordo paululum euariat, quia loco Costi, Galenus habet Croci: & Costum præponit Meo, quod fortaßis aut interpretis, aut Chalcographi incuria accidit. Porrò Arabes Græcos ueluti infinitis penè locis alijs uitiosè adumbrant. Serapion siquidem Tract.7.c.8. adinfra scriptum modum, Maiorem & minorem prodit. Maior habet Croci, myrrhæ, opij, castorei, seminis Iusquiami albi, costi, cordumeni, seminis papaueris, spicæ, eupatorij, epatis adipis, & cornu dextri capræ, Ana partes æquales. Similiter ad uerbum conscribit Auicenna libro quinto, summa prima, Tractatu primo. Vtrunque ueluti duces suos constanter Mesue sequitur, atque omnes Hali abbas x. practicæ. Marcellus Medicus uetustißimus, ut qui ante mille ac ducentos plus minus annos, de medicamentis Latinè scripsit, sequenti more parat: Apij seminis scriptuli uiginti unus, Anethi seminis scriptuli nouem, Castorei scriptuli sex: Piperis scriptuli quatuor, Opij scriptuli tres, Myrrhæ scriptuli tres. Hæc omnia separatim tundes, & ex melle optimo temperabis. Et hactenus uarietatem multiplicem unius Antidoti ostendimus, iam ad ingredientia sermonem instituemus. Principio inquit,

Recip. Cinnamomi) Intellige odoratißimi & acerrimi saporis nostri duplum.

Casiæ fistulæ.) Platearius hoc loco non ad laxandũ, sed depurandum poni affirmat. Ioannitius uerò rectius Casiam ligneam interpretatur, cui ego subscribo, & Cinnamomum usitatum inijcio, si genuina in promptu non sit.

Schœnu anthos.) Græcis schœnos, Hippocrati schœnos hedyosmos, ut Galenus libello, quem uocabulis Hippocratis

cratis dicauit, nominatur. Alijs *schœnos anthos, id est,* Iunci-*flos: quidam* Odoratum *adiungunt: confricatu siquidem* Ro*sam redolet.* A Dioscoride *primo, cap. decimosexto, & Pli*-*nio lib. 21. capit. 18. pingitur.* Officinæ Marcum Varronem *imitantes,* Squinantum *nominare cœperunt.* Eligitur *rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmētis, igneæ mordacitatis ad linguam.* Nescio *autem quare* Schœnu an-*thos dicatur, cum rarißimè flos eius à mercatoribus uenun*-*detur, sed potius herba, palearum festucis adulterata: qua*-*propter magna in emptione adhibenda est diligentia.* Cauen*dum præterea, ne uetustate & odor & sapor perierint: promptè enim id contingit. teste* Galeno de Antidotis *pri*-*mo.* Nostra *appellatione dicitur* Camelen ſtro, *hoc est,* Camelorum *stramen.* Gallic. Paiſture de chameaux. Ital. Giunco odorato.

Styracis.) Quoties *simpliciter effertur,* Calamites *si*-*ue aridus intelligitur.* Aristoteles, Dioscorides, Plinius, Ga-*lenus, & cæteri, distinctim* Styracem *habent, non per liqui*-*dum & siccum: sed per proprias quasdam qualitates.* Est ue-*rò* Styrax *lachryma arboris malo cotoneo similis, testante* Dioscoride *primo, c. 68. præfertur flauus, resinosus, pinguis, purus, albicantibus grumis siue fragmentis quàmplurimū, in sua odoris gratia permanens.* Galenus de Antidotis *lib. probat odore ac sapore ualētißimo,* Plinius *duodecimo, c. 26. colore rufo, & pinguiter lēto.* Deterior *est niger furfurosus, friabilis, canóque situ obductus.* Eius *suffitu multi homines offendūtur, ueluti insectorum pars plurima.* In *tabernis* Sto*rax uocatur, & uehemēter ignauus, ut plurimum habetur.*

Phu.) Dioscorides *primo, capite decimo* Ponticum *alijs præfert.* Aliqui Nardum *syluestre appellant,* Officinæ Valerianum: Germanorum *quidam* Theriacariam, *& her*-

bam

bam Theriaci dicunt. Quòd autem nunc ferè plerunque m nor nostra appareat, quàm ex descriptione Dioscoridis, regionis, nascentis soli, caloris copia aut inopia, & influen tiæ culpa, non rei ignorantia: siquidem multiplex est reru forma, atque ingens discrimen in undis graminéque, & ue tis, pro cœli ac locorum uarietate: cuiusmodi manifestißim habemus apud Galenum nostrum 3. de Symptomatum cau sis, exemplum: quippe cùm herbæ ex suis terris in alien transferuntur, etiam minori quàm duorum stadiorum inter uallo, non paucis alterationis differentijs immutãtur: quo insuper de Persica plãta in Aegyptum trãslata ibidẽ, omni

Gellius 12. ca. 1. *bus ueluti notißimum testatur: similiter de Vitibus, in alian atque rursus aliam terram delatis, uinum quoque diuersum reddentibus. Ac sæpe uideas arborem lætam & nitentem in locum alium transpositam, deterioris terræ succo depe risse. Sed ad Phu reuertamur, cuius interdum caulis duorum triúmue cubitorum longitudine apud nos conspicitur: quã quam ego frequenter alia specie, quod genuinum magis iu re existimatur, Phu magni cognomine, in quibusdam horti contemplatus sim. Id Hieronymus Tragus ostẽdit, mox tres alias species aßignat lib. 1. cap. 19. Atqui mutant suas forma herbæ, dũ tẽperat arua cœlũ, dum uariat fruges, redditque rapitq;, dum ad lunæ motũ uariant animalia corpus. Quod Ioãnes Damascenus Medicus Arabum nobilißimus Aphor. 112. testatur. Nec opus est his comprobãdis diutius insistere, quãdo id diuini senis autoritate, multis in locis, ubi morbos, temporum ac locorũ mutationibus, alterari testis est, edoce re queã. Germ. superiores* Welsch Baldrian, *inferio res,* Valeriãe *pronunciãt, Coloniẽses* Iaergewãt. *Gal.* Valeriane grande. *Ital.* Valeriana maggiore.

Hyoscyami.) *Philo Tharsẽsis, et alij Græ. Fabã suillã*

dixerunt,

dixerũt, locus est 9. per locos, c. 4. Dioscorides tres eius species assignat lib. 4. c. 59. quẽ disertè imitatus est Macer, sicut in plerisq; omnibus. Eligendum ex postrema utpote mitissima semen album: nigrum ex prima uenenosum habetur, quia letalem soporem parit. Plinius quatuor genera scribit 25. c. 4. & Apollinarim, & Altercum uocari quoq; ait, quod Galenus 2. de Antidotis ac Scribonius Largus confirmãt. Errat Syluaticus, hanc herbam Tussilaginem appellans, & Arabibus Beng uel Elsozium dici insinuat, c. 93. Teutonicè nostris Bilsenkraut, & Domdill, alijs Bilsensamẽ. Tabernæ iusquiamum dicunt Macrum secutæ, qui Caniculatã quoque uocat. Gall. Iusquiame, ou Hanebane. Ital. Hyosciamo ò Iusquiamo.

Opij.) Scribonius Largus Compo. 22. & Marcellus lib. de Medicamentis, cap. octauo, Opium laudant, quod ex lacte syluatici papaueris capitum fit, non ex succo foliorum eius, ueluti hodie pigmẽtarij institores compendij causa faciunt. Dioscorides lib. 4. cap. 55. conficiendi ac probandi eius rationem docet, incisis nimirum Papauerum capitibus, ex quibus succus concretus est. Galenus interdum Hispanicum, interdũ Lybicum, & album cõmendat. Aëtius aliquando Asianum, aliquoties Achaicum. Officinæ nostræ uno ore Thebaicum prædicant, emúntq; Antuerpiæ & Frãcoforti: sed ubi paratum sit, prorsus ignorãt. Dicitur uerò indifferẽter, Opiũ, succus, lac, & lachryma. Cæterũ Meconiũ, Plin. autore lib. 20. c. 18. ignauius est Opio: id fit ex capitibus & folijs Papauerũ simul decoctis. Scribit Dioscorides Opiũ adulterari glaucio, gummi, aut syluestris Lactucæ succo. Glaucio fucatũ in dilutione croci colorẽ reddit: gũmi uitiatũ splẽdescit, & infirmũ est. Lactucaceo succo fictum, exiliter spirat, & asperius spectatur. Si quis autẽ uulgare nostrũ ratione atq; experimẽto

(quæ

(quæ firma sunt artis nostræ, ac ueritatis præsidia) cognoscere laboret, mirè adulteratum comperiet. Et medicorũ hi labor est, cùm Officinæ negligant. Mnesicles optimè seruari putat, Hyoscyami semine adiecto, alij in faba. Porrò sermonis præsentis communitas nos admonet, ut Apothecariorum quorundã inscitiam corrigamus, qui tũ hoc loco, tum in similibus Antidotis, ex more Papaueris succum, & Castoreũ torrefaciunt: ita nimirum utriusq; uehementiam minui, ac castigari existimantes: qui quantum à ueritate deuient, Galeni summæ post Hippocratem, inter Medicos, autoritatis scriptura 3. per locos, cap. 1. euincuntur. Quòd autem ab initio formidabilis omnino sit eius consuetudo, plenius in Philonio manifestabitur. Itaque non nisi urgẽte neceßitate usurpandum, tantùm abest, ut absque Castoreo, alijsq; malignitatẽ eius cohibẽtibus utamur: quod quidam Philautus Medicus aliquando confidenter facere est ausus, à cuius nomine, honoris causa, abstineo, quanquam dignus aliàs qui publicè traducatur. Sed de his hactenus, deinceps sequentia considerenus.

Auripigmenti) Hoc, & sandaracha magnam inter se cognationem habent (etsi uehementiorem uim illud quàm hæc obtineat) nam utrunq; in iisdem metallis, autore Dioscoride quinto, cap. 70. nascitur, tantùm maiori minorique coctione differens. Græci Auripigmentum uocant ἀρσενικὸν, cuius natiui duo genera reperiũtur, colore & figura discrepantia: unum est crustosum, aurum splendore imitans, nulli materiæ permistum, in squamas fißile: alterum pallidum, glandis effigie, sandarachæ colorem penè exprimens. Pharmacopolæ nostri simul ac speciarij, frequenter in emporijs indiscriminatim emũt Auripigmentũ, luteo ac splendẽte colore, & obscuro quoq; pallido: deinde studiosè nobile ab ignobili,

li, suprema cultelli acie in tenues crustas, uelut squamas at segmenta findunt, quod paruo labore fit, sicut in lapide speculari: quodq; aurea & flammea specie cernitur, optimū habetur, cariusq; uenditur: reliquum uerò deterius. Arabes Arsenicum & Sandaracham inuicem permiscent, ac confundunt, unoq; ore utrunq; censent. Id uidere est apud Serapionem cap. 381. & Auicennam 49. simpl. & partiuntur in rubeum, quod reuera est Græcorum Sandaracha: & citrinum ue croceum, quod est eorundem Auripigmētum: & album, quod alterum est factitij generis: etenim duo sunt, utrunque splendet: unum uenis in albo subluteis aut subrubris distinguitur: alterū nigris, subrufis, plus minúsue luteis uariatur: quorum utrunq;, ex crustis Auripigmenti fossilis, cōficitur, quibus aliqui tantundem salis fossilis adijciunt. Brasauolus contendit tantùm minerale haberi: sed fallitur, cum manifestum sit, & arte & natura fieri. Vulgus Auripigmentum, Latinam fermè uocē sonans, Operiment dicit. Gall. Orpimēt. Ital. Orpimento. Officinarij stupidè hoc ab Arsenico, & re, & nomine separant, cum idem sunt, ac præsentissimum uenenū, quemadmodum etiam factitium Arsenicum album, uel crystallinum, quod uulgari sermone nostro Ratenkraut, & Resegal uocatur. Gall. Arsenic cristallin. Ital. Arsenico cristallino. Id citra alterius rei dignotionem, abundè sola in gliribus, canibus, atq; pestiferis animantibus necandis, experiētia probari potest. Amplius hic monendum Sandaracham ueram, prorsus ex Dioscoridis facie lib. 5. cap. 71. & Plinij quoq; pictura 34. cap. ultimo haberi: ac sæpe insuper peritis exercitatisq; in fodinis, & Auripigmenti aceruis, colore ferè Cinnabaris inueniri, qua in Græcorū compositionibus semper uti oportet: aut in eius penuria ipso Auripigmento, quoniam uiribus ijsdē pollent:

d lent:



lent:cōtrà in Arabū medicamētis ea Sandaracha,quam pi
git Auicennas cap. Simpliciū 627.& publicè ubiq; in tabe
nis eo nomine uenit. Hæc plerisq; doctißimis uiris gummi a
boris Iuniperi existimatur, sicut plenius in oleo Iunipe
ostendemus. Cæterùm num in præsenti Athanasia, Aurip
gmētum constitui debeat, disquirendum restat. Imprimis ma
nifestum est, autorum omnium testimonio, id uim urendi er
dendiq; participare, ac psilothron, id est, depilatorium ess
ac crustas excitare uiolento morsu. Et peritißimi chirurg
quoniam foris usurpatum, febres, ac multa alia praua sym
ptomata inducit, usum eius, aut in totū, aut minima quant
tate, cauent. Quapropter ego nunquam eius consuetudinem
intra corpus admittam, tametsi Auicēna lib. 3. Fen 15. cap.
in Ictero curando, Arsenicū propinet: ac quidam, eius in ist
Antidoto malignitatem, aliorum ingredientium clementia
refractam iri putent. Sum equidem, ut ingenuè formidinem
meam fatear, in eiusmodi extremis, ac periculo plenis phar
macis, meticulosißimus, ubi plus est fraudis quàm laudis ex
pectandum. Itaque planè hic omittendum suadeo, præsertim
quando nemo quàm Alexandrinus, in Antidotum assumit.

Meu.) Vnum genus Mei, quod Athamanticum uocant
à Dioscoride lib. 1. cap. 3. refertur. Duo autē à Plinio 20. cap
23. Hactenus illo uerò caremus: quo paßim utimur Pastina
cæ odorem habet, & quibusdam Anethum syluestre uocatur
Vulgo German. Beerwurtz. Gall. Meon. Ital. Meo
Sunt qui Siler montanum, sunt qui Amomum nostrum hic
substituant. In Hispania nunc paßim cognoscitur, ac quan-
quam Plinij æuo Italiæ fuerit peregrinum, utpote non nisi à
paucis Medicis seri solitum, attamen nunc herbariorum di-
ligentia repertum est frequens, in montibus Bononiensibus,
è quibus commodè ad nostrum usum transferri queat.

Petroselini.)

Petroſelini.) *Conſtat autorum, rationũ, & notarum* [o]*mnium teſtimonio, uulgare Petroſelinum noſtrum, legiti-* [m]*um antiquorum Apium hortenſe ſiue ſatiuum eſſe. Cæte-* [r]*ùm quòd Gal. 2. Alimẽtorum, Apium inter cætera familia-* [r]*iſsimum, & ori ſtomachoq́; gratiſsimum dixerit, id Plinius* [l]*ibro 20. cap. 11. confirmat, his uerbis: Apio gratia uulgo eſt.* [N]*am rami largis potionibus, per iura innatant, & in condi-* [me]*ntis peculiarem gratiam habent. Quis quæſo eundẽ uſum* [i]*n radicibus Petroſelini noſtri negare uelit? nam dici uix po-* [t]*eſt, quantopere eædem culinis noſtris ad iuſcula condienda* [e]*xpetãtur, quia paucula acredine ſua, palatis ſuauiora fiũt,* [&] *aliorum admiſtorum exuperantia, grato ſapore, ijſdem* *retunditur. Quapropter æſtate iuxtà ac hyeme, herba etiam* [i]*pſa, ſingulari diligentia olitoribus conſeruatur. In uarios* *itaq́; uſus recipitur, præcipuè primis ferculis, & piſcibus, &* *carnibus recentibus, butyro, atq́; aceto conditis. Semen eius* *ſi quis ante potum comedat, ebrietatem maiori ſanè experi-* *mento, quàm quod de Amygdalis amaris uulgò fertur, re-* *moratur & arcet. Proficit imprimis ad ſuauẽ oris gratiam* *conciliandam, Zaccharo ueſtitum ſemen delicatioribus. Atq́;* *hactenus quæ uidebantur exponenda deſcripſimus. Compo-* *ſitionis ratio manifeſta eſt apud Pharmacopolas peritos,* *proinde quod ordine ſequitur, ſubiungam.*

Aurea Alexandrina Nicolai Alexandrini.

Recip. Aſari, Carpobalſami, Sem. Hyoſcyami, ana drachmas duas, & ſemiſſem.
Garyophyllorum, Opii Thebaici, *Myrrhæ, Cyperi, ana drachmas duas. **Actuarius Myrti baccarum.*
Opobalſami, Cinnamomi, Folij, Anethi,

 Aniſi,

Anisi, Zedoariæ, Zingiberis, Costi, Corallij rubri, Casiæ ligneæ, Euphorbij, Tragacanthi, Thuris, Meu, Styracis calamitæ, *Saliuncæ, Cardamomi, Seseleos, Napi, Semin. Saxifragæ, ligni aloes, *Rheubarbari, Aliptæ moschatæ, Castorei, Spicæ nardi. Galangæ, Opopanacis, Anacardij, Mastychæ, Sulphuris uiui, radicis Pæoniæ, Eryngij, Rosarum, Thymi, Acori, Pulegij, Aristolochiæ longæ, ana drach. unam.

*aliàs Elelesphaci, id est Saluia. * Rheupōtici legit Fuchsius.

Auri synceri, Argenti meri, Margaritarum, ambarũ, Blactæ byzãtiæ, ossis ex corde cerui, ana scriptulum unum, grana tredecim.

Mellis quod satis est.

Gentianæ, Corticum mandragoræ. Chamædryos, Phu, Baccarum lauri, Ameos, Dauci cretici, Macropiperis, Piperis albi, Xylobalsami, Carui, Amomi. Sem. Petroselini, Ligustici, Rutæ, Sinonis, ana drachmam mediam. Aliter drachmã unam & mediam.

Limaturæ eboris, Calami aromat. Pyrethri, ana grana nouem. Fuchsius mauult uiginti nouem.

CRONENBVRGIVS.

Actuarius Græcus autor ex quo haud difficile contradictiones, & ponderum, si quæ sint, discrimina conciliari possint, eandem compositionem cap. de Antidotis recenset, uariatis pauculis rebus, & ponderibus: quod cũ ratione diuersimodè excusari ac pacari etiam queat, codicum, & interpretum siue transcribentiũ, penuria atque incuria. Sed hoc nimis uerè cõstat, Præpositum ab alterutro compositionem suam

am mutuasse. Nos itaq; ex primo autore uoluimus potius radere. Porrò unde denominationem receperit, in dubio est. Iam sunt qui ab Alexandro peritißimo Philosopho, fortasse Aphrodisæo, sub Seuero ac Antonio imperatoribus, discipli- as profitente, Aristotelis interprete: aut à loco, aut ab au- o ingrediente, aut à uirium præstantia, inscriptam uelint. unt qui à Nicolao Alexandrino malint. Quanquam hæc egligenda, & rem ipsam inuestigandam esse existimemus. Quocirca ego potius Alexandrinũ, quàm Præpositum imi- andum censeo, cuius dictionis expositionem dilucidè appo- am, ordiens à Carpobalsamo. Hoc esse debet rufum, lenũ, grande, pingue, põderosum, gustu mordens, in ore fer- ẽs, modicè Opobalsamũ redolens. Theophrastus odoratiorẽ achryma sua asseuerat 9. Plantarũ cap. 6. fructus est Tere- bintho similis, tam magnitudine, & figura, quàm colore. Quomodo autẽ ista cum usuali Balsami fructu conueniant, uel cæci, cõsummati tamẽ saporis, iudicẽt. Ego itaq; Cubebas uulgares suppono. Præterea Opobalsamũ siue Balsamũ, nos nõ habere, ne id quidem in obscuro est, uelut in oleo Balsami ostendemus, in cuius uicẽ oleum eiusdem nominis artificiale, aut quod malim, ex Garyophyllis, aut ex Myrrha paratum, uel Stacten uerã, uel Styracis liquorẽ genuinũ poni uelim.

Cyperi.) Apud autores scriptum comperio, Cyperus & Cypirus: illud est iuncus quadrangularis Celso lib. 3. cap. 21. Meminit Plinius triangularis, & angulosi, lib. 21. cap. 18. Dioscorides simpliciter Cyperum anguloso caule dixit lib. 1. cap. 4. cuius radices hoc loco intelliguntur. Cypirus uerò est Gladiolus. Quidam tamen indifferenter utraque uoce utun- tur. In seplasijs radices Cyperi cognomine longi, ostendunt: ex qua autem planta collectæ sint, mihi incognitum habe- tur, quando etiam nemo hactenus eam aperuerit. Indubita-

tum tamē est, omnes Seplastarios illis radicibus solis uti. Se dum hanc rem diligenter inquiro, offert mihi radices ole oblongis, siue ut Plinius ait, oliuæ nigræ similes, suaui odore densas, fractu contumacißimas, amariusculo gustu, peritißimus ac diligentißimus Pharmacopola nostræ urbis Theodoricus Kalbandius Nouestanus, quas ubi per omnes qualitates examinassem, animus inclinare cœpit, ut ipsius Cyper germanas radices esse crederem, ac prorsum eas, quas in Italia Matthiolus & Amatus Lusitanus, nasci memoriæ prodiderunt. Et hæc hactenus. Est insuper arbor Græcis Cyprus dicta, Latinis Ligustrum, Arabibus Alkanna, deliniata ab Serapione cap. simpl. 110. & Dioscor. lib. 1. cap. 107. Officinis plerisque incognita. Seruius Maronis uersum in Bucolicis ecloga 2. exponens, Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Ligustrum, lilium album: uacinium, florem nigri coloris (hyacinthum Græci uocant) interpretatur: sed quàm rectè iudicēt Grammatici. Certum est mihi, Ligustrum pro floribus, & uacinia pro eius semine nigro, quod illis decussis restat, usurpasse Virgilium. Plin. 12. uolumine, cap. 25. Cyprū apud quosdam in Italia Ligustrū uocari autor est. Iam olim ex Cypri folijs nobile unguentū fiebat, Cyprinū appellatū, Dioscoridis testimonio lib. 1. cap. 54. ac Plinij 13. cap. 1. Errāt magnoperè, qui Genuensis autoritate, Ligustrū Conuoluuli speciem statuūt: similiter qui Caprifoliū, sed utrunq; errorē Leonicenus in Epist. ad Politianū (in qua quidē Auicennæ quadruplices in eadem herba lapsus repetuntur) ac Ruellius primo de Stirpib. cap. 94. confutarūt. Ligustrū passim uisitur in Germaniæ uepribus & incultis, uulgò Beinhötzlin, Mūdtholtz, & Hartrigel. Gall. Throene, ou Arabice, Ital. Guistrico, ò Oliuetta.

Zedoariæ.) Intellige eius radices. Qui hanc & Behen

album

lbum ueterũ, eandem esse rem suspicantur, toto errãt cœlo. lquidem Auicen. lib. 2. cap. 86. de utroq; Behen, & cap. 745. le Zedoaria: itidem Serapion cap. simpl. 172. ac 223. speciaim de utrisq; scribunt. Et Mesue in Elect. ex Gemmis, discretum sermonẽ instituit, & Zedoariam, radicẽ rotũdam, Behen utẽ longam ostẽdere tradit. Dicitur insuper zeduar, zadura, zudaris, zaduaria, Aëtio Zador libro 11. cap. 13. Nostra lingua Zeduar, & Zenetwurtzel. Gall. Cretonart. Ital. la Zedoaria. Macro. Zedoar.

Cardamomi.) Manardus epist. 1. lib. 4. rem nouam, quæ post Galeni tempora in usum uenit, uel errasse in ea, nõ solùm interpretes, sed ipsos quoq; autores existimat. Tria seminũ genera Cardamomi titulo uidisse se ait, sed in omnibus dubitat. Et alibi, hæc tria à quatuor Plinij lib. 12. cap. 13. differre asserit. Rursus epist. 4. lib. 11. omnino diuersum semen ab ueterum Cardamomo scripsit. Cæterũ Dioscorides 1. cap. 5. unum tantum genus aßignat, quod ex Comagene, Armenia, Bosphoroq; aduehitur. Prouenit etiam in India & Arabia, id Serapion cap. Simpl. 316. Cardamenũ uocauit. Interpres insigni errore, Carui agreste uertit. Ipse sua lingua Cardamomum Sacollam appellat cap. 64. Mox binas species, maioris ac minoris discrimine, indicans, neutrã cum Dioscoridis Cardamomo conuenire, expendenti manifestißimũ fit, uelu ti nec quas Auicenna cap. 2. canonis 159. scribit. Officinæ duo genera ostendunt, unũ est semen paruũ, alterum maiusculũ, uulgò Grana paradisi. Simon Genuensis Serapionis enarrator, Pandectarius, & autor luminaris, cõfusè hæc omnia interpretãtur. Vnde tanta oritur uocũ cõfusio, ut uix Aesculapius ipse sese explicauerit. Vtinam peritus, ac fidus aliquis interpres adsit, qui distinctim ea genera, uiua mihi facie demõstret. ô infelicia tempora, quæ sæpe res Platonis numeris

obscuriores, medicinæ offundunt. Ego *quando nunc eas am*-*plius illustrare nequeam, more imperitorũ actorum è thea*-*tro me subduco.*

Seseli.)*Diosc.lib.3.cap.51.pingit* Maßiliense(*quibusd*-*latũ* Cyminũ, *alijs* Saxifragia *maior uocatũ ut habet* Ruel-*lius lib.3.cap.42.)mox* Aethiopicũ,Peloponnense:*& ca seq* Tordyliũ,*quod* Paulus Gordylon. *aliqui* Creticũ *appellant* Equidẽ *si diligenter semina in* Seplastis *examinentur,* Sesel-Aethiopici,*uel potius* Pelopõnensis *existimabũtur,quia exi*-*miè amara sunt,cùm* Maßiliẽsia *esse debeãt multũ suauia,&* *acria.*Nostri *appellationem corruperunt,* Siseleos, *&* Siler *montanum,pro* Seseli *dictitantes.* Fuchsius *tres eius imagi*-*nes exhibet,* Tragus *quatuor lib.2.cap.120.Germ.* vuilder Komyn,oder Kuym, *alij* Hirtzvurtz. *Gall.* Ser montain.*Ital.*Siler montano.

Napi.)*Diosc.unũ genus constituit,lib.2. cap. 104.* Pli-*nius uerò ex uetustioribus* Medicis *quinque prodit,19.cap.5.* *quæ* Theophrastus *7. cap. 4. uerbotenus* Raphano *tribuit:* *quanquã ille lib.20.cap. 4. duas tantùm differẽtias in medi*-*cina,apud* Græcos *fuisse testis sit:una est satiua,* Græcis Bu-*nias,* Latinis Napus,Germanis truckẽ Steckrũbẽ.*Gall.* Nauet. *Ital.* Napo bunio domestico. *Altera syl*-*uestris,*nass Steckrũbẽ. *Gall.*Nauet sauuage. *Ital.* Napo bunio saluatico. *cuius semen aduersus uenena præstans est.* Certè Buniada *non fert* Germania *inferior, sed circa tractũ* Rheni, *& optima, & suauißima crescunt, ubi* Beyersche rüblin *uocantur.* A *rapo manifesta lon*-*gitudine differt.* Earum *radicibus,in condiendis elixis car*-*nibus, & earundem iusculis apparandis, multi in autumno ac hyeme,magna gulæ cupiditate utuntur.* Non *probo eos, qui pro buniade* Rapi *semen substituunt:quando hoc flatuo*-

sum

im sit, neque eodem ordine calfaciat & exiccet cum altero: quantumuis Venerem proritare, & autorum, & experientiæ testimonio comprobatum habeatur. Malim Erucæ semẽ accipi, quando alterius penuria laboratur, quòd similes ferè facultates obtinet, Galeno autore secũdo Alimentorum. Atqui hoc loco obiter Raporũ historiam apponã, quæ pingitur Theophrasto septimo Plantarum, cap. 4. In marem ac fœminam segregat, sicut Plinius 18. cap. 13. Species illius oblonga, huius rotunda est. Dioscorides lib. 2. cap. 103. in satiuam & syluestrem distinguit. Visa est amplitudine mirabili, centum libras attingens: quadraginta aut triginta sæpè in Italia quibusdam locis uisitur: frigore gaudet. quocirca autumno atque hyeme, prouentu fertili, pauperum fame satiat. Haud iniuria dixerim, nihil ex terræ nascentibus, maiore cõmoditate, mensis inferri, cum saporis gratia, tum usus frequentia. Siquidẽ radix duplici aqua elixa, mox expressa, cum butyro, & pauco pipere perfunditur: atque optima redditur bubulis pinguibus præbullita. Multis insuper tractibus in taleolas concisa exiguas, oleris loco, quemadmodũ & ipsa plantæ coma auido atque famelico stomacho obtruditur. Diligenter eius sationem & discrimina explicat Tragus secundo, cap. 61. Est insuper alia herba, quæ cum radicibus, mox ab autumno ad Lactucæ prouentum, nisi frigus sit uehemens, & gelicidijs omne solum concrescat, passim in diuitum cœnis, sale, oleo, & aceto, estur: nunc cocta leniter, ne manducationi contumax sit, nunc cruda. Hæc quo nomine ueteribus appellata fuerit, superior ætas, ut pleraque, ignorauit, donec à doctioribus uelut postliminio, ad Rapum syluestre reduceretur: uulgus Rapunculum, quasi Rapum paruum nominat, Germanicè Rapuntzelen. Gall. Reponces ou Reponchon, Ital. Raponzeli.

d 5 Ruellius

Ruellius libro secundo Stirpium, cap. quadragesimo quart Rapistrum quoque dici existimat. Tragus tomo secund cap. 60. Sisarum interpretatur. Nos nostram sententia suprà diximus.

Saxifragæ.) *Fuchsius de maiori flores candidos par turiente, & luteos edente, agit cap. de Stirpibus 286. & se quēti. Prior Germanico sermone* weisser hoher Stein brech. *Gall.* espece de Bassinet blanc. *Ital.* Sassi fragia bianca. *hæc in radicibus semen gignit, eiusq; co pia magna prope Bonnam oppidum, quatuor miliaribu Colonia, excrescit. Posterior si non est Melilotum uulgare n strum, fateor, ecquam ille herbam pingat, me ignorare. Cer tè indiscreta est similitudo, ut nihil huic simili est similius Officinæ tamen aliam Saxifragam usurpant, cuius scriptur in quibusdam Dioscoridis exemplaribus desideratur: in qui busdam autem apposita est lib. 4. ante Caput Limonij, uulgò* Steinbrech. *Gall.* Romptpierre. *Itall.* Sassifra- gia. *quanquàm Beuenella eodem nomine ueniat, sicut in Antidoto Hæmagogon aperuimus.*

Spicæ nardi.) *Duo Nardi genera Dioscorides lib. 1. cap. 6. scriptum reliquit, unum Indicum, alterum Syriacum, non quòd in Syria proueniat, sed quòd mōtis in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Theophra stus 9. Plantarum, cap. 7. ex India adferri scribit. Differentias omnes recēsuit Plinius lib. & ca. 12. Manardus cōmunis usus Nardum, Indicam & Syriacam negat, quoniam odoris suaui tate caret, ac saporis est ualde ingrati, lib. 6. epist. 3. Quin & radicem esse diffitetur, sed spicam tantùm, quam ut inutilem contēnit Galenus: & primo de Antidotis, spicam atq; radi- cem, pro una eademq; re intelligit, sicut nono locorum, cap. quarto, quem sequutus est Brasauolus in examine suo Simpl.*

Vt autem

't autem ipſam rem pro meo ingenio expediam, dico doctos
nnes ad hanc uſque ætatem, Nardi hiſtoriam ambigua fide
adidiſſe: in quorum catalogo, Hermolaum, Ruellium, Mar
llum, Fuchſium, & Tragum numero. Solus Andreas, Mat-
iolus ſolidè de Nardo pronunciat cap. 6. ac ſequentibus
omment. ſuorum in Dioſcoridem, ac ſeſe Venetijs pluribus
locis Nardi ingentem copiam uidiſſe teſtificatur, leuis, co-
oſæ, perquàm odoratæ, Cyperum redolentis, flauæ, ſuba-
aræ, & manſæ non modò linguam exiccantis, ſed odorem
ſuper non iniucundum per os aſpergentis, nullisque defi-
ientibus notis, quibus probatiſſima Nardus, ex Dioſcoridis
ntẽtia, explorari poteſt. Hæc cùm uera eſſe haudquaquam
ubitem, nolo amplius in Nardo ambigere, aut otiosè uerba
rofundere. Venio itaque ad alia eius genera, quæ Celticum
& Montanum à Dioſc. uocantur, capitib. 7. & 8. dicti libri.
llud Gallicum, ac Romanum quoque ſeplaſiæ noſtræ appel-
ant. In Liguriæ alpibus naſci Matthiolus ait, è quibus hoc
euo, uelut ex Stiria, Auſtriæ & Carinthiæ contermina, ad
benè inſtruendas Officinas, adfertur. Idem hoc pleriſque ni-
nis curioſis fœminis, quæ tingendis capillis fucum quærũt,
ulgari idiomate Magdalenen kraut nũcupatur, quòd
bominanda religione, diuam Magdalenam, & crinium
luteorum elegantia, & odoris iucundi fragrantia, commen-
dabile fuiſſe ſuſpicentur. Gallicè, Nard celtique. Ital.
Nardo celtico, o Gallico. Porrò Montanũ nardum
in Cilicia & Syria excreſcit, autore Dioſcoride, hoc autẽ ui-
di quod ſciam nunquam. Qui ex ſolo Montenſi, Illuſtriſſ. du-
cis Guilhelmi Iuliacenſis ditione, ad nos quotidie ueniunt,
Spicã agreſtẽ abundè ferũt, cuius nullus eſt in re medica uſus.
In ſumma, quoties huius aut illius ſit penuria, audacter uerũ
Indicum dictũ nardũ ſupponi poteſt. Cæterũ quæ paſſim in
hortis

hortis nostris odore suauißimo prouenit planta, uulgò La
uendula appellata, etsi communi omnium suffragio, ad Na
di facultatem proximè accedat (calfacit siquidem & exicca
ordine secundo integro, uel tertio inchoante, sicut alia Na
di genera) nõ tamẽ Nardus est. Ergo quidam Pseudonardu
uocant, alij Saliuncam Plinij credunt. Flores odoris excellẽ
tia, omnes alios facilè superant, unde mulieres illos ubiq; ue
stibus interponunt, gratißimo odoratu: & lasciuiores ex ijsd
manuales scopas, longaq; muscaria fingunt.

Opopanacis.) Latini liquorẽ Panacis Heraclei uocãt
qui Dioscoridis prima species est lib. 3. cap. 46. cuius plantan
Ferrariæ cõtemplatũ se Manardus lib. 9. epist. 3. ac Brasauo
lus quoque affirmant. Sed pòst, Medicorũ aliorũ industria
paßim cognosci, in montium Apuliæ & Apennini iugis, cœ-
pit. In processu Dioscorides Panacẽ Asclepiũ, atque Chiro
niũ ostẽdit. Theophrastus pleraq; genera attingit lib. Plant.
9. cap. 12. quæ Plinius 25. ca. 4. memorat. & peculiariter tria
cum Diosc. pingũt. Mesue hæc omnia turbat, quanquã Ascle-
piũ imprimis scribere uideri poßit. Tabernæ medicamenta-
riæ simpliciter Oppopanacum enunciãt. Ex Alexãdria Ae-
gypti Venetias, & ad nostras oras cõuehitur. Deligendus li-
quor iste est, saporem edens amarißimum, colorem dum re-
cens est, album, foris croci æmulum, substantiam læuem, pin-
guem, teneram, friabilem, statim aqua liquescentem, & odo-
rem grauem, qui niger est, ac mollis, improbatur.

Sulphuris uiui.) Id est, ignẽ nõ experti: tale, ex minera
sua, siue coctura consistit, optimum, & medicis utile. Diosc. 5.
cap. 73. duo genera. Plin. 35. ca. 15. quatuor signat. Color non
omnibus idẽ, quia aliud uiride, aliud luteũ, cinereũ, & palli-
dũ uisitur. Eligendũ colore exterius subcinereo, interius sub-
luteo cùm frangitur, nitedulæ modo splẽdẽte, substãtia solida,
minimè

inimè lapidosa. Consulant lectores Georgiũ Agricolam, ad nem tertij lib. fossilium, & Matthiolum in Comment. cap. .lib.5. Dioscoridis.

Pæoniæ). Græcis Glycyside, Romanis Casta herba, inentu uetustissima est, cognominataq; ab eius inuẽtore Pœoe, medicinæ peritissimo. Duo eius sunt genera, de quibus pud Diosc. lib. 3. cap. 134. & Plinium 25. cap. 4. ac 27. cap. 10 heophrastus unum numerat lib. 9. cap. 9. Quo nos in hortis bundamus, fœmina habetur. Hieronymus Tragus nobilis Ierbarius uulgarẽ Diptamnum, marẽ Pœoniæ, constantissiè asserit lib. 1. cap. ultimo: sed certè ipsa lineatio repugnat. Ierba patrio nomine dicitur Peonĩe. Gall. Piuoesne. tal. Peonia. Radices decrescẽte Luna legẽdas affirmant.

Eryngij.) Intellige radices utpote solas à Medicis expetitas. Officinæ corrupto uocabulo Iringum dicunt. Diosc. nam duntaxat speciem refert lib. 3. cap. 21. radices intus habentẽ candidas, foris nigras: quamuis & albas quoque exterius sæpissimè uiderim. Quapropter rectè Plinius, & albi & nigri discrimine partitus est 22. ca. 7. & octauo: pollicis crassitudine Dioscorides: certè ego in arenosis montibus Hollãdiæ, femoris crassitiem præ se ferentes effodi. Quidã herbam inquietã appellãt, quòd exarefacta, leuissimo flatu auræ, huc illuc uolutetur, unde puellæ suspensam loco coronæ habent sub tectis, & in cubiculis, aliqua semper parte, mobilẽ. Alijs Tribulus marinus magno errore uocatur: plerisq; insuper Centũcapita dicitur, à capitulorũ frequẽtia, Pliniũ opinor sequentibus 22. cap. 8. qui candidũ Eryngiũ eo nomine dignatus est, cum tamẽ eius historia peculiarius Dioscoridis Inguinali conueniat, de qua in Secacul condito latius. Noui qui Eryngij radicẽ, ciendæ Veneris desiderio, Garyophyllis, Cinnamomo, atque similibus aromatibus, cum melle condirent.

Germanis

Germanis Mansstrew, nostris kruys distel, wurtzelen sonder end. Gall. Panicaut, ou chardon à cent testes. Ital. Iringo.

Chamædryos). Latinis Trissago siue Trixago. Recētes Medici ferè Græcā uocē exprimentes, Querculā minorē humilem ac terrestrem uocant: alij Calamandrinam, Serratam alij, quòd serram ab ea inuentam putent. Explicat eam Theophrastus lib. 9. cap. 10. Diosco. 3. cap. 94. & Plinius 24. cap. 15. ac Teucriū, etiam ob similitudinem, quibusdā appellari scribunt. Et quamuis ueteres unicā tantùm Chamædryn faciant, Leonhartus Fuchsius tamen quatuor ostendit, cap. 333. sub quibus etiā uulgaris Hollandorum Chamæpitys haud dubiè continetur. Hieronymus Tragus primo, cap. 67. tres aßignat, & continuo cap. Teucrion genuinum, uulgarē Veronicam probabili ratione affirmat, Germanicè Ehr vnd preiss. Gall. Veronique, ou herbe aux ladres. Ital. Veronica: attamen fallitur, cū ab hac uerū Teucriū Dioscoridis picturæ respōdēs habeamus, Germanicè gross Bathengel. Gall. Germādee bastarde. Ital. Teucrio. Tabernæ ipsam uocē corrūpentes, Camedreos pronūciāt, uulgus Gamander, & Gamēderlin, nō dubium quin à Macro edoctū, qui Gamādrea dixit. Carpitur succo prægnans. Officinis celebrioribus Medicorum opera nūc cognosci manifestißimè cœpit. Abūdè excrescit in mōtibus Rheni, prope Laenstein, unde nostri quotannis studiosè reponūt.

Auri & argenti.) Dubito an quisquam tanto impēdio ualetudinē tueri, aut redimere collapsam uelit, ut aurum & argentum hæc Antidotus recipere posit, præsertim ex Actuario parata, quæ habet singulorum drachmas tres, & scriptulū unum. Id aurū si pretio quis æstimet, circa quatuor coronatos solatos aureos constare discet, præter argentum.

Vnde

nde non possum in animũ meum inducere, ut ex præscripto
urũ atque argẽtũ admisceant Pharmacopolæ. Adde utrũ-
ue metalli facultatẽ habere, aut uerius metallum esse purũ:
ut quorundam sententia cum plumbo, aut eiusdem uena ex-
oqui, ueluti Plinius lib.33.cap.6.testatur: diciq; aliud factum,
fectum aliud. Insuper intra corpus antiquitus usurpari
ullibi, quàm hic lego: Plinius lib.34.ca.16.usum medicũ re-
ensens, externarum solùm partiũ meminit: si uerò quispiam
ntrò palàm fuisset usus, haudquaquã id silentio præterijs-
t, uir alioqui rerũ omnium, ad extremũ usque apicem, cu-
iosissimus, & inuestigator absolutissimus. Hodie in Seplasijs
ostris Aurũ & Argentũ laminatũ, siue Bractearũ instar,
hartulis distinctim subrubentibus conseruatur, quo passim,
um hic, tum alibi, Antidotorũ confectores quidam utuntur,
lij limatura tenuissima eorundẽ. Hæc scribo nulli præiudi-
ans, sed liberã relinquens quomodocunque quisque uelit hãc
ompositionem apprehendendã. Interea quoque bene locu-
letes, ac in pecuniæ sumptu liberales cõponenti pariter, &
endẽti emptores optans. Sed sum fortè in hac re immodicus.

Blactæ Byzantiæ.) Onyx, Dioscoride lib. 2. cap.7.
este, Conchylij tegumentũ siue operculum est ei simile, quo
purpura integitur suauis odoris. Græcis simplici nomine
ὄνυξ, id est, unguis, quòd habeat in se permixtum cando-
rem, in similitudine unguis humani: quibusdam Ostraciũ, ue-
uti tradit Plinius 32.cap.6. Paulo insuper, Testa, siue Con-
chula Indica meritò dicta uidetur, ut ab alijs secernatur: Of-
ficinæ Blactam Byzantiam dicunt: cuius rei Actuarius oc-
casionem dedit, qui primus ea uoce usus est. Ostendũtur ple-
runque hodie nigræ ac siccæ, quãdo iuxta Dioscoridẽ lauda-
tissimæ candicantes, ac pingues sint: neque etiam accensæ re-
dolent, sed fœtent. Ergo aut ueros Onyches, siue Blactas By-
zantias

zancias non habemus, aut cognomen Odorati unguis mal ipsis conuenit. Est eiusdē nominis gēma, Onyx dicta, siue Onchites, ac lapis Onychinus diuerso colore, pro locorū diuersitate, in quibus reperitur. uisitur apud nos Coloniæ palmo latior, in sacello Trium sanctorum Regum, à tergo Chori summi templi specie eximia. Germanicè ein Onychel. Gall. Cornaline. Ital. Onyca.

Ossis ex corde cerui.) Huius antiqui prorsus non meminerunt, ut uerisimile sit, eos ignorasse. Recentiores uerißimè mirificam in roborando corde uim ei tribuunt. Aristoteles genus quoddam boum, in corde oßiculum continere, scribit secundo de Animalibus, capite decimoquinto: quod plerique tanquam è ceruo collectū usurpant: lego in quibusdā equis reperiri. Albertus in ceruis, in homine quoque & in multis insuper animalibus se uidisse tradit. Noui in nostra ciuitate Laniones aliquot, & medicamētarios, qui bubulam tracheam arteriam hic substituāt. Proinde integra fide uiros admonitos cupio, ut huiuscemodi imposturam distinguant, atque agnoscāt. Reliqua ingredientia aut cōstant, aut postea explicabuntur. Faciundi ratio est, ut in mortario dura & lenta inijciantur, qualia sunt, semina omnia, & radices, & cortices, paulò pòst aromatica tritū contumacia: hinc limata ligna: & tundi magis facilia, subinde per cribrum angustißimum excipiendo, mox rursus ualde diligenter conterendo, donec nihil supersit. Opium uerò calidiore pistillo emolliatur: Myrrha, Corallium, Euphorbium, Thus, Styrax, Rheubarbarum, Alipta, Castoreū, Mastiche, Sulphur, rosæ, margaritæ, ossa è corde cerui, & similia suauiter, atque accuratißimè seorsum ducantur, quemadmodum principiò de Speciebus aromaticis edocebimus. Gummi, Opopanacum uino madefactū emollire oportet,

tet,

t, paulatim reliqua ordine commiscendo, & balsamum itē distillãdo. Tandem omnia mellis purißimi uncijs plus minus uiginti excipiantur, ac curiosè subigendo utitor. Reuera & huius & similium Antidotorum formandarum usurpandarumq; modus, idem est cum Mithridatio ac Theriaca. Quapropter mea causa nolim quenquam in his parandis multũ operæ, aut impensæ consumere: adscripsi tamen eam, ut uulgatæ consuetudini obtemperarem.

Confectio testiculorum uulpis, & est Diasatyrion Mesuæ.

Recip. Satyrionum à patre abscissorum, libram unam.

Coquantur lactis ouini dulcis quantitate sufficienti supra prunas, dum molles sint, & lac consumptum. Tunc perfunde eos olei recentis amygdalarum dulcium uncijs tribus, ac pistillo ligneo diligenter cribrentur: postea admisce hunc syrupum.

Accipe succi Buglossæ cocti, & despumati, libras duas.

Succi pomorum dulcium, uncias xij.

Zacchari boni, albi, libras tres.

Misceantur agitando cum prædictis, donec compages fiat craßiuscula.

Depositis ab igne, & refrixis affunde Cinnamomi subtilis & electi, drachmas quinque.

Been albi & rubri, ana drachmas duas.

Ligni Aloës, drachmas tres.

Croci, Santali citrini, Tragacanthi, Gummi Arabici, Alfelengemisc. id est, Ozimi Garyophyllati, Cubebæ, Macis, Ana drachmã

unam & mediam.

Reponantur commixta uase uitreato.

Confectio alia Dia Satyrion.

Recip. Secacul albi mundi elixati in secun-
da coctura Cicerum, ut prima aqua abiicia-
tur, & altera sumatur, libram unam.
Testiculorum uulpis recentium, uncias octo
Radicum Raphani, uncias tres.
Luf plani siue dracontij, uncias duas.

Incidantur ac perfundantur lacte uaccino aut ouino ra-dices, ad duos digitos, operiente. Adde olei Sesamini & buty-ri uaccini recentis, ana uncias quatuor. Coquãtur faciliter donec crassum reddatur. Cæterum si nondum radices perco-ctæ fuerint, affunde plus lactis calefacti prius, similiter plu-s olei ac butyri, tum cribro ui manus, siue cochlearis (quo mo-do Cassiam fistularem, ac Tamarindos solemus) traijce: dei-n admisce mellis boni despumati libras sex (hoc æuo tame-n tres.) Succi Cepæ recentis libram unam & mediam. Omni-bus simul coctis ad perfectionem, & ab igne refrictis, adde sequentem puluerem:

Caudarum stinci cum renibus & sumine, dra-
chmas octo.
Sem. Erucæ, Zingiberis Linguæ auis, Sem.
Nasturtij, Asparagi, Cinnamomi, Piperi-
longi, Baucíæ, Sem. Napi, ana drachmas
quatuor.

Vltimò autem,

Pinearum mundatarum, libram unam & me-
diam.
Fisticorum mundatorum, uncias decem.

Cer-

[C]erebrorum passerum, uncias duas.

Conficiantur diligenter omnia, cōdianturq́; drachma una [M]oschi optimi, aqua rosacea dissoluti. Cerebella autem pas[se]rum seorsum terantur.

CRONENBVRGIVS.

Binas Mesuæ compositiones recensui: quæ apud Præposi[tu]m legitur, ex Actuario uel Myrepso Antidoto 65. transcri[pt]a mihi uidetur, quum res ac pōdera penè sint eadem. Pau[lu]s Satyriacum aliud pingit lib. 7. cap. 11. Similiter Alexan[d]rinus cap. 20. & 276. Ex recētioribus diuersum Bertrucius, [c]ap. de Coitus diminutione. Arnoldus Villanouanus ex Præ[p]osito reposuit. Officinæ autem omnes Mesuen sibi imitan[d]um proposuerūt: itaque eiusdem dictionem suprà adscripsi[m]us: attamen experientia mihi constat, neutram illius con[fe]ctionem ultra dimidium annum integram durare posse: [p]roinde maiori utilitate simul ac integritate, nos aliam usu [p]robatam habemus, quam hic supponendam duxi.

Diasatyrion iucundiß. saporis.

Recip. Carnium dactylorum, Amygdalarum dulcium, Pinearum, Fisticorū, Eryngij conditi, Nucis Indicæ, Zingiberis conditi, ana unciam unam.
Rad. Satyrion. uncias tres.
Zingiberis, Garyophyllorum, Galangæ, Piperis longi & nigri, ana drachmas tres.
Ambræ scriptulum unum.
Moschi scriptulos duos.
Penidiarum uncias quatuor.
Cinnamomi, Croci, ana unciam mediam.
Vini maluatici uncias tres.

Nucis moſchatæ, Macis, Granorum parad[...]
ana drachmas duas.
Linguæ auis, Caudarum ſtinci, Boracis, A[...]
dulcis, ana drachmas tres.
Ligni aloës, Cardamomi, ana drachmas du[...]
Been albi & rubri, ana drach. unã & medi[...]

Compone Electuarium iuxta artem, ſingula ſimplicia [...] minuendo, ac miſcendo, tandem excipe libris duabus cũ [...] dia Syrupi, ex Zingibere humecto facti. Nunc expoſitio[...] ingredientium adiungam.

Satyrionum à patre abſciſſorum, &c. Te[...]culorum uulpis recentium.) *Plantas iſtas coniu[...] non ob aliud, quàm quòd non modò de duabus his ſpecieb[...] uerùm inſuper de affinibus omnibus ſermonem inſtituere [...] creuerim. Dioſc. lib. 3. cap. 121. Orchim ſiue Teſticulum, qu[...] Græci etiam Cynoſorchim, id eſt, Canis teſticulum uocant, [...] pinxit: continuo mox cap. Teſticulum alterum, qui, Andr[...] autore, aliàs uocatur Serapias. Pinxit idem duorum gene[...] Satyrium, de quibus paulò pòſt explicabo. Theophraſtus [...] Plantarum, cap. 19. ubi ab una eademq; natura ſæpè diuer[...]tatem magna fieri diſſerit, Teſticuli illius meminit, cuius u[...] eſſe ait, ut modò marem, modò fœminam, eius eſu procrea[...] affirmet, quod Dioſcor. de Orchi quoque ſiue Teſticulo ſcri[...]ptum reliquit. Vnde herbam ipſam quidam in marificam, quidam in fœminificam diſtinguentes, duplici diſcrimine e[...]runt. Serapion cap. ſimpl. 91. utrunque caput unius atq[...] alterius Orchis uel Teſticuli complexus eſt, inſcriptione t[...]ſticuli canis. Auicenna ſimili titulo comprehendit, ſed uir[...] utriuſq; cõfundit cap. 718. Paulus & Aëtius inſuper Trio[...]chin, id eſt, triũ radicum teſticulum recenſuit. Alterũ Dio[...]coridis teſticulũ tradit Plinius lib. 26. cap. 10. Deinde in ora[...]*

tioni

nis cõtextu, Orchin cũ Testiculo, ignauia quadam miscet. scribuntur tali nomine, quoniã geminam radicẽ, testicu-um instar, utrinq; pendentem herbæ ipsæ ostentant: quæ nior est, superior uisitur: quæ mollior ac rugosior altera, erior habetur. Nostri autem Pharmacopolæ paßim sine rimine cuiuscunq; generis Orchin (multa enim hodie in-iuntur, quare Tragus Tom. 2. cap. 82. & Fuchsius 7. ico-s appingere, & tria seorsum genera ostendere calamo suo luit) in Satyrionũ locum substituunt, neq; multũ laborant um specierum differentiã cognoscere, quam tamen studio- Dioscorides imprimis proposuit. siquidẽ ut Orchis binas dices, ita Satyrion unam promit bulbosam, mali magnitu-e siue forma, fuluã, intus ceu ouum candidam, gustanti dul n, & ori non ingratam. Atq; hanc solam ego usurpandam lico, utpote efficacem in promouenda libidine, & Veneris guidæ potentia irritãda. Vnde Dioscorides eius usum sin-lari fide probauit, dum concũbendi inceßit cupiditas: quia proniores ad Venerem fieri affirmãt. Quin Serapio cap. npl. 90. Testiculum uulpis speciatim scribens, eadem quæ ioscorides de Satyrio percensuit. Et Auicenna cap. 717. pe-liariter Testiculo uulpis, Venerem excitari atque adiuua-memoriæ prodidit. Itaque apud Mesuen Arabicũ scripto-, Satyrij radices intelligo, eo loco quo testiculos uulpis ipse emorat. Eæ ex plãta tria folia proferẽte, ad terram infra-a, Rumici aut Lilio similia, minora tamen ac rubra, colli-untur in tractibus sabulosis, & arboribus consitis, ex qui-us nos olim frequẽter eruimus, ac maximè circiter Herlem, ximium Hollandiæ oppidum, in quo insigni honore, & ci-ium omnium prædicatione, magistratum gerit doctißimus integerrimus uir Quirinus Talesius, linguarum discipli-arumq; peritißimus, quondã ter maximi D. Erasmi Rote-

rodami conuictor chariſsimus. Refertur ab Theophraſto herba ſalaciſsima lib. Plantarum 9. cap. 20. quam Indus quidam attulerat. Hæc nõ ſolùm edentibus, ſed etiã tangentibus tantùm genitalibus uim tam uehementem præſtitit, ut quoties uellent coire, ualerent. Et quidem qui uſi fuerunt, duodecies egiſſe dixerũt. Indum autẽ ipſum, qui uel magno atque robuſto corpore erat, ſeptuageſies aliquando coiuiſſe fatentem licuit audire, uerũ emiſsionẽ ſeminis guttatim fuiſſe, demumq́; in ſanguinem deueniſſe. Mulieribus uerò uehementius etiam citari libidinẽ, cùm eo medicamine uſæ fuerint, dicebatur. Sic ille. Eandem penè facultatem indicaſſe uideri poteſt Dioſcorides, in alterius Satyrij radice, quæ Venerem, ſi omnino manu teneatur, ſtimulat: eoq́; magis ſi in uino bibatur. Idipſum Plinius loco citato teſtatur. Athenæus autẽ uelut prodigioſum refert. Vulgò Knabenkraut, *hoc eſt maſculi herba, &* Mannẽkrafft, *uirorũ uis, &* Pfaffenpint, *quaſi ſacerdotũ penis effertur. Gal.* Satyriũ masle, à large fueille, ou couillon de chien. *Ital.* Satyrio maſchio, ò Teſticolo di cane, *dicitur. Porrò uelim in lacte caprino, ut Dioſcorides cenſuit de Orchi, cõmodè parari, & iuxta Meſues doctrinã, reliqua admiſceri. Sed quoniã difficulter Satyriũ inueniri poteſt, cõſueuerunt Seplaſiarij noſtrates ferè uniuerſi Orchin accipere, quã Fuchſius marem anguſtifoliũ, Germani* ſchmal Knabenkraut menle, *appellãt. Gal.* Satyrium masle à fueille eſtroicte. *Ital.* Satyrio maſchio con foglie ſtrette. *Hæc abundãter ex ſolo Montenſi ad noſtros perfertur. Interea cuperem & Medicos, & Pharmacorum inſtitores, diligenter Satyrium ipſum perquirere, quò compoſitio integrior, ac præſtantior exiſtat.*

Radicis Raphani.) *Theophraſtus multa eius genera*

ra memorat.li.7.ca.4. Duo tãtùm satiuũ & syluestre Diosc. 2.cap.105.cõstituit. Illud hodie officinis proprio nomine Raphanus appellatur, Germ. Radys siue ~~Rettich~~. Gall. Raue, ou Refort commun. Ital. Radice, ò Raphano domestico, quotidie in mensis lautiorũ apponitur, comediturq; ad discutiendũ fastidiũ, in orbiculos diuisum, & sale aut pipere cõspersum: Plinius lib.19. cap.5. tria eius genera enumerat, crispũ, leue & cãpestre, quæ Germania etiã hodie agnoscit. Sed quod à Plinio Algidẽse dicitur, lõgum, succosum, ac trãslucidum, hortis inferioris Germaniæ tã frequens, ut nullum ferme aliud Raphanũ norint. Hoc apud Batauophrysios nostros, in eã magnitudinẽ crescit, uti uiderim, quòd triginta libras pẽderet. Quamobrem minimè mirandũ, in Germania infantiũ puerorũ magnitudinem æquare, Pliniũ scripsisse. Vulgaris est Raphanus, qui uirilis brachij amplitudinẽ nõ excedit. Sunt autẽ hi translucidi, & adeò fragiles, ut in taleolos absque ferro cõfringi queãt: multũ ab acredine illa ac saporis uehemẽtia, qua secundũ genus pollet, recedũt, & salsugine imbuti, linguam usque adeò non uellicãt. Theophrastus 5.de Causis plant.cap.5. hyeme cũ maximè uigẽt, terra radices Raphani obrutas, ut nullũ imbrẽ admittãt, ac direptis quibusdã folijs, mira craßitudine distendi edocuit. Alterũ genus Rapi figura Syriacũ appellatũ, in superiori solùm Germania prouenit, uehemẽtißimum est, & tenerrimum, nec multa humiditate redundans. Quapropter parcius editur, nã qui affatim ingerunt, præter frequẽtes ructus, rosionis quendam sensum in stomacho experiũtur. Tertium, quod fronde copiosius quàm radice, & plurimũ agreste, à Latinis Armoratia, à nostris uoce parum corrupta Raphanus marinus, sæpe in pascuis Tubantum, circa lacus & stagna crescit, atque in pinguibus Phrysiæ paludibus copiosißimè

sißimè uidetur. Rheni superioris accolæ in hortis transplantant, meliori quodam cultu & natura extremæ planè acredinis est, unde quibusdam Radix piperis appellatur, Germanica lingua Pfeffer wurtzeln, & Merrhettich. Gal. Refort sauuaige. Ital. Raphano saluatico, & Ramoraccia. Per se rarò editur, sed condimentis utilißimè miscetur hyberno tẽpore, & quãdo mystæ populũ ad ieiunia decumana hortãtur, sequẽti modo: Radix abluta minutim raditur, aut si id difficile habetur, in mortario frangitur pistillo: mox amygdala dulcia, tusa cũ aceto & modico sale addũtur: ita cõdimẽtũ efficitur ganeonibus maximè probatũ, ad pisciũ exuperãtẽ frigiditatẽ humiditatemq;. Quin etiã gallinaceos elixos eiusmodi cõditura perfundũt, sinũtq; iterum efferuescere, & ad stomachi inappetẽtiã mirè habetur. Duo alia genera Raphani, cum sale siue salsugine cruda edũtur: cocta enim acrẽ illã qualitatẽ exuunt, & suaui sapore, nõ aliter quàm Napi sunt palato cõmẽdabilia. Hodie nõdum inter Medicos cõuenit, quãdo eorũ esus maximè sit innocuus: nam quidã præponendũ, alij cibis postponendũ esse cõtendunt. Equidẽ utrique probabilibus argumẽtis innituntur. Sed quoniã huius Theoriæ id nõ iudicamus, ad problemata cõuiualia, quæ per ociũ à nobis tractabũtur, reseruabimus. Certè præter Dioscoridẽ, eximios habemus autores qui Raphanũ utilißimè dari à cibo asseuerãt, inter quos est Alexander Trallianus: Galenus uerò eos miratur, qui crudã à cœna radiculã, ad iuuandã coctionẽ ingerãt, cui Paulus & Aëtius subscribũt. Noui qui illius succũ cũ sale, acetabuli mẽsura, ieiuni comederũt, & à peste, uel quouis alexipharmaco tuti fuerunt. Hæc quamuis uerbosiori dictione explicuerimus, non tamen præter uersum ac commoditatem factũ existimo. Pandectarius insigni errore Raphanum à Galeno 8.

simplicium

simplicium Scandicem appellari ait, cùm hæc alia herba sit, inter olera alijs mixta frequens, de qua Dioscorides 2.c.132. Plinius inter sponte nascentes herbas numerauit, 21. ca.15. Qui uolet, doctißimi Ruellij Commēt.li.2.c.47.& hac ætate in Plantarum scientia omnium principis Matthioli opus, in Dioscoridem, uersent.

Luf plani.) Dioscorides 2.c.159. Arō, inquit, apud Syros Lupha uocitatum, magnæ (autoribus Theophrasto 7. Plantarum, ca.11.& Plinio lib.24.ca.16.) cum Dracunculo litis, ueluti quoque 2. Alimentorum Galenus innuit, unde aliqui eandem dixerunt. Hinc opinor Arabes nomine Luf, & Arō, & Dracunculum comprehendentes, uno cap. pingunt. Est autem Aron, Serpentaria, aut Dracunculus minor: uulgus nostrum, quoniam promit pistillum exerti fermè genitalis effigie (ut cum uenia dicam) Sacerdotis uirile, Germanicē Pfaffenpint, & Kalbsfuss, quasi uituli pedem nuncupat: Gallicè Cicotrico, Vit de chien, Pied de ueau. Italicè Aro, Arisaro, ò Gigaro appellāt. Tragus Aron uulgare, omnino Arisarum Dioscoridis li.2.c.160. traditi credit, cuius fidei rationem edit lib. Plantarum 2. cap.80. sed eum hallucinatum esse, uel inde constat, quòd ueteres omnes distungāt, etsi similes herbas dixerint, non proinde tamen easdem. Dracunculum pingit Dioscorides 2.ca.158. Seplasijs nostris Serpentariæ titulo cognoscitur. Plinius quatuor eius genera enumerat lib.24.c.16.ac lib.25.ca.2. Et Theophrastus 7. Plantarum, cap.11. secundum Dracunculi genus, inter Ari genera constituit. Vnde manifestum fit, plures Dracunculos nouisse antiquos rei herbariæ diligentißimos autores, ueluti etiam hoc æuo sedulos inquisitores. Sed cùm ijsdem uiribus annotentur ab omnibus, perinde erit, serpentariæ dictæ, an Ari radicibus utamur: attamē cùm pecu-

liariter Veneris irritãdæ uim Diosc. Dracũculo siue Serpẽtariæ tribuat, malim hîc quoq; eiusdẽ radices accipere, si haberi integrè queant. Seminis nullus usus est Teophra. 9. c. 22.

Succi cepæ recentis.) Dicitur Græcis κρόμμυον quòd pupillam comprimat. Dioscorides lib. 2. c. 144. à forma & colore distinguit: nam longam ac rotundam, flauam (Plinius ruffam) & candidam facit. Longa flaua acrior est, rotunda, cãdida: sicca, uiridi aut recenti: & cruda, cocta. Theophrastus lib. 7. cap. 4. à locis nomina indit, distinguens colore, cultu, natura. Plura eius genera Plinio explicãtur lib. 19. ca. 6. Porrò apud Romanos duo erant prima genera: condimentarium atque capitatum. Radix propriè Cepa est, quæ maximum in culinis nostris usum habet, ut non arbitrer ullam radicẽ edi frequentius, quando nullum ferè ius sine huius elixatione, quibusdam commendabile credatur, neque enim sapore uulgari quædam imbuit. At bis decocta, uitiosi succi notam deponit. Coquuntur insuper sub prunis, donec mollissimæ reddantur, inde detracto cortice, oleo, acetóq; perfusæ, acetariorum more à pueris, mulierculis & senibus eduntur, appetentiæ excitandæ, ac lotij ciendi causa. Nostris olitoribus & culinis quatuor speciebus distinguũtur. Optimæ habẽtur albißimæ & rotundæ, omnis mordacitatis expertes: mox oblongæ cortice ruffo, uulgò Spanisch Vlch, siue Aiuyn, aut Zwibel, quasi Hispanicã dicãt. Gall. Oignon, Ital. Cipolla. Acerrimæ experiuntur rubræ rotundæ: est & quarta, cuius radices supra terram extuberant, candidæ, magnæ, dulces, caule procero, per cuius fastigium semen in orbem colligitur, paucis hortis familiaris. Et hic affinitatis causa, dicere conuenit discrepantes, de Ceparum facultatibus, sententias, dum quidam supremo gradu calidas siccásq; constituãt, à Galeno opinor inducti 7. simpl.

Sed

Sed isthic caliditatem exprimit, uerùm de siccitate ne gry quidem. Alij rectius, nequaquam ad eum ordinẽ sicci aut calidi pertingere credunt, cùm neq; tã uehementer gustantis linguam mordicent, neq; tam intensè sitim moueant. Quare ne ad tertiũ calfaciẽtium genus referẽdas esse cepas, omnino persuasum habeo: & Aëtius, secundum non excedere, testatur. Nec obstat his quorundã cẽsura, qui calidissimas ideo cẽseant, quòd oculos fuliginosa acredine lachrymas prolectando uexent. Atqui isti scire debẽt, id non tã caloris excedẽtis, quàm tenuitatis humoris, ac potissimùm ratione lenioris fieri, qui oculos feriens inhæret, atque tenuitate sua eosdẽ uellicans, dolorem parit, & ita lachrymas prolicit: quòd eadem ratione oleum facit, quamuis leniter mordeat. Etenim si sola caliditas id possit, cur quæso Nasturtium, Alliũ, Euphorbiũ, Sinapi, & id genus reliquæ plantæ, non idem moliuntur? Sed copiosius hæc omnia dixi, quàm cõstitueram. Illud addendũ, succo cepæ chartis literas inscribi, quæ non nisi calefiat charta, conspiciuntur. Redeo ad expositionem Antidoti, ubi ego pro cepa Bulbum peculiariter dictũ substituere malim, utpote uehementiorem citandæ Veneris potestatẽ retinentem, & genituram copiosè subministrantem, quod multiplicibus scriptorum testimonijs clarum est. Vnde apud Aristophanem prouerbialis extat iocus, Bulborũ ollam deuorare: quo quidem libidinosus, & immodicè mulierosus notatur. Pythagoras integro uolumine, Bulborum præconia explicare uoluit. Differunt magnitudine, colore, figura, sapore, autoribus Theophrasto septimo Plãtarum, capite decimotertio, et Plinio libro decimonono. cap. quinto. Amplius 20. cap. nono, Esculentum ait Dioscorides, uulgò cognitum. lib. 2. cap. 162. Auicenna. cap. suorum Simplicium 89. confusè Bulbos recẽset, ac uulgarem consuetudinem sequutus, quum sua sponte nascantur,

nascantur, Cepas syluestres appellat, Serapio campestres, quales nullas esse eruditioribus obseruatum est. Sunt qui à Romanis Allium agreste dictum putent. Vehementer expetitur ab ijs, qui Veneris usum & auctā seminis copiam quærunt, ut liquet ex illo Martialis carmine lib. Xeniorum:

Quum sit anus cõiunx, quum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quàm satur esse potes.

Amplius è Columella lib. 6.

Quæq; uiros acuunt, armántque puellas,
Iam Megaris ueniant, genitalia semina bulbi.

Megarici nanque bulbi, etiam à Nicandro ac Catone laudantur. atq; horū nobilißima Scilla est. Atqui tales Ouidius tāquam nimis opinor Venerē proritantes dānauit, dū canit:

Daunius, an Lybicis bulbus tibi missus ab oris,
An ueniat Megaris, noxius omnis erit.

Eadem radix mutata bis aqua calente elixa, amaritudinē exuit. Allium gallinaceis, qui in pugnam aluntur, & prælijs destinantur, in cibis obiectum, bellicosiores facit, ut experiētia compertum habetur. Ab Horatio & Creticis, propter fœtorem damnatur. Vnde olim Græcis lege cautum erat, ne quis Allio uescens, sacrarium Matris Deûm ingrederetur. Quin & urina eo uescētium fœtet. Qui frigido cœli climate habitant, plurimo Allio uescuntur. Elixant gregatim in Hollandia, cum recenti bouilla carne Autumno. Noui qui hoc remedio, grassante paßim peste, spretis quibuscunq; odoratis cōfectionibus sese tutarētur. Noui item, qui foramine in summa cepæ excauato, id Theriaca selectißima explerent, & ita mox simul prunis impositum, torrerēt, continuóq; ablatum aceto perfunderent, atq; ederēt, tutißimo prorsus, aduersus quamcunque contagionem, medicamine.

Caudarum Stinci, &c.) *Latinè scincus, scribitur à*

Dioscoride

Dioſcoride lib.2.c.58.Plinio 28.cap.8. Duo ſunt eius genera, aquaticum & terreſte,quod iſto loco expetitur,quoniã Autores,Veneris cupiditates accendere aſſerunt. Sed audiamus de utroque Plinij uerba : Ex Chamæleontis ſimilitudine eſt Scincus,quem quidam terreſtrem Crocodilum eſſe dixerunt: cãdidiore,& tenuiore cute:præcipua tamẽ differẽtia dignoſcitur à Crocodilo aquatico,ſquamarum ſeta,à cauda ad caput uerſa. Maximus Indicus,deinde Arabicus:afferuntur ſalſi. A Seplaſiarijs uerò duorum generum piſciculi, conſtanti rumore,ex Nilo Aegypti flumine allati, oſtenduntur : unde eos nõ terreſtres,ſed fluuiatiles rectiſsimè dixerim. Qui in emẽdis mercibus ſunt attẽtiores,in emporijs,animacula Crocodili ſpeciem retinentia ſatis magno emunt. Vtriuſq; imaginem proponit Petrus Bellonius de Aquatilibus lib.1.cap.5. Perpendant diligẽter illi,qui temerario nimis auſu, cùm his, tum ab extremo orbe petitis remedijs lubẽter utuntur. Quidã uulgariter waſſer Edechſen:quaſi dicas, lacertæ aquaticæ, Gall.& Ital.Stinci.Herodotus mirandam Crocodilorũ hiſtoriam texuit lib.2. Ariſtoteles in libris Animalium. Plinius pleriſque locis,& Solinus cap.35.

Seminis erucæ) Duûm generum eſt teſtante Dioſcoride 2.c.134. Vtrunq; ſcitiſsimè Fuchſius pingit cap. uoluminis ſui Herbarij 99. Cruda Eruca Venerem largiore cibo, ut ſi quid aliud olerum, concitat,quod ſecundo Alimentorum à Galeno probatur:ſimiliter Plinio 10.cap.63.ad finem Rurſu: 19.cap.8.concitatricẽ Veneris uocante. Vnde etiam Martialis canit:

Et Venerem reuocans Eruca morantem.

Et Ouidius:

Nec minus Erucas iubeo uitare ſalaces.

Prope Priapum olim in hortis ſerebatur,quod Columella

mella his uersibus significat:

Et quæ frugifero seritur uicina Priapo,
Excitet ut Veneri tardos Eruca maritos.

Ruculam, Germanicè Rancken. Gall. Roquette, Ital. Ruchetta & Rucola. uocat Tragus diuersam herbã ab Eruca. In culinis & Officinis nostris semẽ notũ, appellatione Sinapi albi, Teutonicè apud nos Weisser Sẽff, & Mostart samen: Gall. Roquette satine, Italic. Ruchetta domestica. paratur ad condimẽtum ciborum, non aliter quàm Sinapi: usus eius tamen longè gratior, quòd minus caleat, utiliorq; stomacho. Syluestris satiua acrior est, cuius plerasque differentias Tragus scribit primo, cap. tricesimosecundo.

Linguæ auis.) Serapio linguam passerum auicularũ salacißimarum, in usum Veneris approbat: & ca. 226. Simplicium, Lisen Hasafir, linguam auis exponit, quam fructum fraxini intelligo, ab omnimoda similitudine: & hunc imprimis ad stimulandam Venerem efficacẽ prodidit Serapion. Plinius lib. 30. c. 5. Passeres, & oua eorũ, atque anseris linguam, in cibo uel potione sumptam, ad huiuscemodi prædicat.

Seminis nasturtij) Babylonicum cæteris præfert Dioscorides lib. 2. c. 147. & Plinius 20. c. 13. atq; in Arcadia quoq; miræ amplitudinis gigni dicit. 19. c. 8. Est duorũ generũ, satiuũ ac syluestre. Plinius in albũ & nigrũ partitur. Illud Germ. Gartẽkresz, Gall. Cresson deiardin ou Nasitort, Ital. Agretto de glihorti. hoc Welchsamẽ, Gall. Cresson sauuage. Ital. Agreto saluatico uocatur. Aestate paßim in acetarijs editur, estq; oleorũ frigidorũ ueluti medicina: Græcis κάρδαμον nũcupatur.

Bauciæ.) Id est, Pastinacæ syluestris, nã hæc haud obscurè

ſcurè Venerē proritat, autore Dioſcoride. Ruellius ac Marcellus eandē Daucū eſſe contēdūt, quibus ſuffragari nequeo, cùm Dioſcorides lib.3.c.50.& 67. ſimiliter Galenus 6. ac 8. Simp. manifeſtè utrāq; herbā diſcreuerint, etſi uiribus nihil differāt. Et licet Paſtinacæ agreſtis genus, Daucū dici poßit, nō tamē ideo una eadēq; planta exiſtimāda. Cæterùm Paſtinacæ duo habētur genera. alterū radicē albam, luteam profert alterum, cui congenerē omnino etiam arbitror Siſeris radicem. Vtrunq; multis in locis, præcipuam inter radices gràtiam obtinet, non magnitudine ſola, qua paucißimis cedunt, ſed inſuper dulcedine ſaporis: unde frequētißimè cum bubulis carnibus, ſingulari dote coquuntur. Nā cùm radicū iſtarū natura ſicca ſit, haud facilè aliàs lautiorē ſaporē ſibi concilient, quàm à pinguibus carnibus: Germanicè Pinſternaken & Paſtinaken, Gall. Paſtinades, Ital. Paſtinache. Coquitur præterea Paſtinaca lutea à Germanis cū piſcibus frigore ac uento induratis: aut cum aqua elixa, butyro, aut pinguedine quapiam perfuſa, pauperum menſas adornat. Inter has ſunt, quæ intenſa rubedine ad nigrorem uergente ſpectātur, in agro ultraiectiuo, utpote ſolo argilloſo, & uicinis locis frequentes. Eas agnoſcere Theophraſtus uidetur, dum in Agro Spartenſi Achaiæ, nigras creſcere aſſerit, lib.9. ca.22. Cariotas uulgò uocant. Iſtæ ut albis ſunt rariores, ita etiam præſtantiores. Iuſcula quibus incoquuntur rubicunda faciunt, ſuauißimo ſanè & delectabili ſapore. Creſcunt etiam caſu plerunque, hoc colore, inter luteas. Nobilitauit Siſera Tiberius Cæſar Romæ, ut teſtatur Plinius 19. cap.5. qui quotānis ſibi è Germania, præſertim Gelduba caſtello, Rheno imminenti, adferri iubebat. Etenim illic uelut olim, ita nunc quoque eius radicis generoſitas præcipua. Geldubæ autem caſtellū, Bero

episcopus,

episcopus, in rebus Tungrorum, Neomago incumbentē arcē, à Dagoberto restauratam, & Dagonis nomine dictā fuisse narrat. Nam Burgundi in Galliā profecti, quæcunq; à Germanis ultra Rhenum poßidebantur, hostica existimantes, Geldubam arcem, cum multis præclaris castellis demoliebātur. Quāuis non desint, qui certis coniecturis insulam Zuidberti, Vuerdam Cæsaris nunc uocatam, illam arcem existiment. Nam quicquid ueteres historiographi de rebus aut locis inferioris Germaniæ, præsertim infra Coloniam positis, nobis tradiderūt, totū id magis ex aliorū quàm oculari fide consistit: cùm Imperatorum nemo, præter Iulium Cæsarem, cuius monumenta etiamnum Louanij uisuntur, & Drusum Germanicum, qui nauali prælio Tencteros, Bructeros siue Busacteros, istis & sequentibus uicinos, ut autor est Cornelius Tacitus lib. 1. histor. Strabo septimo, Plinius quarto, cap. decimoseptimo, Volateranus septimo Geograph. Aeneas Syluius in Europa cap. 29. & 37. Claudianus Velleius libro 2. Tubantes, Canninefates, in Amasi fluuio expugnauit, eò peruenerit: qui cum suis copijs illinc per Tencterorū terram (uulgò nunc Drentiam appellant) reuersus, plerosq; milites isthic mortuos reliquit: cuius etiam rei memoria, hodie ingentium saxorum congerie, haud procul à pago Rolda designatur, intra quam peregrinum uiatorem, ac illius loci nouum hominem absque ullo delectu adhuc perrepere cogūt incolæ, & qui illàc mercatores iter curru faciunt. A Druso insuper tantus olim fuit isthic terror, ac metus, uti in hunc diem malè imprecantes, & diris inuicem deuouentes, Drusi uocem usurpent. Ex quibus manifestum fit, quò terrarum in inferiori Germania iste iuerit. Perijt inter Salam fluuium & Rhenum, iuxta Bingium oppidum, ut inquit Strabo lib. 7. Eius sepulchrum Maguntiæ quidam esse autumant.

Vide Sueto. in uita Claudij initio.

Consule

Consule Plinium 7.cap.20.Paulum Florum 4. cap. 12. Valerium Max.5.cap.5.Aeneam Syluium in Europa,cap.26. Sed ego nunc tandem ad Pastinacas redeo, quæ ideo præstantiores hic radices producunt,quòd cœli terræq; constitutio, earum naturæ potißimùm respondeat. Omnis siquidē tractus Boreæ expositus, in terram respicere magis quàm efferre in auras, folia cogit, cedensq; sabulum, craßitiem promouet. Quapropter & felicißimus circa Nouiomagū imprimis,& Hornemium Hollandiæ oppidum, earum radicū prouentus existit, unde ad finitimas ditiones frequentißima copia conuehuntur. Atque ista sermonis affinitate dicere uisum fuit. Sciendum interea tria Dauci genera, lib.3.cap.67. à Dioscoride aßignari, quæ diligenter uelim Officinas attendere, ut uerum Daucū in usum medicū assumant:uix enim ex uiginti una est,quæ hoc facere laboret:adeò nūc ad peßima quæque habent attētum animum, Materna nostra lingua Daucus, Vogelnest. Gall.Carotte sauuage, ou panet sauuage. Ital.Dauco.

Cerebella passerum.)Intellige,Vere siue Autumno captorū,quæ cum oui uitello ac melle,uel in sole siccata reponuntur.Etenim ultra annum mares nō uiuūt, quod nullis Veris iuitio,nigredinem in rostro apparere indicat, quæ tamen æstate incipit.Superest de Borace dicere, & tūc sermonē absoluere.Est autē Borax Arabico nomine, Græco Chrysocolla uocatus. Dioscorides lib.5.cap.54.laudatißimam Armeniacam,colorem porri quàm simillimum reddentem constituit,mox Macedonicam,deinde Cypriam puram, ac calculorum expertem.Galeno autem nono Simpliciū ad finem, & cæteris Græcis duplex fuit Chrysocolla:metallica siue natiua,& factitia.Idem docetur Plinio 33. cap. 5. pro Cypria Hispanicam substituente. Vitruuius septimo Architecturæ,

solam Macedonicam laudat. Quomodo autem proueniat simul ac fiat, Galenus & Plinius ostendunt. Color uerò cum omni natiuæ sit uiridis, attamen eo multum differt. Etenim alia uiret ad satietatem, foditurq; in ærarijs tantùm metallis, quam longè optimam cẽsent, Germanicè Berggrün & Schiffergrün : *alia nigricat, quæ in plumbeis : alia albicat, quæ in argenteis: alia pallescit, quæ in aureis fodinis eruitur: Atque his pictores utuntur. Aurifices autem ex necessitate, factitia, quando aurum auro conglutinant (unde ei nomen) uel argentum argento. Hæc nullibi quod sciam amplius, quàm Venetijs conficitur ex alumine rupeo, siue de Rocha, nitro fossili, aut natiuo, & alijs quibusdam, colore pallido translucente instar Gypsi, & ista est Borax uulgaris. At nunc non minori commoditate, & maiori utilitate(nam magno frequenter uænit) alias res in similibus operibus usurpare didicerunt. Sed quoniam hæc auri ac argenti fabrorum, haudquaquam Medicorũ interest, cognoscere, nolui me magnopere ijs peruestigãdis torquere. Satis est si uires utriusq; sciamus: atq; natiuam intra corpus (ut quæ uomitiones concitet, & necem inferre queat) nunquam admitti : factitiam uerò sæpe , ac sine periculo : uulgò* Borrass. *Gall.* Borras, ou Colle d'or. *Ital.* Borrace. *Auicenna Tincar, & capistrum auri uocauit, discrimen quoq; apponens lib. 2. cap. 706. Similiter Serapion Simplicium cap. 423. Atq; hactenus res compositionem ingredientes exposuimus.*

Diaolibani Nicolai Alexandrini.

Recip. Castorei, opij, Sem. hyoscyami, ana drachmas xix.
Casiæ ligneæ, drach. sedecim.
Folij, croci, thuris masculi, ana drachmas xij.

Rheupon

Rheupontici, amomi, ana drachmas decem.
Mellis quantum sufficit.
Myrrhæ, drachmas nouem.
Spicæ, pyrethri, radicis pæoniæ, styracis calamitæ, piperis longi, ana drachmas sex.
Euphorbij, piperis albi, ana drachmā mediā.

CRONENBVRGIVS.

Describitur ab Actuario in libello suo de Antidotis, ex ijsdem rebus, Præpositus ad quintuplum fermè pondera minuit, alioqui eadem est scriptura. Myrepsus Antidoto 92. Spicam ac Pyrethrum neglexit.

Thuris masculi.) *Tria eius genera, pro locorum diuersitate, à Diosc. lib. 1. cap. 70. scribuntur, primatum tenet in eo genere masculum, suapte natura rotundum, non sectum foris albicās cùm frāgitur, intus pingue, in suffitu statim ardens, Grecis* λίβανος. *Lachryma est arboris Arabicæ atq; Aegypti. Porrò sectum de industria, deterius est, ueluti ruffum ac nigrum. Theophrastus lib. nono, cap. 4. omnem historiam, & thuris arboris, & gummi copiose recēset, quemadmodum Plinius 12. cap. 14. ac 15. Verißimè dixit Marcellus admirabilem thuris historiam, ego indiscretam ac confusam insuper dico, quum tam multiplici sermone eam proponūt, suprà prædictos autores, etiam Diodorus, Solinus, Strabo, atq; alij antiquißimæ fidei Historiographi: neq; tamen absoluta aut unanimi scriptura, unde uehatur, aut quo loco gignatur, ostendere poßunt. Apud nos duplici & triplici subinde specie cernitur: uulgari idiomate* Weirauch. *Gall.* Encens. *Ital.* Incenso.

Solin⁹ ca. 36.

Antiq. gestorum 3. & 6. c. de Thyrrhenis.

De reliquis ingredientibus suo loco plenißimè. Mellis depurati libras quinque, uncias tres, & drachmas tres adijce, contusis læuigatisq; iuxta artem singulis. Qui autem uo-

uolet, poteſt pro ratione quintā aut ſextam partē conficere.

In Eſdram Præpoſiti cenſura noſtra.

Circunfertur in uulgatis Antidotariorū libris, Eſdræ quædā cōpoſitio, Bœoticis ænigmatibus referta, in quibus explicandis præſtātiſsimo acutiſsimoq́; interprete opus eſt: ea ſunt Golene, Lithodemonis, confitæ rub. caballini marini, ſplenis pultri, ſulphuracæ, uſifur, corticum neræ, mabathematicon, & ſimilia. Conſtat uerò ex centum & quadraginta ſex rebus. Quis hic obſecro, non Apollinem, Oedipum, aut uatem, aut deum aliquem coniecturis propitium deſideret? Quis in huiuſmodi uocum obſcuritatibus, & incognitorum uocabulorum affectationibus, & ancipiti deniq; uerborum ſtructura, certi aliquid decernere poſsit? Aut ſi poſsit (uelut Pandectarius, ac quidam ſunt conati) quorſum attinet ea cum mortalium diſcrimine experiri? præſertim quando penè infinita habeamus medicamina, quibus confidenter & tuto uti poſſumus. Et hic quid dicam, uel unicam ſubinde ſyllabam ſecus quàm oportet interpretatam, totam compoſitionem peruertere? unde talis frequenter error exoritur, qui mortem aut morbum ea moleſtiorem producit. Quis enim non agnoſcit multò ſæpè plus ab indocto Medico, aut imperito pharmacorum conſtructore eſſe periculi, quàm ab ipſo morbo? modò alia pro alijs ſimpliciorum remedia, per ignorantiam componantur exhibeanturq́;? Ac quotuſquiſq; interim eſt Seplaſiarius, qui tales uoces tanquam Hebræas, aut Chaldæas non exiſtimet? & proinde conſultius eſt tales omittere potius, quàm dubia fide incognitas uſurpare. Certè Præpoſitus id mihi egiſſe hoc loco uidetur, ut difficulter à quoquā intelligeretur, metuo ne in pleriſq; fuerit ipſe ignorantiſsimus. Quare huius claſsis medicamenta nos referre piguiſſet,

quando

quando eorum loco Mithridation, aut Theriaca, magna omnium fide, & felici successu recipiantur, nisi Alexandrinum Nicolaum præcipuum eius autorem idipsum prodidiße cognouissem cap. 246. Paulus autem lib. 7. cap. 11. concinnius memorat, quod ita exprimit Aëtius lib. 13. cap. 101. ueluti Anemone Rosam, locupletans tamen ad dimidium penè pondera. Myrepsus Antidoto 139. reuera idem pingit, adiectis aliquot aromatis, mox, sicut Actuarius, ex pauculis rebus alia eiusdem tituli Antidota construunt. Equidem admirandum & deplorandum, tantam ubiq; esse in uno Antidoto apud omnes scriptores dissonantiam: quæ res facit, ut etiamnum in Officinis tam multiplicem & impunitam prorsus componendorum medicamentorum, licentiam habeamus: quam seuero Medicorum iudicio coërcendam, haud parua mortalium utilitate decerno. Nos hoc loco tantùm Pauli dictionem transcribere constituimus.

Esdra multiplicis usus Pauli.

Recip. Amomi scriptulos sex.
Croci scriptulos octodecim.
Dauci seminis sesquiscriptulum.
Seminis fœniculi drachmam unam.
Casiæ sesquiscriptulum.
Iunci odorati floris scriptulos quatuor, & medium.
Cinnamomi drachmam unam.
Hypocistidis succi, scriptulos quatuor cum dimidio.
Sulphuris uncias quinque.
Papaueris seminis scriptulos quinq;.

Pyrethri ſcriptulos tres.
Petroſelini drachmam dimidiam.
Iridis Illyrici ſcriptulos ſeptem & ſemiſſem.
Alterci ſeminis ſcriptulos tredecim, & ſemiſſem.
Spicæ nardi ſcriptulos ſeptem, & ſemiſſem.
Rutæ ſeminis drachmam mediam.
Anethi ſcriptulos tres.
Cardamomi uncias tres.
Roſarum ſiccarum ſcriptulos quatuor, & ſemiſſem.
Nerij floris ſeſquiſcriptulum.
Rhododaphnes, & roſæ ipſius, ana drachmam unam.
Mellis libras quatuor, & uncias octo.
Rheu, gentianæ, ana drach. duas.
Hedychroi drachmam mediam.
Tragacanthæ ſcriptulos quindecim.
Licij, citri arb. foliorum, ana drach. ij.
Ocimi ſeminis, id eſt, baſiliconis, drachmam mediam.
Aniſi drachmam unam.
Coſti, myrrhæ, ana drach. duas.
Bdellij ſcriptulos ſedecim.
Artemiſiæ ſucci ſcriptulos tredecim.
Rhu Syriaci ſcriptulos uigintiquinque, & ſemiſſem.
Aſari, vteri mergi, lapidis Iaſpidis, ana drachmam unam.
Piperis ſcriptulos quindecim.
Caſtorei drachmam mediam.

Cimoliæ

Cimoliæ ſcriptulos ſex.
Siſonis, ſtyracis, ana drachmas tres.
Opobalſami drachmas quatuor.
Seſelis herbæ drachmam mediam.
Vini quantum ſatis erit.

Hæc ſunt Pauli uerba. Nunc quædam ad declarationem attinentia ſubijciemus.

Hypociſtidis ſucci.) *Dioſcorides pariter cum Ciſto, cap. 109. primi libri, hypociſtidem triplici diſcrimine tractat. Oribaſius lib. duodecimo, & Plinius 24. cap. decimo, duplici contenti ſunt: Galenus nullam differentiam ſtatuit 7. Simplicium: Paulus contra alios, expreſſum è ciſto ſuccum appellare uoluit. In collibus Patauinis, & præſertim Apennino monte naſcitur ex radicibus ciſti. Quidam Ciſſon & Ciſton confundentes, facili lapſu, in una litera ab altero in alterum ſenſum, multos errores produxerunt. Nam Ciſſos, Hedera: & Ciſtos, frutex ramoſus eſt, de quo nunc agimus. Qua de re legantur eruditiſsimi Leoniceni epiſtolæ ad Angelum Politianum, atque Hermolaum Barbarum. Similiter aduerſus illum Plinij defenſio, quam Collinutius ſuſcepit, ubi omnis Ciſti utriuſq;, & etiam Ladani ambiguitas, ac uocum earum uicinitas refellitur, & manifeſtatur. Auicenna uerò, excellentiæ uocabulo Arabicæ ſcholæ deditis princeps dictus, ignoraſſe hypociſtidem uidetur, cùm duo eius diſtincta capita faciat, barbæ hircinæ, & henſiſtides. Officin. hypoquiſtidos profertur. Eius locum ſupplet legitima Acatia.*

Nerij flores, Rhododaphnes, & roſæ ipſius.) *Dioſcorides lib. quarto, cap. 70. Galenus octauo Simplicium. Plinius 16. cap. 21. & 24. cap. 11. pro eodem frutice intelligunt, Græco nomine Rhododendron, quoniam Latinum*

non inuenit: unde miror hîc à Paulo uelut res diuersas distinGui, modò uera sit uersio. Aëtius floris Nerij, & rosarum Rhododaphnes scripsit. Interpretibus nunc Oleander, nunc Sosandrium, nunc Rosa laurea uertitur. Syluaticus & Isiacus, Nerion, syluestrem Cerasum faciunt, quod nullius grauioris autoritate confirmatur. Forma pingitur Hieronymo Trago 2. cap. 142. & Fuchsio: insuper Matthiolo Senensi in Dioscoridem lib. quarto, cap. 77. Dioscorides eodem loco, & in Præfatione lib. quinti, Nerij flores ac folia deuorata, contra mortiferos serpentium morsus auxiliari, autor est, qua gratia hîc à Paulo suscipiuntur: sed quoniam Galenus & Auicenna, atq; alij plures, paucum eorum usum, tam in potu quàm in cibis, homines simul & quadrupedes interficere testati sunt, ego omnino omittendum censeo, & nulli exhibēdum, præsertim cùm paucißimi nostratium stirpem ipsam norunt, & dubio prorsus calamo apud autores doceatur. Atq; interim nequaquam desunt pharmaca tuta, de quibus inter probatos doctosq; uiros conuenit.

Rheu.) *In Aëtio legitur Rheupontici, in Galeno Rheu ac Rha 8. Simplicium, habetq; easdem facultates, quas Dioscorides lib. 3. cap. 2. Rha pontico suo attribuit, ut omniū dictionem conferenti constabit. Atqui id non esse Rheubarbarum nostrum uulgare, magno consensu claßica Medicorum schola, & ipsißima ueritas asserit: quamuis non desint qui aliquot rationibus Rha ponticum, & Rhabarbarum unum ac idem esse, qualitatibus atq; uiribus, contendant: nihilq; differre, nisi solo natali & cœli diuersitate: quod cum Ruellio magna calami confidentia, inter alios Aloisius Mundella, in annotationibus contra Musam Brasauolum tentauit: quoniam illud in Ponto, hoc in Barbaria proueniat. Cuius insuper occasione fit, ut odorum & inodorum*

interdum

interdum habeatur, quod potißimum Iſidori teſtimonio lib. Etymologiarum 17. cap. 9. inniti uidetur, quando ſcribit Rheubarbarum ſiue Rheuponticum, illud quod trans Danubium in ſolo Barbarico, hoc quod circa Pontum colligitur, nominatum eſt: Rheu autem radix, Rheubarbarum, quaſi radix barbara: Rheuponticum, quaſi radix Pontica. Sed copioſius in pilulis ex Rheubarbaro hanc differentiam explicabo.

Lycij.) Maximus eſt in iſto liquore error, quapropter paulò altius repetere uiſum eſt. Dioſcorides Anazarbenſis noſter, qui Galeno 6. Simpl. teſte, omniũ perfectißime Tractatum de materia medicamentorũ confecit, ac proinde ſummus autor atq; præcipuus, cui etiam Leoniceni teſtimonio in herbarũ fruticũq; deſcriptionibus fides eſt adhibẽda, de Lycio ca. 114. primi lib. ſcriptũ reliquit ſpinoſam arborẽ, & pyxacanthã, id eſt, buxeæ ſpinæ ſuccũ eſſe, pronũciauit. Defertur ex Cappadocia, Lycia, India, quod longè præſtantißimũ efficacißimũq; cẽſetur, cũ Dioſcoridi, tum Plinio 24. cap. 14. Succi extrahendi ratio, atq; impoſtura apud eoſdẽ ſcriptores legitur. Nos uerũ hodie nõ habemus, quod mutua ſcriptorũ, & uulgaris noſtri collatione facta, euincitur. Quidam ex Periclimeni baccis: aliqui ex prunis ſylueſtribus: alij ex Liguſtri fructus, expreſſum ſuccum inſolatũ arefactũ, huius uicẽ mentiuntur. Reuera tamen ex amurca cupreo uaſe cocta, aut Rhu, aut Rhamno, in eundẽ uſum ſuccus extorqueri poteſt.

Bdellij.) Dioſc. lib. 1. cap. 69. præſtantißimum adſtruit, translucidum, amaro guſtu, intus pingue, liqueſcens facile, ligni ac ſordis expers, ſuffitu odoratum, ungui ſimile. Huic acquieſcit Plin. 12. cap. 9. Gal. in Scythicũ & Arabicũ ſegregat 6. ſimpl. Dubiũ apud me eſt, nũ ſyncerũ hoc æuo habeamus, & inclinor, ut potius alterum Dioſc. eſſe credam. Duobus

capitibus Serapion bdellij meminit cap.294.Iudaici, & 11 cuiusdam plantæ palmæ similis fructus, quam Mechiun ab Auic.uocari credo ca.16.Legitur subinde bdellij onychoi à colore unguis humani, sed istum neque Dioscorides, nequ Gal.neque Plinius ei tribuunt, sed aiunt suffitu odoratũ un gui simile. Nostrum autem tale non uisitur, nec amarum est Vnde constat factitium & adulterinũ esse. Ac quamuis nũ Seplasiarij exercitatiores, è myrrha bdellium pellucidũ genuinumq; colligere se arbitrantur, attamen mihi adhuc non uidetur, quoniam accensum gummi cuiusdam odorem edit, fragrantiam uerò nullam.

Rhu Syriaci.) Etsi plerorumque hominum de Rhoë, uariæ, ob uocabulorum multitudinem, & autorum mentem malè intelligentium, fuerint sententiæ, quæ postea multiplices errorũ occasiones pepererũt, ut uidere est apud Theoph. lib.Plant.3.cap.18.interprete Theodoro, fluidam appellãte, cùm sanè Rhoën deberet: similiter apud Plin.lib.24.cap.11. dum coriariũ Rhoën, ab eo qui in ciborũ cõdimẽtis antiquitus ueniebat, uelut diuersas arbusculas segregat. Præterea apud Celsum lib.6.cap.11.ros pro rhoë, deprauatè scriptum: cuius nominis similitudine, Petrus Crinitus lib.ult.cap.7. de Honesta disciplina, seductus fuit, ut aëris rorẽ siue Mannam esse crediderit: quibus adde Galenũ, qui plura quoq; tum nomina, tum genera explicauit libro per locos 6.cap.1. modò Rhoën Syriacũ, modò Ponticũ, modò obsoniorũ, modò coriariũ, modò rubrũ uocans. Et Damocratẽ insuper, qui Eupatoricũ: & Marcellũ medicũ cap.27.qui marinum siue orientalem dixit. Attamẽ Diosc.lib.1.cap.124.& Gal.8.simpl.unũ tantùm genus prodiderunt. Vnde pro certo, Rhoïs arbores, neq; genere, neq; specie differre, credendum affirmo, sed à diuersitate locorum, diuersas appellationes accepisse, omnino existimo.

existimo. Est autē Rhus obsonarium nihil aliud quàm semen, quod Officinæ Sumach, Actuarius Sumachiū, & coriarium siue sutorium, folia & frutices eiusdem ramusculi: hoc tinctu-ræ, illud medicinæ familiare, sicut liquidò ex autorū scriptis intelligitur diligēter ea examināti. Vidi iam olim in argillo-loso Bononiēsi agro, integra eius plātæ iugera, ex demōstra-tione doctiß. & clariß. uiri Ioan. Reidani Dauētriensis Me-dici publici, ob eximiam uirtutem, & præclaram doctri-nam, mihi charißimi.

Vteri mergi.) Mergus auis est leuis, aquatilis, & quæ se in aquam cibū captās aßiduè immergit: hāc alij mer-gonē appellant, frequentißima est circa Hollādiæ maria, & stagna, quæ etiam tēpestate imminente fugit, ac sese ab oris Oceani subducit, unde quibusdā Nūcia tēpestatis existima-tur, Germanicè ein Daucher. Gall. Plongeon. Ital. Mergo. Inter urinatrices aues quidam numerant. Vte-rum hic intellige stomachum.

Lapidis Iaspidis.) Varias eius species, & ex argu-mento nomina plenißimè docet Plin. lib. 37. Natur. hist. cap. 9. quod etiam abundè patet ex Dios. lib. 5. cap. 93. qui omnem Iaspidem amuleti uim obtinere pronūciauit. Laudatur Ga-leno uirens 9. simpl. facultatum.

Cimoliæ.) Duo eius genera à Diosc. lib. 5. c. 94. referū-tur. Candida & ad purpureū inclinās optima existimatur, quæ innatā habet pinguitudinē, tactuq; frigida sentitur. Pli. 35. cap. 17. in quinque differentias partitur. Cimolia utuntur fullones in uestibus abluendis, diciturq; aliàs terra Sapona-ria, & Creta Cimolia. Est modicè pinguis, rara, mollis: par-tim adstringit, partim parū acris est, pro qua recremētū fer-ri & molæ simul attritorū reponitur. Ego intelligo Bolum albū, nam ex eo & sapone gallico orbiculi fingūtur, ad pāni

maculas,

maculas, ac næuos abstergēdos præstantißimi. Cōpositio *paratur sequēti modo: Arida cum croco, castoreo, et hedychroo: tundantur, ac per angustißimū cribrū excutiantur: sulphur, & iaspidem per se instar pollinis, ducito : hypocistidis succū, myrrhā, bdelliū, lyciū, cimoliā in uino macerato, & tragacanthū seorsum.* Deinde *arte sensim misceātur, affundēdo succum artemisiæ purū, & oleū balsami, postremò mel expumatum, ac sufficienter unita probè contegito, & uitreato uase excipito, locum tamen respirationi reliquum facito.*

Micleta Nicolai Alexandrini.

Recip. Myrobalanorum citrinarū, Indarum, chebularum, mundatarum, & assatarū, ana drach. duas, & semissem.

Myrob. bellicarum, emblicarum, tostarū, Seminis nasturij, ana drachmas duas.

Cymini, anisi, ameos, carui, ana drachmam unam, & mediam.

I*nfundantur aceto die ac nocte: exiccētur: postea torreantur, & in puluerem uertantur.* Tunc *adde:*

Spodij, balaustiarum, mastichæ, gummi Arabici, ana drach. i. & grana xv.

F*ricentur omnia oleo rosato, & syrupo myrtino contemperentur.*

CRONENBURGIUS.

Ex *Græcis*, Nicolaus *Myrepsus* Antidoto 200. *eadem inscriptione compositionem recitat, in qua semen nasturtij, carui, ac mastiche omittitur: sed cardamomum, fœniculum, & carnabadium adiungitur.* Ex *Arabibus unus Auicenna*

lib. 5.

lib.5.summa prima, Tractatu 4. in mixtura dißimilē ostēdit. Ex recētioribus Præpositus, Arnaldus Villonouanus in Antidotar. & Gilbertus Anglicus ca.de Diarrhœa. Atqui hoc loco perpendendum uenit, de ustione myrobalanorum, quas ideo ex Galeni testimonio 9. simplic. initiò quidam comburi putant, ut frigiditas, quidā ut caliditas ipsis augeatur: utrique sanè errantes, quos ibidem Galenus corripit ac corrigit. Quod uerò ad præsentē locū attinet, tantum sciendū myrobalanos, ueluti etiā Rheubarbarum, assatione & lauatione facultatē purgatoriam remittere, & adstrictoriā accipere: nam utrique utraque uis inest, diuersa tamen ratione, quando scilla purgantior assata redditur, psyllium minus purgat: & in omnibus istis nimia humiditas, per assationē minuitur, & adstrictoria siccitas intenditur. Proinde quoque ut hanc facultatē suscipiāt myrobalani, & reliqua ingrediētia aceto macerata, pòst siccata, ex autoris præcepto assentur in frixorio, siue sartagine, siue patella semper mouēdo: deinde pul uerisata exactè, omnia oleo rosaceo bene misceātur, ut omnis ab ustione cōtracta igneitas remittatur: ac proinde mordacitas rosioq; desinat: mox syrupo myrtino misceantur.

In Mithridatum Præpositi censura nostra.

Præpositi cōpositionem hic omisimus, quòd à plerisq; doctis uiris eam improbari cognoscamus, partim quoniā ab ea quam ueteres describunt, multum uariet, atque insuper à suo Antigrapho, aut Nicolao Alexandrino cap. Antidotarij sui 466. aut Myrespo Antidoto 412. licet utrobique quorūdam simplicium differentia sit, magis opinor transcribentium, quàm autorum culpa: partim quoniam plurima eius cōpositionem

ſitionem ingredientia haud ſatis cognita ſint, neque hoc tẽ pore commodè inueniãtur, ut eſt Orobus *lentiſcus à* Plateario Lacca *interpretatus, gummi & rami cedri, caſſamus, f lis, zuccoraria,* Anagodam, *& id genus alia. Quapropter i uſum potius tanquam ſyncerior, & uetuſtior reuocanda eſ quam* Galenus 2. *de antidotis tradit, & nos paulò pòſt ſub ſcribemus.* Porrò Antidotus *iſta uetuſtior eſt theriace, ut e illa hanc effinxerint* Andromachus. *Nomen uerò ab autor* Mithridate *(uelut primo de* Antidotis Gal. *teſtatur)* Ponti *atque* Bithyniæ *rege maximo accepit, retinuitq́;.* Is *ſiquidẽ* Sylla *apud* Dardanum *fuſus, & à* Cneio Pompeio Romanorum *Conſule præcipuo, bello ſuperatus, tandem à* Pharnace *filio in turre obſeſſus, necis cupidus, uenenũ pro more quotidie ſumpſit, cumq́; id tardius biberet, quia aduerſum uenena, multis antè medicaminibus, corpus firmauerat, & ſicut in prouerbio eſt, prius* Antidotũ *quàm uenenũ (ex quorum ſanè numero & hæc ipſa habetur, qua contra omnia letalia præſidium eſſet) immiſſum percuſſorẽ* Gallum *citò cum autoritate uultus territum reuocauit, & in cædẽ ſuam, manum trepidantis adiuuit. Sunt qui id ſuo ſe gladio tranſegiſſe affirment, autore* Gellio *lib.* 17. *cap.* 16. *Omni deinde regia præda potitus* Pompeius, *in qua inter cætera arcana ſcrinium erat commentationum medicarum, quas rex ipſe peculiariter curioſus, ab hominibus ſubiectis (qui magna terrarũ pars fuere) exquiſiuerat, ac poſtmodum in ſermonem* Latinum *per* Lenæum *libertum ſuũ* Grammatices *doctiſsimum, transferri iuſsit.* Atque *ita uitæ profuit (ut* Plinius 25. *cap.* 2. *teſtatur) nõ minus quàm* Reipub. *uictoria illa* Pompeij. Et *iſta recenſenda exiſtimauimus, ad eximiam medicaminis huius facultatem cõprobandam.* Meminit Plinius *cuiuſdam* Antidoti Mithridatis 23. *cap.* 8. *ex duabus nucibus ſiccis, ficis totidem, &*

utæ folijs uiginti ſimul tritis, addito ſalis grano, quod ex)ribaſii libro de Curationibus, cap. de Potionibus, aduerſus enenũ, aut uerius ex Præfatione Dioſc. lib. 6. mihi tranſcri-ſiſſe uidetur. Refertur etiam ab Aëtio 13. cap. 46. ac Aemilio Macro, cap. de Ruta, & Auicenna lib. 4. Fen. 5. Tract. 1. cap. . Nec eam nucibus facultatem ineſſe, Dioſcoridem aut Gale-num latuit, uti ſecundo Alimentorum, ac libro de Cibis boni ac mali ſucci conſtat. Cæterum adhuc eodem titulo recenſen-ur compoſitiones diuerſæ, diuerſis inuẽtoribus, nempe Xe-nocrate, Antipatre, *Cleophanto, & Damocrate, quam ad inem apponemus. Similiter etiam Galenus ſecundo Antido-torũ, autore Aelio Gaio, Aſclepiade, Apollonio, atque plu-ribus memoriæ prodidit, quorum omnium miſturæ, pondere, ac rebus pleriſque euariant. Simili modo Paulus Aegineta lib. ſeptimo, cap. undecimo, Diaſcincu inſcribens, & Actua-rius in libro medicamentario ſuo, atque Aëtius 13. cap. 98. ex præſcripto Antipatris & Cleopatris: ex quorum mo-numentis manarunt, quæ Alexandrinus cap. 467. & My-repſus Antidoto 411. Mithridatia prodiderunt, eodem fer-mè aromatum numero, uerùm pondere ac facultate diſcre-pantia. Atqui hos clariſsimos Medicinæ fontes, ac puriſsi-mos latices, ſordibus ſuis miſerè nobis conſpurcare non puduit Arabes, aut ſaltem eorundem interpretes: ſicut manifeſtiſsimè in hac compoſitura, & multis aliis diligen-tius eas examinantibus intelligitur. Cum itaque multa exo-tica, confuſa, diſtorta, & ne ab ipſis quidem uerſoribus in-tellecta ſimplicia in hanc nobiliſsimam Antidotũ aſſumun-tur, deplorandum eſt, hactenus non extitiſſe, qui publico decreto in ordinem malè feriatos quoſdam ſeplaſiarios re-degerit: cuius generis (ut unum errorem ex multis attin-gam) exiſtit apud Arabas trochiſci Cokion. Græca ueri-

*Aliter Cleopatre.

tas

tas habet confectionem cypheos, pro qua ineptißimè sup-posuerunt, imò subuerterunt imperiti interpretes Co-kion. Videat obsecro, ac secum quisque expendat, quàm non sit tutum, Arabum uersionibus sine iudicio fidere. Nunc autem his ceu cæcis & cæcorum ducibus posthabi-tis, lumen ueritatis sequamur, contemptisq; fœtētibus cister-nis aquam ex fragrātibus fontiū scatebris, sitienti ore hau-riamus: In quorū albo Celsus grauis imprimis autor, & Hip-pocrates uerè Latinus censendus, qui lib. 5. cap. 23. ex uete-rum Græcorum placitis, parem habet scripturam, cui Scri-bonius Largus Compos. 170. acquiescit. Porrò Galeni ex An-dromacho hæc sunt uerba:

Antidotum Mithridatium, ad letalia peculiariter, & internos affectus omnes, efficax.

Dulcis radiculæ drachmæ septem, & dimidia & quatuor oboli.
Opij drachmæ quatuor, oboli duo.
Castorei drach. sex.
Polij drach. quinque, oboli duo.
Costi tantundem.
Spicæ nardi drach. sex, oboli duo.
Cassiæ drach. quinque, oboli duo.
Thuris drach. sex.
Seseleos drach. quinque, oboli duo.
Hypocistidis succi drach. sex.
Acori drach. duæ.
Scordij drach. sex, oboli duo.
Folij drach. quatuor.

Gallij drach. quinq;, oboli tres (alij drach. vi.)
Cypheos drach. ſex, oboli duo.
Myrrhæ drach. ſex.
Croci drach. ſeptem, oboli duo.
Cinnamomi tantundem.
Styracis drach. quinq;, oboli quatuor.
Dauci ſeminis drach. ſex, oboli tres.
Zingiberis drach. ſeptem, oboli duo.
Phu Pontici drachmæ duæ.
Petroſelini drach. iiij. oboli tres.
Nardi gallicæ, fœniculi ſeminis, nardi Indicæ, ſingul. drachmæ quatuor.
Hyperici, acaciæ. ſing. drach. duæ.
Gentianæ drach. quatuor. (alij drach. ij.)
Aniſi drachmæ tres.
Thlaſpi drach. ſex, oboli quatuor.
Meu Athamãtici drach. iiij (alij drach. duæ.)
Roſarum ſiccarum drach. quatuor.
Gummi drachmæ duæ.
Cardamomi drach. quatuor (alij drach. duæ.)
Iunci odorati rotundi drach. ſex, oboli duo.
Oppopanacis tantundem.
Opobalſami drachmæ ſex, oboli quatuor.
Galbani drachmæ ſeptem.
Scinci drach. duæ, oboli duo.
Reſinæ terebinthinæ drach. ſex, oboli duo.
Vini Chij quod ſatis eſt.
Mellis Attici cocti quantum ſufficit.

Sic ille.

Supereſt nunc, ut paucorum ſimplicium expoſitionem pro imperitioribus adiungamus.

Dulcis radiculæ.) Hæc Græcis Glycyrrhiza, tabe-
nis aromatarijs Liquiritia appellatur. Tradit hanc Dios
lib.3.cap.5. Theophrastus 9. Plant.cap.13. Scythicā radice
uocat. Plinius lib.22.cap.9. præstantißimā in Sicilia, mox
Ponto: Galenus Creticam, aut saltē Hispanicā prædicat. C
sus 5.Cap.20. simpliciter dulcē radicē dixit. Apud nos mult
in locis pullulat, minus tamē efficax: copioso tamē prouēt
in fastigio montiū, prope Erpel citra Rhenū, & copiosiß
mo circa Bābergā colligitur. Ex Hispania ubertim Antue
piā cōuehitur. Batauí uerbū uerbo reddentes Suethou
quasi dulce lignū, Brabanti Kalissenhout, Colonienses
Klaritz pronūciāt. Gal. Regalisse. Ital. Regolitia

Polij.) Duo eius genera, unum montanum, quo utend
censet Dioscorides lib.tertio.cap.105. Alterum fruticosius
quod uiribus est infirmius. Galenus 8. Simpl. maioris mino
risq; appositione distinguit. Plinius 21.cap.7. campestre, m
ius: syluestre, minus dixit. Montanum, elegantißime & ge
nuina facie, in doctißimi Ioannis Echtij cultißimo horto
ret. Quod autem Medici Batauí & Seplasiarij in monti
bus arenosis & excelsioribus, perpetuo hyeme uirore, Th
mum redolens colligunt, nequaquam est Polium, cùm pro
cul à Dioscoridis pictura discrepet, sed potius Serpyllum
agreste. Corrigant itaque errorem, hac genuinam herbam
cognoscere & usurpare discant.

Casſiæ.) Complura eius genera, iuxta odoriferā Ara
biam, gigni tradidit Dioscorides lib.1.cap.duodecimo, inte
quæ tria enumerat bonitate præcipua: reliqua ut uitiosa à
spernatur. Theophrastus libro nono, cap.quinto, uiticis ma
gnitudine fruticem dixit, permultis surculosisq; ramis con
stantem, &c. Ex quo procul dubio historiam suam Plinius
transcripsit libro duodecimo, cap.uigesimo: Galenus quoq
prim

primo de Antidotis, multa Caßiæ genera recensuit, Dioſco-
ridem ſequutus. Veriſsimum eſt, quòd aliàs doctiſsimus Ma-
nardus aſſeruit, Cinnamomū noſtrum genuinum eſſe Dioſ-
coridis caßiam, ſimilem doctrinam locupleti oratione, &
euidenti ſtudio Andreas Matthiolus in eruditiß. Commēt.
ſuis in Dioſcoridem oſtendit, ut mihi non ſit neceſſe eandē
rem hic uerboſius repetere. Quam uero olim in ſeplaſijs, ad
noſtram uſq; ætatem, & nefariè adhuc hodie pleriq;, caſ-
ſiam ligneā uocātes, uſurpant, nihil minus eſt quàm germa-
na caßia: unde Hermolaus Corol. cap. 124. & Ruellius ſtir-
piū 1. cap. 99. Tamaricis radicē exiſtimarūt. Quæ autem à
rerū peritis diligēter ſtirpiū cognitionē inquirētibus, in hu-
ius locū, tāquam legitima reducta fuit, & odore uinoſo, &
acri guſtu à Dioſcoridis ſcriptura aliena relinquitur, etſi
etiamnū conſtanter ab omnibus penè uſurpetur. Ego ſanè
malim credere pſeudocaßiam eſſe, ut quæ cortice craſſo cō-
ſtet, medullæq; inhærente. Quin & uno uerbo expediam, ſi
quis exacto iudicio magnas illas uulgaris cinnamomi con-
geries, quæ abundè ab externo mercatore Antuerpiā, uelut
nobiliſsimū atq; frequentiſsimū inferioris Europæ emporiū,
deferuntur, inueſtigauerit, & ſapore olfactuq; diſcreuerit,
mirū niſi uniuerſa caßiæ ſcriptorū genera in illis inuenerit.
Loco itaq; caßiæ ſemper cinnamomo noſtro utendū. Nume-
ratur inſuper alia caßia inter coronarias herbas, ac qua tā-
topere delectarentur apes, ut in hūc ſolùm uſum ſerendam
mādarint præclari autores, quemadmodū liquet apud Ma-
ronem in Bucolicis ecloga 2. & Georg. lib. 2. & 4. Similiter
li. 12. ca. 9. ac 12. Theophraſti interpres Theod. Gaza, eneo-
ron lib. 6. cap. 2. plantarum uertit caſiam, & hanc corona-
mentis uſurpari ſolitam, atque apibus gratiſsimam fuiſſe,
non temerè ſuſpicandum eſt.

Scordij.) *Hoc non est allium agreste, ut hactenus per omnes ab Arabibus, & eorũ imitatoribus, nominis similitudine decepti existimauimus: Græcis enim simpliciter scorodon est alliũ: & scorodon agrion, alliũ agreste. Ceterũ quod Dioscorides lib. 3. cap. 106. scordiũ, quodq; hic inserendum Crateia autore, Mithridatia appellata, nõ est alliũ, sed herba trixagini similis: unde à Romanis Palustris trixago dicitur, nasciturq; in mõtibus & palustribus, scitißime Plinio scribitur 25. cap. 6. & Fuchsio pingitur cap. 297. Quo nos il legitimè igitur pro Scordio utebamur, allium agreste est, de quo Diosc. 2. cap. 145. Galenus 8. simpl. & Tragus 2. cap. 7c Alliũ Germ.* Knoblauch. *Gal.* Ail. *Ital.* Aiglio. *Nunc genuinum scordium cognosci cœpit, Germanicè* Wasser batenig. *Gal.* Chamara, ou Germandree d'eau ou Scordion. *Ital.* Scordio. *describitur Trago 2. cap. 123. Multis Germaniæ locis crescit, & in agro Oy, prope Nouiomagiũ celeberrimũ Geldriæ oppidũ, iuxta suburbia magnifica Gosuuini, Beierij, & syncerißimi & integerrimi pharmacopolæ, eiusdemq; ciuitatis quæstoris; qui nobis singularis spectaculi instar, hanc herbulã ex suo prato ostẽdit.*

Gallij.) *Dioscorides lib. 4. cap. 8. Galion pingit. Valerius Cordus speciem aspergulæ. Germanicè uocatam* Ranritzen. *Gal.* Petit muguet. *Ital.* Gallio. *ego malim odoratam illam herbulã Hollandis dictã* Vnser Frawen bettstro, *aut* Weerrach. *Gallis* Muguet: *flore albo, copioso, fragrante, nascentem in hortis cultioribus: Officinis etiam quibusdam Galliam moschatam appellatam, intelligere. Visitur apud Matthiolum, Tragum, & Fuchsium: Sic dicta est, quòd lacti pro coagulo sit. Minimè probo eos, qui compositionem moschatam intelligunt, cùm hæc non tantùm Andromachi tempore, uerumetiam Gale-*

ni

s. benedicten muschel

ætate esset incognita. Ostendit mihi Galium D. Ioannes
[...]htius sibi ex semine enatam, in horto suo, prorsus Diosco-
[...]dis picturæ conuenientem.

Cypheos.) Eius meminit Damocrates, carmine usum
[...]dicans, Barbari peruersissimè Cokion dixerũt. Antiquis-
[...]ma est confectio, ut qua Aegyptij Solem placando adoran-
[...]dóq; uenerarentur: pòst ad sanitatem purgando aërẽ trãs-
[...]rri cœpit, quod ex nemine ueterum fidelius aut doctius,
[...]uàm ex Plutarcho, in commentario Isidis & Osyridis,
[...]ognoscere possumus. Posterior ætas insuper intra corpus
[...]surpat, cuiusmodi multa extant exempla: siquidem Aë-
[...]ius libro decimotertio, cap. 99. parem ferè soluta oratione
[...]cripturam, cum Damocrate manifestat. Paulus lib. 7. cap.
[...]1. titulis duobus Cyphoides, Alexandrum Trallianum imi-
[...]atus, in libro octauo, cap. 4. alterum recensuit, sed ponde-
[...]rum similitudo nusquam eadẽ reperitur. Idem ille cap. uice-
[...]simosecũdo uerbosiores, cognomine Cyphi solaris, ex rebus
[...]36. & Lunaris, ex 28. descriptiones exponit, utranque Aë-
tius libro decimotertio. cap. 116. ac sequenti reposuit: uerùm
Paulus drachmas in uncias mutauit, & amomum præter-
misit. Nicolaus Myrepsus utriusque dictionem quadam me-
tamorphosi Antidoto 298. & sequẽti recensuit. Nec admo-
dum dissimile pharmacum Paulus eodem lib. capite uigesi-
motertio scribit Masucha, Aegyptia uoce, quibusdã Mas-
naphium uocatum. Similiter Aëtius libro citato. cap. 118.
sed diuersa lectione à Paulo. Quapropter uerissimè à Dios-
coride dictum est, permultas componendi cyphi formas fuis-
se, libro primo. capite uigesimoquarto: etsi plerisque id ca-
put eidem factitium existimetur. Atqui præ omnibus hoc
loco Galeni ex Damocrate uerba imitari placuit, libro se-
cundo de Antidotis, tum quòd res ingredientes ad manum

*promptiores, tum quoque manifestiores sint. Pharmacopo-
læ ex peritis Medicis discant.*

Cypheos compositio Damocratis.

Recip. Carnis uuæ passæ pinguissimæ (sine
semine & cortice extraneo) leuigatæ, tere-
binthinæ *coctæ, ana drach. xxiiij.
Myrrhæ, schœnuanthos, ana drach. xij.
Cinnamomi drachmas quatuor.
Bdellij, nardi spicæ, cassiæ optimæ, cyperi pur-
gati, baccarum iuniperi grandium & pin-
guium, calami odorati, ana drachmas tres.
*Aspalathi, drach. duas cum dimidia.
Croci drachmam unam.
Mellis optimi modum.
Vini pauxillum.
Bdellium, myrrham, uinũ, in mortario tere,
ad mellis liquidi crassitiẽ: deinde mel, uuas,
& reliqua optimè tunde: postremò trochis-
cos forma. Pessima equidem fide apud pra-
cticos eadem compositio legitur.

**Syluius expurgatæ, mauult legere.*

**Ego semen agni casti Paulum imitatus. Syluius picẽ liquidã brutiam supponit*

Cinnamomi.) *Si Galeni tempore huius in Italia tam
magna esset inopia, ut non nisi apud Imperatores totius pe-
nè orbis dominos, singulari fide, ac admirabili industria ha-
beretur (ut ipse 1. de Antidotis abundè testatur) ecquis no-
stro æuo usque adeò contentiosè pertinax esse uelit, ut uul-
gare nostrum tanta copia congerieq́; paßim aduectum, le-
gitimum omnino asseruerit? præsertim cùm Plinius pluri-
mas Cinnamomi syluas esse combustas scripserit libro duo-
decimo. cap. 20. Dioscorides sex eius genera recenset libro
primo. cap. 13. Theophrastus quinque, lib. 9. cap. 5. Plant.*

Duo

uo tantùm Plinius citato iam loco. Galenus duplo caßiæ
ondere pro Cinnamomi ſimplo utitur. Caßiam autem ue-
m, Cinnamomum noſtrum ſiue Canellam uulgarem eſſe,
prà indicauimus. Conſtanter tamen Amatus Luſitanus in
ioſcoride monſtrare nititur, noſtrum Cinnamomũ omni-
o uelut genuinũ haberi debere, quod ex Zeila, magni apud
dos nominis, inſula importatur: negat hoc probabilibus
ationibus Matthiolus. Expendãt cum diſcrimine exercita-
i homines, & ex ingenuis mercatoribus ſtudioſè explorare
iſcant. Qui res prauas obſoletasq́; in integrum reducere
mpoſtura conantur, Cinnamomum inſipidum, pipere In-
lico, & aqua mellis macerant, poſtea ſiccant. Ita dolos ua-
riè exercent prauißimi homines, & omnia ad quæſtum ſuũ
conuertunt. Arabes uocant Darſeni.

Acaciæ.) Manardus epiſt. 3. libri 6. ueram Acaciam, id
eſt, ex Aegyptia ſpina productam, quam lachrymam Cya-
neam uocauit Andromachus primus, putat in Italia deeſſe:
cui ſummi iudicij, & exquiſitißimæ eruditionis uir Mat-
thiolus Senenſis ſubſcripſit. Ex eius fruticis recenti ſemine,
ſuccus exprimitur, qui inſolatu concretus, tum Græcis, tum
Latinis, nomine ſuæ arboris Acacia quoque nuncupatur.
Dioſcorides lib. 1. cap. 115. modicè ruffum & odoratum, eli-
gendum decernit. Eandem arborem Theophraſtus lib. Plãt.
4. cap. 3. ſpinam ſimpliciter appellauit. Plin. lib. 24. cap. 12.
alba, nigraq́; arbore, & uiridi, in Aegypto fieri ſcribit. Ego
autem ſcio hodie multas tabernas, ex ſpinoſæ cuiuſdam ar-
buſculæ fructibus, quam aliqui prunum ſylueſtrem ſtatuunt,
ſuccum colligere ſub Acaciæ titulo, quem creberrimè ſum
expertus mirificam conſtringendi uim obtinere, uulgus
Schlehen, Gallicè Prunelles ſauuages. Ital. Pru-
gnole ſaluatiche. ſicut ſpinã ipſam. Schlehẽdorn

lingua nostra appellat. Gallicè Prunier sauuage. It. Pruno saluatico. *Ianus Cornarius in Comment. super locos Galeni, probabilibus coniecturis, hanc poteri[...] Dioscoridis, quæ etiam Neuras (cuius fructũ Galenus Brabylam dicit) opinatur: sed Tragus contradicit lib.3. cap.2. & Matthiolus alibi, aduersus Fuchsium, constanter nemi[...] unquam Latinorum scriptorum, istum fructum prunula[...] ac pruneolam, siue syluestre prunum appellasse, imò ne pr[...]norum quidem generis existimasse, affirmat, cùm pruna fe[...]rens planta, iusta arbor sit, non humilis spina, ex Dioscoridis & Galeni testimonio. Theocrito Brabyla sunt coccymela, id est, Damascena pruna. Consultius mihi facere uiderẽtur in omnimodo ipsius succi defectu, medici, & qui pharmaca constituunt, si Rhois folia, aut lentisci foliorum succum, aut hypocistidem substituerent. nam idem memoriæ posteritatis Dioscorides mãdauit. Hallucinatur clarissimus alioqui medicus, Ruellius lib. de Stirpibus 3. cap. 13. dũ Acaciã ex Arabica spina fieri credit: nã Diosc. & Plin. locis supradictis, atq; Gal. 6. Simpl. alteram ab altera separauerũt.*

Galbani.) *Maximè laudatur cartilaginosum, merũ, similitudinẽ thuris aut ammoniaci habẽs, pingue, minimè lignosum (sine surculis) retinens nõnihil seminis ferulæ, graui odore, neq; ualde humidũ, neq; nimis aridũ. Hæc Diosc. lib. 3. cap. 79. cui cõsentit Plin. 12. cap. 26. Quod autem nos plerunque habemus, lignosum est, fortaßis Serapinũ, quoniam Galbanum in Serapinum degenerat, sicut testatur Galenus primo Antidotorũ. Purum redditur, si in aquã feruẽtem demittatur, deinde liquatum linteo, siue colo raro, compressu purgetur. Itidem alia gummium genera impura à sordibus uindicantur. De alijs alibi, aut diximus, aut dicemus.*

Celsus lib. 5. in malagmate Entyclei.

Vini Chij.) *Chios insula est Asiæ, ubi tria nobilißima uinorum*

inorũ genera gigni Galenus literis prodidit,loco iam ſæpè
c modò quoque citato.Primum Arniſium,quod ab ipſis eſt
ommendatum,nomen à loco ubi gignitur ſortitum:nã hoc
oſum locis quibuſdam in Chio prouenire teſtatur 12.me=
hodi.Secundũ Leſbium,à totius inſulæ nomine(tria etenim
ſhic oppida ſunt, Galeno eodem lib.ſcribente) uocatur.
Tertiũ,Tmolites,à colle qui Tmolus dicitur,denominatur.
Vnum ex his ſi haberi poßit,præſtantißimum iudico:ſin mi
ius, deligatur ad diſſoluenda gummium genera, laudatißi=
num,ſuauißimũ,uetuſtum,non tamen amarũ:in ſubſtantia
enue,colore fuluum,non album aut rubrum,aut nigrum,à
atura firmũ,haud facilè aceſcens,cuiuſmodi apud nos opi
nor Certica pura habentur,uulgò Maluaſia,ueteribus Mo
nobaſia,quorundam iudicio,ſiue Arniſia uocata. De Vinis
abundè docent Dioſcorides 5.c.5.Plinius 14.atque alij ple=
riſq; locis,et nos in 10.horũ fortaſſe locupletius exponemus.

Mellis Attici cocti.)Id eſt, Athenis collecti,cuius
quidem in toto orbe,teſtificante Plinio 21. cap. 10. ſumma
laus exiſtimatur.Sed quotuſquiſq; noſtrûm eſt,qui illius lo=
ci mel aut norit aut habeat? ac proinde deligendum, quod
mediocre eſt inter illud,quod craßißimum & tenuißimum,
ſapore dulcißimũ ac acerrimũ,colore pallidũ aut flauum,
odoratißimũ,pellucidũ,pondere graue,ſordium expers,&
recẽtißimũ,quodq; nec humectũ,nec fluxũ ſit,nec ob ſequa
cẽ lẽtorẽ facilè abrũpatur,ſed tactum reſiliat in digitos:tale
à Dioſc.2.c.74.atq; alijs probatur. Plinius reliquos autores
imitans, terna mellis genera,in quocũque tractu gigni ſcri=
bit 11.cap.14.& 16.uernum,æſtiuum,ac ſylueſtre,quod hy
bernum uocat Dioſcorides,& deterrimum reputatur:uer=
num ſuauius,calidius, & eximius eſt:melius ex noua cæra,
nouellisq; ſtirpibus conficitur: Ruſum faui uitio deterius

redditur Aristoteli 9. Animal. c. 40. quippe id ueluti uinum à uase uitiatur. Initiò mel, ut aqua dilutũ est, & primis diebus sine craßitudine cernitur, sed uicesimo maximè die spissatur. Varro li. 3. c. 16. Siculum omnibus præfert, quòd isthic Thymum frequens sit, & bonum, quo ad mellificium nihil est celebrius. Palladius lib. 7. tit. 7. Nobilius mel erit, inquit, quod ante expreßionem secundam, uelut spõte profluxerit. Itaque pro fermẽtatione, locorũ natura, florum discrimin ex quibus colligunt apes mel, uariatur, quẽadmodũ Plinius lib. 11. c. 14. ostendit. In fundo optimum censetur, cuius ratio legitur apud Macrobium 7. Saturnal. c. 12. Plerique mercatorum mel Atticũ alio melle locupletant, ac pro illo diuendũt. Cœpit superiori etiam anno in nostrum orbem mel albißimum, durum, suauißimum, atque uiolas potenter redolens ex Hispania, Lusitaniaq; comportari, quod equidem ob singulares dotes, optimo Attico impotentius eße nequaquã crediderim, quo ego utendum suadeo. Voluerunt autem uetustißimi quique, huiuscemodi Antidota melle excipere, nõ ad saporis tantùm gratiam (qui tamen insignem retinet in medicamentis propinandis utilitatem, si à stomacho comprehendi, & in actum reduci feliciter debeant) uerùm insuper ut diutißimè Antidota fermentata in uigore illæsa conseruentur. Hac etenim uirtute conseruatrice, mel maximè præditum est, ut difficilima de causa, uitium aliquod cõtrahere, quæ secum commixta sunt, patiatur: siquidem putredinem ab omnibus rebus arcet, & uitia putredini obnoxia, in annos quàm plurimos integra reddit. Vnde & demortui hominis cadauer, ne à uermibus celeriter corradatur, nec in putorẽ resoluatur, unicè tuetur. Exẽpla leguntur apud Cælium lib. 28. c. 27. præterea quòd uiuentia corpora in salubri securitate retineat, paßim ex autorum testimonijs

monijs cognoscere licet. Vnde constat Democritum Ab-
eritanum insignem illum Philosophum Hippocratis coæ-
uum, amicorum & domesticarum mulierum rogatu, solo
mellis odore, tamdiu etiam uitam distulisse, donec Cerealia
festa, Græcis Thesmophoria appellata, uniuersa Græcia cele
brasset, postquam ad extremam senectam, ad annos uitæ cē
tum & quatuor, ut Lucianus in Macrobio suo notauit,
peruenisset. Idem interrogatus quomodo corporis robur
diutißime custodiretur, respondisse fertur, si corporis inter-
na melle, externa oleo regentur. Videbat enim uir pruden-
tißimus, nihil esse melli comparandum in ijs rebus, quas ad
sanitatem tuēdam homines usurpant, quamobrem eo sæpis-
sime utebatur, Athæneo teste. Apud quem etiam Aristoxe-
nus refert, Pythagoricos tantūmodo melle et pane uictitas-
se, nec ipsos solùm Philosophos, sed & ministros, qui hæc il-
lis in cœnam apponebant, innoxios uitam transire solitos.
Quin & Lycus scribit Cyrneos, qui prope Sardiniam in-
sulam habitāt (Corsicos latinè uocant) ob id esse πολυχρο-
νίους, id est, lōgæuos, quòd mellis abūdantis apud eos perpe-
tuus usus esset. Similiter celeberrimo Pollionis Romuli exē-
plo edocemur. Hæc obiter ideo dicta sunt, ut præstantißi-
mas mellis, in uindicandis ab interitu corruptioneq; cor-
poribus, & Antidotis conseruandis, uires indicaremus. Pa-
ratur uerò præsens Antidotus sequenti modo: Prædissolutis
gūmis in uino, & succis melle expumato calēte indeq; tri-
tis, adiecta terebinthina: similiter siccis iuxta artem contu-
sis, atque angustißimo cribro excußis: omnia diligentißimē
frequenter ac simul agitentur, reponanturq; uasculo argen
teo: uetustate siquidem uires accrescunt, ueluti Theriacæ.
Lubet nunc tandē Damocratis compositionē subscribere,
quam nos Anno Domini M. D. XLIX. & deinceps ex
consilio

consilio quoq; Doct. D. Ioannis Echtij, dictione sequenti publicè parari Coloniæ iußimus.

Mithridation Damocratis.

Myrrhæ Arabicæ, croci, agarici, zingiberis, cinnamomi, ſpicæ nardi, thuris, thlaſpeos, ſing. drachmæ x.

Seſeleos, *opobalſami, ſchœnu anthos, ſtœchados, coſti, terebinthinæ, galbani, piperis longi, caſtorei Pontici, ſucci hypociſthidos, ſtyracis, opoponacis, *foliorum malabathri, ſing. drachmæ octo.

Caſsiæ nigræ, polij montani, piperis albi, ſcordij, *Sem. Dauci Cretici, *fructus balſami, cypheos, bdellij, ſing. drachmæ ſeptem.

Nardi Celticæ, gummi Arabici, petroſelini, opij, cardamoni, Sem. fœniculi, gentianæ, foliorũ roſarũ, Dictamni Cretici, ſing. drachmæ quinque boni ponderis.

Aniſi, *ari, acori, phu, ſagapeni, ſingulorum drach. tres.

Mei Athamãtici, acaciæ, uentris ſtinci, Sem. Hyperici, ſingulorum drach. duæ ac ſemis.

Vini quantum ſatis erit.

Mellis conueniens menſura.

**Eius loco oleum myrrhæ, uel garyophyllorum.*
**Eius uice macis.*
**Nos radic. pimpinellæ ſubſtituimus.*
**Cubebarum.*
**Fortè Aſari, quoniã textus græcus Aſteriſco notatus eſt.*

Sit uerò id ad ſpecies triplum, hoc eſt, libræ nouẽ, & media, atque unciæ tres: niſi quis propter delicatiores & ſaporis gratiam, plus mellis apponere uelit. Aromata ſingula alijs locis dilucidè explicantur. Atque iſta ſummatim: à Doctoribus autem Medicis particulatim Pharmacopœi inſtituantur. Redditur poſt fermentationem longinquam,

molle

molle ac succulentum medicamen, sola sufficienti agitatione, cum ligneo pistillo, in eodem uase, quo seruatur, absque ullo melle.

Musa Ennea Nicolai Alexandrini.

Recip. Piperis albi, grana quinquaginta.
Thuris masculi, Myrrhæ, Gentianæ, Hyoscyami, ana drach. octodecim.
Opij, drach. duodecim.
Croci, drachmas octo, & scrip. duos.
Euphorbij, aristolochiæ longæ, ana drachm. quatuor, scriptulum unum.
Mellis expumati quod sufficit, uidelicet libras tres, unc. duas, & drachm. duas. Alij addunt corticis mandragoræ, drach. quatuor.

CRONENBVRGIVS.

A peritissimo Philosopho Musa, Præpositi iudicio, compertum ac denominatum medicamen, nisi forte Mus ille fuerit celebris Epicuri seruus, cuius meminit Aul. Gellius li. 2. cap. 18. & Macrobius lib. 1. cap. 11. Saturnaliorũ, ubi Mys legitur. Hoc Præpositus mutuauit, subtractis fere ad triplũ ponderibus, ceu cætera omnia ab Alexandrino ipsum describente, cap. libri sui Medicamentarij 469. uelut modò recensuimus. Quod ad simplicium electionem pertinet, consule indicem: compositionis uerò ordinẽ rationemq; cõstare ijs existimo, qui superioribus animũ adhibuerunt. Est ualde soporiferum, ac dubij euentus: unde non nisi summa necessitate, & industria simul usurpari debet.

Philonium Mesues.

Recip. Piperis albi, Hyoscyami albi, ana drachmas.

chmas uiginti.
Opij, drachmas decem.
Croci drach. quinque.
Spicæ, Pyrethri, Castorei, ana drachmam unam.
Confice cum mellis despumati quadruplo.

CRONENBVRGIVS.

Idem autor ex descriptione Hamech filij Zachariæ pon aliud. Rursus c. de Fluxu sanguinis ab ore, quod Persicū nominat, hoc Bononiæ est in usu: sed nos cōmuniter primo tā quā uero Philonis Tharsensis Philosophi ac Medici medic mine omnibus Medicis cognito, et à Galeno ad uerbū quoq (nisi quòd loco Castorei Euphorbium habeat, sicut etiam legitur apud Aëtiū 9. c. 32. & Marcellū Medicū lib. de Medicamentis, c. 22.) de Cōpos. pharmacorū per loca 9. ca. 4. e eodem ænigmaticè transcripto, utimur, quod ipsum Asclepiades & Andromachus parare solent. Paulus lib. 7. ca. 11 Galenum imitatus est. Similiter Actuarius, Nicolaus Alexādrinus cap. 774. & Myrepsus Antidotis 243. ac 383. Atqu Aëtius Philonis successores florem Iunci odorati, Caßiam Amomum, & Costum: alios Myrrham, & Castoreum: plurimos ipsorum, neque id malè etiam, semina familiaria, ut pote Apij, Cumini, Anisi, Dauci, & Petroselini admiscuiss scribit: sicut etiam uidere est apud Nicolaum Alexādrinum cap. 771. ac sequentibus. Item Myrepsum Antidotis 242. & 244. quos sequuntur Rhaza 9. ad Almansorem, cap. 71. Serapion Tract. 7. c. 8. in Romanum ac Persicum distinguens, & Auicenna li. 5. summa 1. Tractatu primo. Cæterùm eo ut oportet, ex Galeni præcepto 2. ad Glauconem, omnibusq; ex Opio confectis & Narcoticis, non statim, sed post tempus Cōpositionis annuū, aut omnino semestre. Et 12. Therapeu-

tice

ces Methodi, omnia id genus, inquit, magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur, ueluti quòd ad Philonem referunt autorem, quod ad dolores ex sensus torpore sedandos, nullo minus est celebre. Ac mox: Philonis medicamen etiam, si duorum triúmue aut quatuor annorũ sit, multo sanè est melius: sed nec inutile tamen sequẽtibus annis, ad decimũ usque, &c. Nam si quis mox ut sunt composita eiusmodi Antidota, imprudẽter in corpus ingerat, ratione narcoticorum & refrigerantium medicamentorũ, natiuũ corporis calorem obtundentium, mortem pro salute frequenter infert: sed eadem tamen diuturna fermẽtatione, simplicibus interea mutuò & agentibus ac patientibus, coctionem, & ueluti unitatem, aut symmetriam quandam consequuntur, unde quoq; præstantiora ea euadere planè necesse est. Oportet in eundem finẽ ingredientia, iuxta doctrinã initio Aromatici Rosati tradendam, tenuißimè cõterere, ut in paruos meatus, & lõgè positas profundasq; partes stupefaciendas penetrare aut pertrahi poßint. Atq; ista non tantũ in præsenti, uerùm adhuc in prioribus, & mox sequentibus pharmacis diligentißimè curare est opus.

Ingredientia nota sunt: Addam de Pyrethro, quod à Romanis Herba saliuaris, quibusdam Tarcon uocatur. Pingitur à Dioscoride 3. ca. 69. Annis quinq; seruatur. Subinde in hortis nostris, & incultis crescẽs, Ptarmice absq; dubio est, ac mitius linguã mordet, & minori in gustũ feruore irruit, quàm uerũ pyrethrũ, Sternutamentariam plerique rectißimè uocãt, ex re ipsa, Vulgò Bertran, & Zãkraut. Gal. Pyrethre, ou Pied d'Alexãdre. Ital. Pyrethro.

Requies Myrepsi Antidoto 205.

Recip. Rosarum, uiolarum, opij, hyoscyami, papaue

papaueris albi, mandragoræ, nucis mosch: tæ, Seminum Scariolæ, lactucæ, portulacæ psyllij, cinnamomi, zingiberis, ana drach unam, & semis.

Santali albi & rubri, spodij, tragacanthi, ana script. duos, grana quinque.

Zacchari candi, drachmam unam.

CRONENBVRGIVS.

Præpositus aliter põdera disponit, et zingiber nõ habet; nos Græcum imitari maluimus, quàm nescio quem Præpositum. Quòd autem scribit, Rosarum, uiolarum, de floribus intelligo. Hyoscyamum, & Papauer, de seminibus albis. Cũ mellis faui expumati, uncijs octo, ac semisse: atque Opio uino dissoluto, & Spodio per se trito, omnia misceantur.

Theriaca Andromachi Iunioris, ex uiperis, dicta Galene.

Recip. Trochiscorum scilliticorũ drachmas quadragintaocto.

Troch. Theriacorum, id est, ex uiperis, malagmatis hedychroi sicci: piperis nigri, opij, ana drach. xxiiij.

Foliorum rosarũ siccarũ, scordij Cretensis, napi seminis, siue Buniadis agrestis, ut Aëtius habet, rad. Iridis Illyricæ, agarici Pontici, cinnamomi, dulcis radiculæ succi, opobalsami, ana drach. xij.

*Id est, Rheu barbari nostri. Myrrhæ, croci, zingiberis, *Rheupõtici, rad. pẽtaphylli, nepetæ siccæ, marrubij, petroselini, semi. stœchados, rad. costi albi, piperis albi

albi & longi, dictamni Cretensis, iunci odorati floris, thuris masculi, terebinthinæ, casiæ fistulæ, nardi Indicæ, ana drach. sex.

Comæ polij Cretensis, Seseleos, styracis, thlaspeos seminis, ameos, comarum chamædryos, chamæpityos, hypocistidis succi, malobathri, nardi Gallicæ, gentianæ, rad. anisi, rad. meu Athamant, fœniculi seminis, terræ lemniæ, * chalcitidis tostæ, amomi, rad. acori, rad. phu pontici, balsami fructus, hyperici seminis, acaciæ, gummi, seminis cardamomi, ana drachmas quatuor.

* Hanc omitto causam eius postea explicabo

Dauci seminis, galbani, sagapeni, opopanacis, bituminis Iudaici, castorei, centaurij tenuis siccati, Aristolochiæ tenuis siccatæ, ana drachmas duas.

Mellis Attici, drachmas cl.

Vini ueteris odorati quantum dissoluendis gummis ac liquoribus satisfuerit.

CRONENBVRGIVS.

Hæc sunt illius uiri uerba, sicut refert Galenus *primo de Antidotis : & similiter ad Pisonem ex Andromachi Senioris scripto carmine, nisi quòd hic quatuor Sagapeni drachmas pro duabus admisceat : & amplius ad* Pamphilianum, *præterquam quòd centunculum habeat adiectum.* Damo*crates item in Simplicibus cum Andromacho conuenit, exceptis gummi & centaurio. Insuper quando hic drachmas quatuor, ille duas. Rursus quando hic duas, ille unam inijcit. Porrò quam deinde Galenus adscripsit* Theriacam, *nō recipit nepetam, chamædryn, gentianam, acaciam, & hypericon. Refert quoq;* Aëtius *lib.13.cap.* 111. Theriacam Damo*cratis*

cratis, quæ nihil ferè commune habet cum alia. Idem de Oribasio esto iudicium. Nicander in Theriacis suis, uidelicet in eo libro quem Venenatis animalibus dicauit, diuersimodè pingit. Ad eundem modum Aëtius capite libri 13. 106. & 107. In plerisque uariat Paulus septimo, cap. 11. in paucis Actuarius & Myrepsus, in paucißimis Nicolaus Alexandrinus cap. 897. Cæterùm Auicenna tres nobis Andromachi descriptiones aßignauit, quarum ne una quidem ueram lectionem retinuit. De suo autem penu, Theriacam cum additione magnæ ac paruæ prompsit. Huic uicinus Serapion est. Celebrantur præterea diuersis autoribus diuersæ inscriptiones, nempe Mithridate, Antipatre, Aelio Gallo, Euclide Palatiano ardentißimo Socratis auditore (uelut Gellius autor est sexto, cap. decimo) Zenone Laudaceo, Claudio Apollonio, Antiocho rege, Hera, Xenocrate Platonis discipulo, Magno, Scribonio Largo, Nicolao, Esdra (cuius Auicenna meminit) & Alexandro. Quas omnes longum esset, ac haud dubiè legentibus fastidiosum hic recensere: quia inusitatæ neglectæq; hodie iacent, atque unica illa Andromachi celebratißima efficacißimaq; comperta permansit. Lego autem apud Thasos, ex Plinio lib. 14. cap. 18. uitem uocari Theriacen, cuius uinum atq; uua, contra serpentium ictus medetur. Fuit insuper, eodem teste lib. 20. cap. ultimo, clarißima aduersus uenenata animalia compositio Theriacæ, uersibus in limine ædis Aesculapij incisa lapidi. Lego adhuc apud Auicennã 2. Canone squillã Theriacã, similiter Opopanacã cũ Aristologia appellari. Amplius apud Gal. 12. Methodi, Allium rusticorum Theriacen. Præpositus scripturam suam ex Galeno commemorat, quam ut hactenus usitatißimam habuerunt Officinæ, ita nunc maximè negligendam omnibus esse suadeo, cùm sit peruersißima ac mendosißima. Atq;

ista de

sta de eius uarietate sufficiant. Cæterùm hæc compositio multis nominibus laudatissima, & ab autoribus magnificenter celebrata, pessimè (pro malum) hodie uitiatur, ac corruptissimè componitur, partim ob maximam artificum imperitiam, partim ob detestandam quorundam hac ætate medicorum negligentiam. Conqueritur multis locis Galenus non solùm myropolas, sed insuper optimos Medicos suo tempore, in eius cõpositione peccare, cùm tamen minori tum labore, tum dispendio simplicia, ex quibus constat, haberi poterant: ac minores in ijs cognoscendis dignoscendisq; erant errores. Nunc autem plerisq; rebus genuinis carẽtes, & si maximè haberi possint, eas negligentes, adde, & uerũ cõficiendi modum spernentes, quomodo, obsecro, absolutè ac synceriter componi à confusissimis Officinis possit? præsertim cùm ferè nemo principum, aut rerumpublicarum gubernatorum, in nefarios illos Antidotorum corruptores & circumforaneos præstigiatores, in publicis foris, ubiq; Theriacam, uelut unicum thesaurum prædicantes, animaduertat. Haudquaquam is erat olim apud nobilissimos, ac uitæ humanæ amãtissimos uiros mos, quum ne uni quidem hominum præterquàm medicis imperatorijs, aut horũ singulari priuilegio donatis, Theriaces compositionem aggredi liceret. Tanta fuit eius parandæ solicitudo & cura: nunc uerò passim pro cuiuslibet penè arbitrio corrumpitur. ô scelus omniũ pestilentissimum. Vnde extat celebris ac nunquam satis laudata Nicolai Leoniceni, de ea censura, quam hoc loco apponendam, ut multorũ corruptela detegatur, operæprecium duxi. Nos, inquit, Theriacam contra uenena, ab Aegyptijs magno emimus precio, cu ius potissimã partem, quam Basin uocamus, illi adhuc ignorant, præter multa alia simplicia medicamẽta ad eãdem compositionem necessaria: quæ hac nostra ætate, neq; à Græcis,

neque à Latinis, nedum à barbaris cognoſcuntur, quorum etiam uel unus defectus (ſi Galeno Medicorum principi credimus) poteſt totam compoſitionem peruertere. Sic ille. Atqui hoc mihi uidetur omnium eſſe pernicioſiſsimum, quò quidam rem maximè ſeriam tractantes, utpote aut de conſeruanda hominum uita, aut de morbis expugnandis in paucis conueniant, ſed pugnantia diſsimiliaq; inter ſe multa ſonent: cumq; uiri ſapientes ac Medici uocari gaudeant, nequaquam in iiſdem eadem probent & ſtatuant. An eiuſmodi alat celeberrima Colonia, non auſim dicere: nam obſequium amicos, ueritas odium parit. Nos uerò quoad fieri poteſt, Galeni & aliorum Græcorum præcepta obſeruare diligentiſsimè conabimur, omnium præſtantiſsima medicamenta ſimplicia, atque maximè recentia uigentiaq; deligentes. Valde enim uetuſta, iiſdem autoribus, & quotidiana de medicamentorum facultate experientia iudicante, omnino fugiemus, non tantùm in hoc ampliſsimi effectus pharmaco, ſed etiam omnibus alijs: quæ uidelicet ſucci, liquores, flores, folia, fructus, radices, & ſemina exiſtunt: quando ſanè metallica ipſa per longioris temporis ſitum, uires ſuas amittunt. At efficaciſsima ſunt, quæ proprium generis ſui odorem habent ualentiſsimum, quod ex multa rerum inſpectione ſingulis fit perſpicuum, quæq; guſtus odorisq; qualitatem ſortiuntur optimam. Nam qui literarum duntaxat monumentis confiſi (Platone autore eminentiſsimo ſcribente) abſque rerum intuitu, res ipſas animo ſolùm reuoluunt, ſæpè falluntur: & opinionem uerius, quàm ueritatem mentibus tradunt. Quamobrem ſanè & ſenſus ipſius iudices ſtatuere, & multa frequenter uidiſſe, guſtaſſe, olfeciſſe conuenit, præcipuè optima, & quæ longo tempore experimenta ab origine ſuijpſius exhibuerunt, unoq; conſenſu à medicina-

lis mate

lis materiæ peritis commendata ſunt. Nam uti quiſpiam geminos fratres ſimillimos quidem ſemel aut bis uidendo, nequaquam interſtinguit: ita ex neceſſarijs nemo eſt, utpote ſæpè uidendo, qui de iiſdem hallucinatur. Sic certè nos in hac parte fecimus, noſmetipſos exercentes: & ut ſupremas nullo pacto agnoſcimus, ita infimas (abſit inuidia uerbo) iamdudum ſuperauimus, quippe qui frequentiſſimè præſentes compoſitionum conſtructionibus adfuerimus, resq́; ipſas oculis noſtris conſpexerimus: ac proinde quàmplurimorum ſimplicium cognitionem, ipſo rerum uſu, uiſu ac tactu, aſſequuti ſumus. Atque id ſummoperè (quanquam noſtro æuo penè negligatur, ne dicam contemnatur) in Medico, & pharmacopœo, eſt neceſſarium: quoniam abſque dubio tanta eſt nunc apud exteros mercatores, in exponendis uendendisq́; rebus uſui medico conuenientibus, aſtutia, aut uerius nequitia, ut frequenter prudentes, & ſupra mediocritatem exercitatos, in eiuſmodi decipiant. Itaque non otioſos ſpectatores, ſed curioſos negociatores in emporijs Pharmacopolas eſſe oportet. Idem quoque nos animaduertentes, diligentia quàmmaxima Theriacam, à Therio ſeu uipera nuncupatam, atque ad Andromachum ſeniorem Neronis Medicum carmine primò, conſequenter pedeſtri ſermone ad iuniorem, citra omnem controuerſiam ab omnibus ueteribus relatam, ad ſuperiorem ſcripturam præparandam monemus, quam ille à tranquillitate Galene uocari dixit: cuius admiratione ductus Galenus ita de ea ſcribit: Quum multa diſcordia ſit circa Theriaces deſcriptiones, nos Andromachi deſcriptione, ut longè optima utimur, quæ etiam in regum uſus paratur. Hac quoque Mithridates Rex ſemper uti ſolitus eſt, ut teſtatur ſecundo de Antidotis, quanquam textus ille mirè deprauatus ſit.

Restat nunc tandem simplicium cognitionem, ex optimis quibusque notis, edocere.

Pastillorum, scilliticorum & theriacorum.) *De utrisque dilucidè dicemus lib. 6.*

Magmatis hedychroi.) *Constantius Constantinus Theriacam ex Andromacho referens, trochiscos Halicarontis habet, quos in sermonis processu pingens, haud dißimilem cum hedychroo compositionem facit: sed ut in rebus dubijs, sine autoritate nihil est affirmandum: ita fit ut Galeno, cuius doctrina & in omnibus fides est perspecta, omnino accedamus, qui genuinam eius descriptionem ponit, quam nos dum ex Corallio pastillos scribemus, aßignabimus. Atqui uulgaria exemplaria legunt trochiscos Dia Coralli, peßimo errore: sunt quæ trochiscos Alindaracaron, non minori inscitia, quum neutra uox apud recentiores, aut insuper hic apud Andromachum, aut uetustiores Græcos habeatur. Non immeritò igitur me humanæ sortis miseret, quam sub Auicenna miserè non tanquam principe (sicut eum Medicorum quidam appellitant) sed tanquam tyranno, capitaliter periclitari uideo. Legendum itaque Magna hedychroum, de quo Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem, ac primo de Antidotis. Nescio autem qua ignauia uocem hedychroon in Dia Coralli corruperint ignauißimi interpretes. Plura in trochiscis Dia Coralli.*

Myrrhæ.) *Puta pinguißimæ, gratißimi odoris, nullo alio liquore uitiatæ. de hac alibi plenius.*

Croci.) *Tum flauißimi, tum odoratißimi, ac longo tempore, in uigore suo persistentis, nempe Orientalis optimi. Tria eius genera proponit Dioscorides primo, cap. 25. quem imitatur Plinius libro 21. cap. sexto. Depingitur Theophrasto sexto Plantarum, cap. sexto. Coryceum, ut omnium optimum,*

optimum, prædicant omnes: uulgo celebratißimus habetur Aquilonius. Colligitur quoque in Viennensi Austriæ agro, & plurimis Germaniæ superioris tractibus laudatißimus. Facile teritur fictili testa sole, uel paucißimo igni siccatus, estq; identidem creberrime uersandus, alioqui ustionem patitur. Fabulam Croci festiuißime canit Ouidius quarto Metamorphoseos.

Opobalsami.) Germanum ac uerum ad nos non adfertur, id dilucide in oleo Balsami monstrabimus. Recte dixit Fuchsius, & ante illum Manardus, hoc totum huius Antidoti pretium anteuertere. Duodecim enim drachmas, præter id quod in Hedychroi confectionem inditur, tota Andromachi compositio recipit. Cordus oleum Garyphyllorum substituit, nos ex myrrha paratum, aut ueram Stacten.

Pentaphylli.) Illius uidelicet, quam paßim Tormentillam dicimus: de qua fusius commodo loco.

Terebinthinæ.) Eligenda est alba, pellucida, coloris uitrei, cærulea, odorata, potißimum odore terebinthi. Huic proxima habetur, ex Larice arbore, Germanice Lerchenbaum, Ital. Larice, à Vitruuio imprimis laudata. Quam sæpe ad nos conuehunt ex Dania & Suetia nautæ, ex Abiete resina est, ac peior, ut quæ gustu mordacior, sensu acrior, atq; odore grauior. Quapropter errorē uitare discant Myropolæ. Tractant Terebinthum Dioscorides primo, cap. 76. Theophrastus in masculam, & fœminā, cuius duo sunt genera tertio Plantarū, cap. 15. & Plinius eundē imitatus 13. ca. 6. distinguūt. In Officinis Terbētina, et lariga. uulgo Terpētein.

Cassiæ fistulæ.) Quam cōmuniter hac uoce, & Cassiam in cannis appellitamus, Galenus, & ante ipsum Dioscorides atq; Hippocrates, omnesq; Græci ueteres ignorarūt. Quoties itaque apud antiquos, hoc est, qui ante Galenum

 scripserunt,

ſcripſerunt, Caſia ſyrinx, id eſt, fiſtula legitur, ſemper oportet Caßiam odoratam, ſiue exquiſitißimum Cinnamomum noſtrum intelligere. Nec obſtat, *quòd initio ferè Cinnamomum ſcriptum ſit, & bis idcirco idem unam ingredi compoſitionem.* Nam hoc fit, *quoniam nos uerum Cinnamomum non habeamus, aut ſaltem minus præſtans.* Non *igitur delinquit, qui duplum Cinnamoni noſtri, loco Caſſiæ ſyringæ ſupponit, quum* Dioſcorides *etiam duplum Caſſiæ (quam Cinnamonum uulgare aliàs docuimus) Cinnamomi uicem ſupplere ſcriptum reliquerit ad finem cap. 12. lib. 1. Aut qui id nolit, Carpeſiorum fructus, quos Cubebas Officinæ ex Arabibus inſtitutæ nominant, ſubſtituat: quippe Carpeſium, ceu optima Caſia (Galeno teſte) uiribus nihil eſt inferius. Et Carpeſij duplum pro cinnamomo, indidit Quintus Medicus, quemadmodum 7. Simpl. idem tradit, 1. de Antidotis, & 3. per locos, cap. 1. Quidam ponunt æquale pondus ſeminis cardamomi. Ingens illius prouentus eſt in Sida Pamphiliæ, ob id uilißimo iſthic pretio uenditur. Cæterùm fructus iſtiuſmodi à Græcis Carpeſium appellari, & Aëtius, & Actuarius, in pleriſque compoſitionibus ſuis comprobant, ex ſententia Hermolai, Ruellij & Fuchſij, quã tamen ut mendoſam ac friuolam Matthiolus cap. 10. in Dioſcoridẽ reijcit. Decenniũ ſeruari poſſunt. Serapion Cubebas, oxymyrſinem, id eſt, ruſci fructũ, & Carpeſiumi gnauiter cõfudit, quem Fuchſius Paradoxorum ſuorũ li. 1. cap. 31. taxat.*

Thlaſpi.) *Dioſcorides 2. cap. 148. Plinius 27. cap. 13. duorum generum aſſerunt: alterum quidam Perſicum Sinapi uocant. Leonhartus cap. ſui uoluminis 124. in latiſolium & anguſtiſolium diſtinguit. Serapion cap. Simpl. 359. nomine Naſturtij tectorum deſignat: in Theriacæ ſcriptura idem, & Auicenna Naſturtium album uocant. Primũ genus Thlaſpi,*

Germanicè

Germanicè Bauren Senff. *Rusticorum sinapi.* *Gall.* Le Seneué sauuage, ou Thlaspi aux larges fueilles. *Ital.* Senape larga saluatica, ò Thlaspi largo. *alterum* Besemkraut, *id est, scoparia herba.* *Gall.* L'estroit Seneué sauuage, ou Thlaspi aux fueilles larges. *Ital.* Senape stretta saluatica, ò Thlaspi stretto. *In utriusq; penuria Nasturtiū agreste,* Brunkress. *Gall.* Cresson sauuage. *Ital.* Agretto saluatico. *aut sinapi absque errore constitui posse arbitror, quoniam similes, id est, acres facultates obtinent. Antiquo Herbario, propter formæ similitudinem, Bursam pastoris uocare placuit, (de qua nos in Vng. Mar.) quamuis uehemēter differant. Qui Vincetoxicum credūt, prorsus etiam falluntur, cùm diuersa utriusque sit figura, sicut ab autoribus & re ipsa edocemur. Tralliani interpres Torinus Pedem gallinaceum cap. 26. libro 3. infideliter uertit: Ita uariè hæc herba explicatur, sed ut etiamnum intelligatur penè à paucißimis. Nos uerò Coloniæ uerum Thlaspi agnoscimus, reperiturq; iuxta uias, & semitas oppiduli Brielensis, ubi propter ignorantiam conculcatur, sed præstantius est Creticum & Cappadocicū, aut in eius penuria, Italicum, solo, ac Vere sicco collectum.*

Chamæpityos.) *A Dioscoride Aiuga & Chamæpitys inscribitur lib. 3. cap. ultimo. Insuper Plinio Thus terræ, 24. cap. 6. Apuleio Abiga, cap. 26. quibusdam Iua arthetica. Hæc herbula paßim in segetibus ac uineis crescit, cuius folia piceam olent, flosculis subglaucis, semine iuxta alas pusillo. Sanè ista diuersa est à uulgari Chamæpity, quæ in Trisaginū censu comprehenditur, ut suprà quoque indicauimus. Fuchsius tria eius genera, cum Dioscoride atque alijs constituit, cap. 339. Quomodo autem distingui singula queant, etiam*

Ruellius 3.cap.75.docet. Nos ueram Chamæpityn nouimus, Germanicè ye lēger ye lieber. Gall. Iue artetique ou Iue muscate. Ital. Chamepitio, ò Iua. Ad nos abūdāter ex terra mōtana citra Rhenū Herbarij perferūt.

Malabathri.) Sic uocatur à Dioscoride lib.1.cap.11 Phyllon à Paulo, folium Indi ab Officinis. Hoc carere Manardus nos putat, & toto uitæ suæ tempore uix unū folium eius uidere potuit. Brasauolus uulgaria folia nostra, foliorum nucis similitudinem habentia, Garyophylli esse affirmat. Sunt qui Betrum siue Batrum ab Indis: sunt qui Arabum Tembulum arbitrētur. Plin.lib.12.cap.27.duorum generum meminit, arborei, ac palustris. Amatus folium illud Anconæ haberi, ex Olyssopona aduectum scribit. Ego autem in eius penuria Casiam odoratam, uel Indicam nardum supponerem, Galenum secutus octauo Simplicium, aut Macim, uelut Auicenna ait 2.cap.259.

Terræ Lemniæ.) Hæc Officinis Terra sigillata dicitur, à Dioscoride quinto, cap.63.ac Galeno 9. Simplic.cap.de Differētijs, nominatæ paßim terræ, nominum, & formationis discrimina referuntur. Eam cognominant quidam Milton Lemniam, id est, Rubricam lemniam, quoniam rubeat: alij Sphragida lemniam, quasi sigillum Lemni insulæ, quoniam Dianæ imaginem impressam habebat. Dioscor. Sphragida ægos, id est, Sigillum capræ appellat. Quapropter manifestum fit, neque eodem signo notatam, neque eodem ritu paratam olim fuisse: siquidem Dioscorides sanguinem caprinum quoque recepisse testatus est, quod tamen uanum, Galeni in Lemnum, ad ciuitatem Hephæstiada, nauigatio comprobauit. Auicenna Lutum sigillatum dixit. Non desunt hodie uiri docti, & gnari Pharmacopolæ, qui genuinam Lemniam, magna equidem constantia eam terram adstruunt,

quæ

quæ Turcicis characteribus impressa, per mercatores exteros, studiose comportari iamdudum ad oras nostras cœpit: sed id, ut quadantenus concedam, ita adduci nō possum, ut illam ipsam, Lemniā sphragidē (quam patrio quodā ritu, piamētis additis, Gal. ætate, colligebat sacerdos) siue Bolū, siue Lutum Armenicū legitimū syncerißimumq́; (quod ex sola Armenia eodē autore adfertur) esse existimē: siquidē hoc colore est pallido, ochræ instar, nō autem impense rubro, ut ille dicebat, & nos oculari fide spectamus. Quin & Lēnia etiā Sphragis uehemēter rufescebat, nō subrufescebat, uelut illa paßim nunc Turcica dicta uisitur. Proinde fateri oportet, hanc neque Lemniam sphragidem Galeni, neque Bolum Armenium dici posse. Huic sentētiæ meæ adstipulatorem habeo clarißimum Medicum Andreā Matthiolum, cuius uerba, quoniā imposturam omnem simul, ac rei ueritatē indicant, hic adscribere operæpretium omnino duxi. Sunt autē hæc: Qui Lemnū incolunt mercatores, cum sciunt Armeniā terram ad nos non aduehi, lucri proinde dulcedine, ex una tantùm terra duas conficiūt. Quippe syncerißimā terram Lemniam, extra insulam, Constantinopolim cōportant, & pro Armeniaca uendunt, emptoribus suadentes, eandem eò ex Armenia cōportari. Quam uerò in Lemno pro Lemnia exhibent, ut colore ab altera differat, eam cuidā albæ terræ inibi nascentis miscēt: quo fit, ut longè minus quàm syncera rufescat. Hāc itaque legitimæ sphragidis loco supponūt, hisce adulterijs permistam: quam etiā sigillis obsignant, ut inde imposturæ maius lucrum accedat, signo magis quàm medicamento fidentes. Cæterùm cùm hæc impostura à pluribus modò deprehensa sit, qui fraudem non ignorant, relicta uulgaribus Medicis quæ obsignata conuehitur, ubi Lemnia sphragide sit opus, Armenium bolum falsò uocatum sumunt, præstantißimum

tißimum scilicet: quòd pro certò habeant, hunc legitimã esse sphragidem Lemniam, quam miris laudibus extulere ueteres ad uenena, & uenenosorum animalium ictus. Sic ille. Ex qui*bus uerbis manifestum fit, hactenus tanquam ueram* Lem*niam, ab omnibus doctis &* Officinis *usurpatam: & signo* Turcico *uenundatam, adulterinam esse.* Contrà Armeniæ *ti*tulo *uocatum* Bolum, *in frustula & glebas (quare* Actuario Armenia *gleba uocatur) comportari cœptum, præstantißimam, atque adeò legitimam fore sphragidem* Lemniã, *quam huic loco, ut rem germanam apponere, est necesse.* Itaque *cinercam illam terram uulgarẽ, uidelicet litera σ insignitam, ceu rem prorsus inutilẽ, ac fraude uitiatam abijciamus.* Por*rò quos omnis generis* Rubricæ *differentias discere iuuat, ex nemine dilucidius totam earum historiam cognoscent, quàm ex* Georgio Agricola, *uiro immortalitatis gloria dignißimo: ut qui nõ modò celeberrimo medicinæ studio, sed incredibili insuper* Philosophiæ, *atque adeò indefatigabili metallorum ac subterraneorum omnium notitia, orbi innotescere & potuit, & uoluit.*

Chalcitidis tostæ.) *Chalcitis, autore* Dioscoride *lib. 5. cap. 63. præfertur æri similis, friabilis, nec lapidosa, nec inueterata, intercursantibus oblongis splendentibusq; uenis.* Promptißimè *hæc liquescit.* Dicitur *etiam lapis ærarius, quoniam in ærarijs metallis inuenitur, & ex ipso æs coquitur, ut scribit* Plinius *lib. 34. cap. 12.* Ego *si quid per coniecturam diuinare possum, chalcitin arbitror chalcanthũ siue uitriolum* Tabernis *nostris album uocatum. nam dubiũ nullum est, quin uitrioli species sit, si rem ipsam cum scriptura* Dioscoridis, Plinij, *ac* Galeni, *conferamus, cum chalcanthum etiam in chalcitin transeat, & multò maximè, si quotidiano experimento, in ijsdem uenis, & chalcanthum & chal-*

citin

-itin inueniri cogitemus. Porrò uitrioli uox Mauritanis es-ẽ mihi uidetur communis, uelut Latinis chalcitis, comple-ctiturq; tria metalli genera, nempe sory, chalcitin, & Mi-syn, ut ex Galeno nono Simplicium intelligo. Etenim non nisi ratione loci, & maioris minorisq;, aut tenuitatis, aut crassi-tudinis substantia differunt: quia Galenus omnia unico bolo contineri didicit, ac eiusdem generis facultatis esse definiuit loco suprà dicto, & amplius libro quarto per genera. Pli-nius pro chalcite æs numerauit. Coniecturam hanc meam auget, quòd peculiariter chalcitis, oculorum medicamentis insigni utilitate admiscetur, autorum testimonio, cuiusmodi usum, album translucidum uulgo in uino maceratum, obti-net: Quare etiam paßim Weisser Augstein uocitatur nostris, id est, lapis ocularis albus. Accedit liquescendi prom-ptitudo, qua pollere debet. Sed ista uelut arbitrarium, non necessarium esse uolumus, quia ego meam in huiusmodi rebus inopiam, haudquaquam copiam confiteor, sicut etiam ple-nius lib. 7. dicam. Cæterum ustionem eius à Dioscoride pete-mus, quò usus eius securus existat. nam cruda, id est, ignẽ non experta, tantam uim exerit, ut crustas moliatur. Testis est locupletißimus Galenus nono Simplicium, & sexto per lo-ca, cap. tertio. Sed nisi coloris gratia, Andromachus chalci-tin hoc loco ponat, non uideo cur expetatur: ex hac enim ni-gredinẽ accipit, quam nostro æuo paßim omnes in Theriaca ineptè desiderant, cùm tamen Galeno etiam docẽte, medica-menti facultas nihil alteretur, etiã si non indatur. Qui The-riacam factitare assueuerũt, chalcanthũ, seplasijs uitriolum Romanum appellatum, paululum torrent, donec ruffescat, atq; ita compositioni huic inserunt. Cordus Valerius doctus imprimis & diligens iuuenis, quem mors disciplinis inuida ac uiolenta, ætate florente (dum in Italia medicinæ incum-

bens

bens, non ita diu fuisset) rapuit, cum chalcitide, & sine ea parauit, atque hoc modo elegantiorem saporem obtinuisse comperit. Idem audio à peritis Pharmacopolis affirmari, itaque ego quoque malim eam omitti.

Gummi.) *Plurimæ arbores, gummi siue lachrymam congelatam producunt, & pleræq; resinam: quales sunt, Amygdalus amara, Cerasus, Iuniperus, Prunus, Vitis, Olea, Nux, Vlmus, Sarcocolla. Quòd uerò nostrum uulgare gummi tam diuersos habeat colores, arborum diuersitas in causa est, è quibus colligitur. Marcellus Virgilius ex Acacia siue Aegyptia spina gummi rectè uocari existimat. Sed quomodo huius gummi erit, quum ex diligentißimis Simpliciũ Medicamẽtorum inquisitoribus nemo ipsam unquam arborem uidisse se, aut qui uiderit audiuisse, scripserit? Itaque minimè audiendus erit Marcellus, sed potius credendum esse simpliciter Græcis gummi uocatũ, ut ex Galeno 7. Simpl. edoceri potest, de gũmi disserente. Non tamen me fallit, Officinas nostrates omnes de gummi Arabici cognomine intelligere.*

Sagapeni.) *Dioscorides libro tertio, cap. 77. optimum esse ait, splendidum, foris rufum, intus album, acre, odore medio inter Silphium ac galbanum, facilè aqua aut uino dissolubile: picturam tamen neque ipse, neque Plinius 19. cap. 80. aut 20. cap. 18. repræsentarunt. Verius Sagapeni succus diceretur, de quo Galenus octauo Simplicium Medicamentarij nostri res sæpè, & nomina sæpißimè corrumpentes, Serapinum scribunt.*

Bituminis.) *Quod Latini Bitumen, id Græci Asphaltum dicunt: succus est pinguis, diuersis nominibus, propter ipsius uarietatem, ac linguarum multitudinem appellatus: nam & Naphtha, camphora, pissasphaltus, gagates, samothracia gemina, succinũ, ambra, & pleræq; aliæ res, ijsdẽ uocabulis*

tabulis sunt proscriptæ. Est autē genere duplex, liquidum ac densum. Illud uario colore uisitur: etenim aliud candidū, quod Babylonij idiomate suo Naphthan uocant: Id quoniam pingue adeò est, ut oleum iure uideri poßit, quibusdam oleū appellatur, et nūc Petroleū, quòd è petris multis modis effluit: qua quidem uoce, & id quod in Mutinensi agro sponte profluit rufum aut flauum, ex monte Gibio uenit. In mare Germanicū candidum effunditur, ex quo succinū fit. Aliud præterea in cinereo uidetur candidum, quod concretum Arabes Ambram dicūt. Est insuper fuluum, est nonnihil cœruleū, est purpureo colore splendens, quod Iudaicum nuncupatur, cæteris præstans, autore Diosc. 1. cap. 83. Est alio atque alio colore, pro locorum diuersitate, in quibus scaturit. Est alterum durū ac nigrum, quod copiosißima uectura, ex Orientalibus plagis, ad nobilißimum Amstelredami portum in Hollandia, mercatores certatim conuehunt, adeò ut eiusmodi merce tantùm naues suas onerent. Galenus in marina aqua, in Apolonio Epiri, & per alia loca, aquis sponte nascētibus, ceu spuma quædam innatans, reperiri scriptum reliquit 11. Simplic. Quandiu innatat molle est, ubi exemptū fuerit, fit pice sicca durius: imò si diu in uasis cōtinetur, spissatur. Rursus igni facilè liquescit, atq; ablatum denuò concrescit. Coquunt hoc bitumen liquidum, operarij nautarum, in æneis cacabis aut ferreis, ad spißitudinē, quotidiano prorsus opere. Quod autem ex fontibus manat, interdum ita crassum est, ut limus poßit uideri, attamē postea dissoluitur, ut modò diximus. Ac Plin. 35. cap. 15. alibi Limum, alibi terram esse scripsit. Bituminosi uerò lacus multi sunt, uerùm maximè insignes in Iudæa, ideo Asphaltites dictus, & Mare mortuū: ita uocatum, ut Solinus, Iosephus, Iustinus, Plinius, Egesippus, & Galenus quoq; 4. Simpl. cap. 19. atq; alij historiographi censent, quòd nihil

nihil in eo uiuum submergitur, propter magnam quam habet salis copiam, unde etiã grauißima ea aqua habetur: aut ob minimũ motum, aut quòd nullum in eo neq; animal, neq; planta innasci conspicitur. Porrò bitumen omne pingue est, facileq; accenditur etiam in aquis, quarũ humore pascitur, ut quàm diutißimè permaneat, & nõ nisi rebus siccis extinguitur. Reperitur quoq; bitumen foßile terrenũ, quod terra Ampelitis dicitur: Germani ex lapide & carbone pronunciant Steinkol, Gall. Charbõ de pierre. Ital. Carbone de pietra. copiose in Leodiensi nobis contermina ditione effoditur. Porrò bitumen, si tam fuerit durũ, ut poliri queat, Gagates appellatur, & Obsidianus lapis, ex quo peregrinantes mẽdici, inter alia religionis suæ ostenta, imagines sæpe in pileis aut pectore gestitant, potißimũ qui D. Iacobũ Compostellanum salutarunt, in cuius uicinia opinor magis abundare. Mulieres ubiq; gentiũ, ex eodẽ pertuso, & in licijs cõserto precarias habẽt corollas, quæ quoquouersus mittũtur, nostri Gittenstein sonant, alij schwartzer Agatstein. Gal. Pierre gagate. Ital. Pietra gagate. Qui plura de eo cognoscere cupiũt, legant Gal. 9. Simpl. cap. de Lapidibus. Dioscor. 5. cap. 92. Solinũ cap. 25. Diodorũ Antiq. gestorũ lib. 3. cap. 15. & Marbodeũ cap. 29. Perniciose quidam Achatem, pro gagate usurpant, qua de re Aloisius Mundella epist. 4. disseruit. De Pissasphalto superest paucis dicere, quod hoc nomine ex odore picis ac bituminis inuenit, sicut autor est Diosc. lib. 1. cap. 84. Nascitur in Apolloniatarũ agro, circa Epidaurũ, &c. Hunc sequitur Pli. lib. 24. cap. 7. Hoc Leonhartus Fuchsius, & Brasauolus, certa ac uera doctrina, decernunt Mumiam natiuã Serapionis cap. Simpl. 203. una siquidẽ eademq; est utriusq; dictio. Quanquã Arabs insuper aliam compositionẽ aßignet, nimirũ pissasphaltum

factitium,

factitium, quo mortuorum corpora condiebantur, ex myrrha & aloë, humana pinguitudine exceptis. Brasauolus doctè & euidenter rẽ explicat, sed quoniã pretiosam illam Syriacorũ nobiliũ ac diuitum demortuorũ cõdituram ad nos adferri non putem, malo uulgarem Mumiam substituere, aut uerius siccatam picem accipere, præsertim quando hæc cum asphalto & uim & ordinis facultatẽ sortiatur. Quin tutius est, rem cognitam ac synceram, quàm peregrinam & multis abominabilem usurpare.

Centaurij tenuis.) Id est, comæ siue florum minoris apud nos ubertim prouenientis. Mesue utrunque Centaurium uno capite complectens, uires utriusque, Auicennam & Serapionem sequutus, indiscriminatim miscuit. Coctionem ac trituram perfectam tolerat. Mellis Attici drachmas centum quinquaginta. Eæ constituunt uncias medicinales decem & octo, ac drachmas sex. Si quis autem uolet quadruplum mellis iuxta Andromachum accipere, erunt libræ Medicæ duæ, & uncia una.

Et iam me sufficienter diligenterq; cùm hoc loco, tum alibi dixisse puto, quales sint deligendæ species, hanc nobilem compositionem ingredientes: unde quis haud difficile Galenum, Aëtium, Paulũ, Actuarium, atq; maximos Imperatores, Traianum, Adrianum, Antoninum, Seuerum, multosq; clarißimos reges, ac præstantißimos principes imitatus, hoc celeberrimum Antidotum parare poteſt: paucißimis (quod fieri queat) erroribus. Quomodo autẽ id fiat, à Galeno, atq; alijs edocemur. Nos hanc doctrinam studio omittimus, hac ratione indicantes nunquam fieri debere, sine medicorum consilio ac præsentia: à quibus tunc componendi modus tradi ex autoribus potest. Hoc monendum obiter, triturã Theriacæ multam esse & utilem & necessariam, ut promptius

aromata mutuò in ſeſe agendo patiendoq́; fermententur, & commiſceantur. Reponi omnino debet *uaſe inſigniter pretioſo, argēteo uidelicet, aut inaurato: aut quibus res eſt angusta domi, uitreo ſiue corneo, nequaquam ſtanneo, aut ligneo.* Galenus *uacuum ſpatium relinquit, quo tempore adhuc à calore ſuo coquitur, & feruet: uaſculum etiā frequenter detegit, ut expiret.* Durat recens *ad annum uſque trigeſimumſextum,* Galeno *ad* Pamphilianum *teſte: & ad* Piſonem: Potens *eſt, inquit, medicamentum ad triginta annos.* Vtplurimū *decem, aut duodecim annis concoquitur: qui autem ualentiore ipſa ualidioreq́ uti uolūt, etiam quinto anno, & ſexto, & ſeptimo exhibuerūt, præſertim his qui à uirulentis beſtijs, aut cane rabido, commorſi ſunt, aut pharmacis letalibus læſi: nam indubitatum eſt, tēporis diuturnitate facultatem eius uehementer intendi: breuiter hæc* Græcorū *eſt ſententia, cui nō refragantur* Arabes. Quòd *ſi per tēpus ſiccior fiat, eā diligēter craßiori piſtillo ſurſum deorſum miſtā mouere diu oportet, ac ſic tandē mollior tractabiliorq́; reddetur.* Sunt *qui melle optimo ſpumato, pro neceßitate affuſo, rurſus diu terant: atque ita utilis quidem erit: ſed priore inualidior.* Quomodo *inſuper probari debeat, apud autores promptum eſt inuenire.* Hactenus *opinor ſatis de* Theriaca Andromachi, *nunc quando à pleriſque* Manardi Theriacen *prædicari audio, eam ipſam in ſtudioſorū gratiam ſubijcere in animum induxi, quæ ab eo recenſetur* Epiſt. *libri quinti tertia, in hæc uerba:.*

Theriaca Manardi.

Recip. Sanguinis hirci, anatis maris, anatis fœminæ, anſeris, hœdi, rutæ ſylueſtris, Sem. fœniculi, cymini, anethi, * buniados, id eſt

*eius loco napi uel rapi.

Nap

napi ſylueſtris, ana drach. tres.
Radicis gẽtianæ, trifolij, ſchœnu anthos, thu
ris, roſarum ſiccarum, ana drach. quatuor.
Piperis albi & lõgi, coſti, phu, aniſi, cinnamo-
mi, ana drach. duas.
Myrrhæ, nardi, ana drach. ſex.
Benzoi, aſari, ammoniaci, ana drach. tres.
Mari, agarici, ana drach. duas.
Carpobalſami grana uiginti.
Stœchados drach. quinq;.
Ireos, croci, rhei, ac Põtici, quod nuper reper-
tum eſt à Polonis, uel eius quod Orientale
uocant, Zingiberis, maſtiches, ana drach-
mam unam.

Fiat tenuiſsimus puluiſculus ex omnibus, & cum quadru plo mellis electi, beneq; expumati commiſceatur, & uaſe ar genti puriſsimi ueluti theſaurus pretioſiſsimus conſeruetur. Non ſolùm enim in peſtilentia utile eſt, ſed & uenenis uni- uerſis, ac ſerpentium morſibus ſummè aduerſatur.

CRONENBVRGIVS.

Ingredientia fermè ſuperius explicauimus, paucis exce- ptis, quæ hic ſubſcribam, ut nihil ab illiteratioribus deſide- retur. Itaque primum locum habet,

Trifolij.) *Huius eſſe complura genera ecquis nõ uidet, in uiridarijs, in hortis, in pratis, in agris obambulãs? etenim nunc folijs latis, nunc contractis, nunc rotundis, nunc acu- tis, nunc oblongis, nunc alia atque alia facie, ſeſe oculis no- ſtris ſubijciunt: unde adducti recentiores quidam, ſingulari diligẽtia, multiplices ſpecies enumerarunt, quas hic longius non referã, ſed cognoſcere uolentes, ad Commẽtarios Ruel- lij, Hermolai, Brũfelſij, Marcelli, Fuchſij, Matthioli, Tragi,*

hominum doctißimorum remitto: nos quod imprimis ad in-stitutum præsens attinet, disquiremus. Dioscor. libro 3. cap. 104. Trifolium scribens, fruticem ait, qui supra cubiti altitudinem attollitur, uirgas habēs tenues, iunceas, & nigras, unde ramulares enascuntur appendiculæ, in quibus terni singulis germinationibus exeunt folia, loto arbori simili, ijs recenter enatis rutæ odor inest: ubi tamen adoleuerun bitumen olent. Florem edit purpureum: semen quadantenu latum, subhirsutum, ex altera extremitate exertum, antennæ modo corniculum gerens. Radix tenuis, longa, ualida. Contra serpentium ictus trita folia, & ex aceto mulso pota præsidio sunt. Galenus in Theriaca ad Pisonem, Trifolij ui in uenenis arcendis commendat. Quapropter nemini dubium esse debet, si Manardus, & ante ipsum præstantißimi medici, eius usum impensius in pestiferis contagijs prædicarunt. Vnde manifestum fit, unum illud Trifolij genus, præcipuè à Dioscoride suprà citato loco, designari, & hoc loco accipi quoque debere, non quasi ipse alia pratensia ignora uerit (quando eorum meminit libro 4. cap. 97.) uerùm qui huic peculiariter aduersus uenena facultatē tribuerit. Itaq diligēter Dioscoridis uerba excerpsi, quibus legitimum trifolium, & isti Theriacæ necessariū, omnibus probis Pharmacopolis tanquam digito indicarem. Caueat igitur imperita medicantium multitudo, ullam aliarum specierum substituere, ut multorum ingenium à diligentia procliue est ad desidiam, atque peßimorum hominum maxima semper fuerit fœcunditas.

Benzoi.) Vocatur adhuc Belzuinū, & Belzoin, estq; uerum Laser, quæ Laserpitij est lachryma, à Dioscoride lib. 3. cap. 76. depingitur, quibusdam ~~Assa~~ aromatica. Optimum habetur Cyrenaicum, siue succus Cyrenaicus, quoniā pecu-

liari

Asa arom. belzoin.

ari naturæ dote præstantißimus, ac odore suauißimus, in yrenensi agro copiose gignitur, ex Theophrasti testimo= io 4.Plant.cap.3. Eius pictura, & succi colligendi ratio le itur apud eundem lib.6.cap.3.Plinius quoq; 19.cap.3.eius= em usum in medicamentis adeò magnificum fuisse scribit, t ad pondus denarij argenti pendebatur, Græcis Silphion. Huius insuper insignis atque ampla æstimatio, prouerbio Batti Silphium nomen fecit, quod explicat Erasmus in Chi= iadibus, & Marcellus Virgilius Comment.85. in Dioscori= dem, & Cælius antiq.lectionum lib.6.cap.12. Redeo ad insti tutum. Est itaque prima Laseris synceri ratio, in colore mo dicè ruffo mox translucente, myrrhæ æmula, non porraceo, odore ualido, suaui gustu, & aqua diluto, albescente. Dete= rior est succus Medicus siue Parthicus, subinde Syriacus di= ctus, siue Laser Medicũ & Syriacum, uirosum præ se ferens odorem, ac putrilaginem recipiẽs, quod hodie ex Syria Ale= xandrina per Lusitanos Venetias, & inde ad nos fertur. In pharmacopolijs paßim Assa fœtida, à Serapione cap. 251. & Auicẽna cap.Simpl.9. Aniuden cognoscitur, & Offici= nis insuper Stercus diaboli, tantum à Laserpitio uarians, ut Manardus ait, quantum à melle fel: nam recremẽtum & putris fœx genuini Laserpitij putari potest. Efficacißimus iudicatur succus, mox folia, postremò caulis. Iulius Solinus in describendo Lasere, Ladani quadantenus speciem consti tuere mihi uidetur in Polyhistore suo cap. 30. Paratur Co= lumellæ Laserpitiatum acetum lib.5.cap.8.in multa ueteri= bus consuetudine. Porrò Assa utraq; in nobilioribus sepla= sijs nunc ostenditur. Quoties autem simpliciter opos scribi= tur, quasi per excellentiã, de Cyrenaico ut (Varroni placet) intelligitur: sicut contrà Opion per se positum, succum ex incisо Papaueris capite denotat.

Ammoniaci.) *Ignauum Officinarum pecus Armoniacum sonat. Probatur maximè coloratũ, non lignosum, sine arenis, ad Thuris masculi similitudinẽ, in grumos concretum, purum, prædensum, sordibus liberum, odore castorei, gustus amarulenti. Copiosius in pilulis fœtidis. Alia ingredientia aut per se constant, aut alibi inuenientur.*

Audiuisti nunc, Candide LECTOR, *Manardi Theriacen, quam ipse paucißimis mutatis (nempe quæ nos uel omnino nõ habemus, uel saltem habemus corrupta) ex Antidoto Dia Hæmaton, hoc est, ex sanguinibus, cuius meminerunt Galenus, Paulus, Myrepsus, & alij, transcripsisse certò uidetur. Nobile est & efficax ad omnia uenenata ac letalia medicamenta: quare dignũ iudicari debet, accedente Manardi clari atque inclyti professoris autoritate, ut in Theriacæ optimæ penuria, principem habeat locum. Meminit atque laudauit idem Dioscorides in Præfatione sua, attamẽ nusquam recensuit. Quicunque autem malit Galeni dictionem, ea legitur lib.2. de Antidotis. Hæc copiose à me dicta sunt, non tamen absque ratione, ob magnificam pharmaci præstantiam, neque item frustrà: sed nunc de hac Theriaca uerbum non amplius addã: uenio ad aliam, quæ inscribitur,*

Theriaca diateßaron Mesuæ.

Recip. Gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, ana portiones æquales. Confice melle despumato.

CRONENBVRGIVS.

Hæc à quatuor rebus, unde consistit, præter mel, nomen sibi accersiuisse uidetur. Eadem omnino dictione scribitur Razæ octauo ad Almansorem, Serapioni quoque Tract. septimo, cap.8. & Auicennæ lib.5. summa 1. Tract.1. Hos igitur

ir præceptores ſuos ſequitur Meſue. Antiquam ac ualde tilem Manardus aſſeruit.

Mel ſit triplum ſpecierum, ſicut in alijs ſimilibus. Cæterùm iſta eatenus dicitur Theriaca, quatenus eius uicem ſupplet. Et eadem ratione Allium Theriaca ruſticorum à Galeno aliquando dicitur: quoniam cùm Theriaca genuina ij careant, allium in eius uicem uſurpant, præſertim in colicis doloribus. Ab impoſtoribus & circumforaneis, pro uera Theriaca hæc Dia teſſaron dicta, paßim exponitur ac uenditur. Paulus lib. 5. cap. 2. aliter diſponit aduerſus uirulenta & letalia uenena, quamuis idem 3. cap. 77. dia Teſſarō pingat. Similiter Aëtius lib. 12. cap. 47. & Nicolaus Alexādrinus cap. 904. Miror unum Myrepſum pro myrrha chamædryn legere, numero 6. de Theriacis: ſed certum eſt locū deprauatum eſſe. Quomodo enim unus iſte, aduerſus omnes Græcos atque Arabas, ſtatueret? Scribitur eadem apud practicos omnes.

Tryphera Sarracenica magna Meſuæ.

Recip. Myrob. chebularum, Indarum, belliricarum, emblicarum, citrinarum, ana drach. quinque.

Cinnamomi, trium piperum, ſecacul, folij, ſpicæ, cardamomi maioris & minoris, caſiæ, ſeturagi Indi, cyperi, apij, linguæ auis, garyophyllorum, been albi & rubei, zingiberis, ana drach. duas.

Nucis moſchatæ, macis, ſeſami excorticati, ana drach. tres.

Amygdalar. dulcium & amararū, ana drach. quinque.

Ligni aloës, Rheubarbari, Seminis fœnicul[i], mastiche, ana drach. ij.

Alfeleniemisch, mentæ siccæ, origani Persici, ana drachmam unam, & mediam.

Fricentur myrobalani cum butyro uaccino recenti, & cæteræ species cum oleo amygdalino dulci, ac confice cu[m] melle triplo, id est, uncijs triginta una, & media.

CRONENBVRGIVS.

Multæ sunt Trypheræ, uarijs nominibus inscriptæ, quæ ab Arabibus inuentæ uideri queant: nam omnes eiusmod[i] scripturæ, myrobalanos uetustioribus Græcis incognitas, aut non adeò saltem assuetas recipiũt: quemadmodum etiã Garyophyllos, Been album, & rubrum, Rheubarbarum, Galangam, nucem moschatam, macim, ambram, moschum, quæ omnia uulgatam Galeni nomine compositionem ingrediuntur, quum tamen ea Galenus ignorauerit: proinde eandem ex Mesue huc transcribendã haudquaquam iudicauimus, sicut nec alias, nominatim Trypheram moschatã Galeni, ex arte Phenonis maiorem & minorem, Persicam, ac duas Præpositi, quæ cũ Nicolao Alexandrino cap. 906. Myrepso Antidoto 209. Rursus cap. 908. & Antidoto 210. quadantenus conueniunt. Præterea Mesue sex illas ex Serapione Tract. septimo, cap. 20. Atq; Auicenna lib. 5. summa prima, Tract. primo & tertio in Antidotariũ suũ transposuit. Est & Isaacus medicus uetustus, qui Trypherarum descriptiones undecim, lib. Praxeos suæ decimo, cap. 36. prodidit. Actuarius quoque Trypheram paruam refert. Hactenus locos ostendimus, nunc obscuras uoces illustrabimus. Tryphe ræ dicuntur quasi delitiosæ aut uoluptuariæ, per antiphrasin: sunt enim uehementer amaræ.

Myrobalani, *) Ponantur absque nucleis.*

Secul.

Secacul.) Pono Polygonatum Dioſcoridis, de quo in onſeruis. Syluius Eryngium maluit.

Setaragi Indi.) Variè hãc uocem inuenio ſcriptam, empe ſeitaragi, ſataragi, ſceitaragi, ſetoragi, ſitaregi, ſi- trag, ſetragi, ſytragi, interdũ quoque cum adiectione Indi, terdum ſine ea. Sed ut parum, aut ferè nihil intereſt, quo- odo ſcribatur, ita plurimum refert, quid potiſsimum per anc uocẽ intelligamus. Scribũt hac de re autores prolixè: t quãdo in confeſſo eſt, dictionẽ eſſe Arabicã, neceſſe eſt, ut b Arabibus eã petamus. Serapio c. Simp. ſuorũ 372. Seita- agi, id eſt, Hauſab, & mox in proceſſu, eundẽ omnino ſer- monẽ edit, quẽ ex Dioſcoride lib. 2. c. 167. Galeno 7. Simplic. & Plinio 20. c. 17. Lepidion eſſe conſtat. Noſtro æuo peri- tiſsimi Simplicium exploratores, lepidiũ, hiberiden, carda- minem, agriacardamõ, id eſt, ſylueſtre naſturtiũ, pro eadem certè herba in remedijs uſurpant ac permiſcent. Teſtes ſunt ex Galeni, Pauli, Aëtij, & Plinij monumentis, Ruellius lib. de Stirpibus 2. cap. 105. Ianus Cornarius in Comment. penul timi capitis Galeni per locos, Marcellus Virgilius ultimo ca libri primi Dioſcoridis. Ioannes Manardus epiſtola tertia, lib. 9. & Antonius Braſauolus in examine pilularum aggre gatiuarum. Reuera Arabes confuſe has herbas explicarũt. Auicenna quatuor res li. 2. Tract. 2. c. 666. cõplectitur: primo de ſeitaragi Indo loqtur, Qui eſt fruſta, inquit, ligni parua, ſubtilia, & cortices ſicut gariofili. Atq; iſtud hoc loco Me- ſue indicare uoluit, ſed utinam certioribus notis: nunc dif- ficile eſt rem ueram demonſtrare. Fuchſius lib. ſuo de Natu ra ſtirpium, c. 184. ita habet: Lepidiõ uulgus Herbariorum Piperitim, quia uelut piper acre eſt. Alia hæc eſt, ut obiter moneam parum peritos, quam folijs Laurinis dixit Plinius lib. 19. cap. 8. & 20. cap. 17. Hermolaus Barbarus in Coroll.

ca.409. Herbarios Lepidion, alia uoce Rhaphanum nomi nare ait, & in Pannonia frequentem esse, forte quia foli sylvestri rhaphano siue armoraciæ admodum similis sit. A culanus Rhazis Commentator 9. ad Almansorē c. 7. de Pa ralysi, sceitaragi Tapsiā interpretatur, quàm uere, iudici aliorum esto. Vnus Tragus Lepidion, diuersam plantam Seitaragi, & suprà scriptis synonymis, censet. Frequēter i palustribus, & nuper adeò in horto meo diligentia satan uidi, gustuq; acerrimo deprehendi, Germ. Pfeffer kraut Gall. Passerage, & Nasitort sauuage. Ital. Lepidio. Paßim ab olitoribus Italicū nasturtiū appellatur. Flo ribus spectatur lacteis, frequentibusq; nititur multis cauliculis, folia habet longiuscula, subnigra, pinguia, nasturtij acrimoniam referentia, semine perpusillo. In eius penuria, carpesij æquale pondus. Brasauolus in pilulis Aggregatiuis, hoc saxum uoluēs, supponit. Et ista breuiter de seitaragi, affinibusq; appellationibus.

Been albi & rubei.) Quorum ueteres meminerunt, certum est nos ignorare. lege alibi.

Alfeleniemisch.) Id est, ocimum, de quo in Cōmen. Electuarij ex Gemmis trademus.

Origani Persici.) Dioscorides lib. 3. cap. 28. quatuor genera adstruit. Primum uocat origanum Heracleoticum, alterum origanum Onitim, tertium syluestre, quartum Tragoriganum, quod in binas species distribuit. Theophrastus tātùm duorum generum meminit lib. Plantarum sexto, c. 2. nigri sterilis, & candidi fructuosi. Plinius uerò 20. cap. 17. Origani historiam tam in certo sensu tradidit, ut quid de unoquoque genere peculiarius intelligendū sit, ego non ausim determinare. Hermolaus Barbarus cùm multarum disciplinarum cognitione, tum etiam plātarum peritia insigniter

:r clarus, Heracleoticum, Italis Cunilam gallinaceam dici utumat, quē in interpretando Actuario Ruellius sequutus idetur. Iam manifestum est, Cuniliæ appellationē plerisq; erbis communem haberi, ueluti etiam autorum multifaria ectio suggerit. Brasauolus clarißimus huius ætatis Medicus, illud ipsum Origanum uulgare existimat, paßim in incultis proueniens. Hieronymus Tragus Tomo primo, c. 10. hyssopi numero complectitur. Quum igitur parum inter Græcos, minus inter Latinos, omnium minimè inter utrosque cōueniat, et quid uetat superioribus Mauritanos quoque connumerare? haud iniuria quispiam indiscretam inarticulatamq; Origani lineationem miretur. Officinæ nostræ unam tantùm speciem norunt, quæ propter uepres, sentes, colles, & scrobium margines, sabulosis ferè locis, ubertim prouenit, quam hortorum cultores frequenter intra propria septa transferunt. Cœpit insuper annis proximè elapsis ex Italia semen perferri ad nos, unde postea quædam Origani facies repræsentata fuit, dū excresceret flore albescente, gustu atque odore mirè acri, iuxtà ac flagranti. Et quid repugnat id genuinum syluestre genus Dioscoridis putare, quod nūc apud peritiores Seplasiarios simpliciter Origani nomine cognoscitur, seritur atq; usurpatur. Audio ex Creta copiosè in Italiā, Hispaniā, deinde etiam in Brabantiam usque transportari: non dubium quin sine cultura isthic habeatur. Cæterùm quando Galenus 8. Simplicium, tertio ordine calfacere asserat, omnino hoc deligendum arbitror, utpote reliquis uehementius, ac potentius, Germanis uulgò dicitur Wolgemůt, nostratibus wilder Maioran, Gall. Mariolaine bastarde, ou Origan, Ital. Origano. Et hæc hactenus. Alia aromata alibi exposuimus.

Zazenea Mesuæ.

Recip. Castorei, myrrhæ, opij, piperis, macropiperis, galbani, costi, cinnamomi, phu meu, dauci, asari, croci, ana partes æquales. Con fice cum mellis despumati triplo.

CRONENBVRGIVS.

Eadem compositio quibusdam Egetea dicitur. Serapio Tract. 7. cap. 8. ab hac discordantem recenset, & Auicenna lib. 5. summa prima, Tract. 1. quatuor, quarum prima cum Serapione præter myrrhā congruit. Manardus, Academiæ Ferrariensis æuo suo splendor & gloria, Mesuæ scripturam commendat, & ualde se utilem in uteri affectibus inuenisse affirmat.

Nihil restat de hac dicendum, quoniam significationes et electiones singulorum ingrediētium superius explicauimus.

Appendix.

Antidota omniū medicaminū diutißimè (autore Actuario) permanent, melle eiusmodi uim sibi asserente, ut sua cōmixtione diutius inoffensa perdurent. Tamē omnia uetustate labascūt, & tēpore uires remittunt: dēsis angustioribusq; seruata uasculis melius peculiarē naturam tuentur. Sūt insuper multa alia aduersus uirulentorum animantium ictus & mala, ex praua uictus ratione orta, stupefaciētia, ac dolorem mitigantia, antiquis in frequēti usu, quæ nostratibus Tabernis ne nomine quidem cognoscuntur: proinde ea hic prætermisimus, contenti usitatiora maximeq; uulgata solum hactenus conscripsisse.

Nunc autem ad diuersa corporis uitia sanantes compositiones progrediēdum nobis erit, quæ etiā multiplices sunt,

ut

t in progreſſu manifeſtum fiet, initium ſumentes à uulgo
ocatis Electuarijs. Iſta eo nomine ueniunt, uel quòd ex ele=
tis aromatis conſtent, uel quòd præ cæteris medicamentis,
am in bona ualetudine aſſeruanda, quàm in mala abigẽda,
eligantur, ut ideo à Cælio Aureliano, ac poſterioribus Me=
licis Electaria appellentur. Videntur nihilominus Antido
ta quoque uocari poſſe. Etenim tam latè apud Galenũ An=
tidoti nomẽ patet, ut ſit omnibus facultatibus, ijs medica=
minibus commune, quæ intra corpus accipiuntur, ad quod=
cunque ueneni genus reſiſtendum aut uincendũ. Quapro=
pter eodem lib. ea ipſa comprehendere, & ſuperioribus pro
elementorum ſerie, conſociare optimum exiſtimauimus, ita
primum librum abſoluentes. Porrò Electariorum quædam
dura, quædam mollia, nequaquam tamen liquida exiſtunt:
atque in ijs miſcendis ſeu compingendis, puluerum ferè ple=
runque unciam unam, ad libram zacchari ſufficienter co=
cti, accipere Medici nunc ſolent. Sunt etiam qui plus, ut ef=
ficaciores, ſunt qui minus ut delicatiores cõfectiones reddã=
tur, adiungunt. Sed iſta medicis ſunt obſeruanda & expen=
denda, ne in tam uaſta põderum ambiguitate ac differẽtia,
errores, per ignorantiam potius quàm maleuolentiã, ab Of=
ficinarijs noſtris cõmittantur. Aromata odore inſigni præ
feruntur (uulgo pulueres ſpecierum uocantur) ſuntq; initio
miſtionis ualentiora: tempore. ſiquidẽ uis eorum labefacta=
tur & diſpergitur, unde imbecilliora diuturnitate fieri ne=
ceſſe eſt: ſed ut plurimum in uigore per annum conſiſtunt.
Permiſcenda etiã melli aut zaccharo fermè refrigeratis, ne
ſubſtãtiæ tenuitas, calore euaporetur ſiue diſsipetur. Atqui
opportunè hic generalẽ quẽdã de trituratione ac cribratio=
ne aromatũ ſermonẽ adſcribo, ad quẽ ceu ſcopum in uniuer
ſis cõpoſitionibus pharmacopœi reſpicientes, exacta doctri
na

na seorsim singula, aut mixtim inijcere aromata, & cõtundere queant, ne ego identidem frequenter in omnibus repetere & præmonere cogar. Neq; necesse hic habeo, prolixo sermone edocere præposterã ac parũ cõcinnã mistionẽ, præcipuam pharmacorũ rationem, et facultatem corrumpere, quum ea res absque testibus, aut curiosa probatione, apud mediocriter peritos, atque æquos cẽsores manifesta esse possit. Mesue itaque tres triturãdi scopos proponit: nam crassa multum, tenuia parum conteri debent: mediocria uerò mediam quandam rationem desiderant: atque eò sanè uehemẽtiorem aut remißiorem singula, quò substantia craßior, solidior, renitentior: aut tenuior, rarior, promptiorq; existit. Vtilitas inde hæc consequitur: Etenim exactius miscentur benè trita, aut uim nouam suscipiunt, aut maleficium remittunt. Ita agaricus & colocynthidis medulla, tenuißimè puluerata, securior in purgatione redditur. Sic diacridium catharticis admistum. Rheubarbarum probè tritum, similiter myrobalani, celerius intra corpus transeunt, & magis roborant ac constringunt, minus uerò purgant. Cæterùm quòd æqualius misceantur exactißimè contrita, omnibus in confesso est. Debet autem in uniuersum tritura pro terẽdorum substãtia facilis esse, & in eiusmodi mortarijs, & cum pistillis materiæ idoneis, nunc ualenter, nunc clementer, interdum celeriter, interdum segniter. Sunt etiam quæ per se, sunt quæ alijs mista terere oporteat. Quã quidem doctrinã, et omnimodã pariter simpliciũ medicamẽtorũ præparationẽ, locupletißimo ac doctißimo calamo Iacobus Syluius peculiari uolumine ostendit. Quare superuacaneum prorsus & ineptum meritò haberi debet, si ego post illum idem tentem. Itaque constanter omnes Pharmacopolas moneo, ut ea sedulò legant, uersent, discant, cogitent, repetant & exerceant,

ceant, quæ ille ex instituto adamußim edocuit, modò proximũ suũ summo officio demereri uelint: nam in istorũ hominum proba, & diligenti opera, magnam Pharmacorum rationem cõtineri, ne plebeius quidem ambigit. Proinde Medicus etiam atque etiam dispiciat, cui artifici ægrorum suorum uitam committat, quando sanè uulgus, & magistratus quidam intolerabili dispendio eiusmodi utilitatem negligunt. Vt autem breuem quendam epilogum commemorem, scire operæpretium est, radices nostrates, præcipuè maiores ac craßiores, cùm hic, tum alibi, in pulueribus comminuendis, primò per medium in particulas dissecandas: mox sole aut umbra, aut supra lenem ignẽ in patella, siue complicatis chartis iuxta fornacem siccandas esse, haudquaquam festinanter, sed placidè ac prolixè: deinde alijs aromatis coniunctas suauiter tundendas, & exactè cribrandas. Exoticæ, & quæ aliunde ad nostras Officinas deferuntur, quemadmodum etiã cortices eum laborẽ non usque adeò requirũt, sed tãtũ ut in exiguas partes diuidãtur: cuiusmodi sunt odoratæ radices & cortices omnes: herbæ similiter probè exiccatæ, abiectis stipitibus et quisquilijs diligẽter dissectæ terũtur sæpe per se, rarò cum alijs mixtæ, & densißimo cribrò excernuntur. Quòd si humiditas quæpiam altius inhæreat, ea sole aut igne clemẽter absumẽda erit. Itidem de floribus obseruandum, in quorum catalogo epithymum, rosam, crocũ, balaustium, schœnu anthon, stœchada, nardi spicam numeramus: quanquam exquisitius rosæ, crocus, & similes flores per se in papyro complicati, uel paululum in sartagine calida agitati ducantur. Alij forpice minutim incidãtur, mox terantur. Eadem sanè ratione semina, & fructus duriusculi confringuntur. Syluius ista inter radices atque herbas medium locum obtinere docet, ita ut radicibus comminutis

tis semina adijciantur. Postea his confractis, herbæ conci- apponantur, & sic simul conterantur. Attamen longus sus omnia pariter contundere uoluit, quem nescio quo modo quispiam uariet. Laborandum tamen ut pusilla semina studiosè minuantur, ne per angustum cribrum inscijs n bis transeant. Cæterùm humidos fructus, ueluti habẽtur semina oleosa quatuor frigida maiora, cnicorum, sesamorum Iuniperi, citri, cydoniorum, sinapi, cannabis, psyllij, lini, lupini, papaueris, lactucæ, staphidis agriæ, & similium. Item amygdalæ utræque purgatæ, balanus myrepsica, glandes prunorum, cerasorum, & pineorum nuclei, pistacea, castaneæ, auellanæ, iuglandes, carycæ, dactyli, uuæ passæ, pruna siccata, zizipha, myxa, anacardia, & si quæ sunt eiusdem farinæ, in puluerem tenuem uertere nemo potest: unde ægrè insuper in compositionibus siccis admittuntur, nisi paruam & ualde exiguam quantitatem, magnæ alicui permisceamus, leui quidem brachio sursum ac deorsum agitando. Aut excorticatos, ut dixi, fructus, & depellata semina singulari opera, cutello utrinque adunco (quali in scindendis corijs utuntur calcearij) aut scalpro, aut crebro cultelli uerberatu, minutißimè conciderimus. Supponitur autem ijs folium papyri purum, quod sæpè quando discinditur, mutandum est, cui lignum planum, & leue supponitur. Sed accedit huc aliud incommodum: nam quantumuis appositißimè ducantur, attamen uix unum mensem compositio arida, tutò absque rancore cõseruari potest. Quare omnino iustum erit, tantùm in neceßitatem, eiusmodi pulueres conficere: quales censentur Dia tragacanthũ frigidum, Dia Iridis, Dia margaritõ frigidum Plateárij, diapenidion, diaprasion, diarrhodon, & id genus alij: aut saltem dum usus incidat, semina & fructus humectiores addere, ut illæsæ atq;

sapore

tpore integro compositiones habeantur. Nec probo ut in
ole diu semina ad trituræ commoditatem ponantur, quo-
iam eo labore id consequimur, ut exucta & prorsus euani-
a experiantur: quod est rem probam improbam conatu red
ere. Alia ratio est quorundam succorum & gummium, quæ
imili artificio apta trituræ efficiuntur: quo in genere re-
ęsentur succus glycyrrhizæ, hypocistidis, acaciæ, licij (quod
qua dissoluitur) bdellium, myrrha, lacca, styrax, assa, mum a
ulgaris, gummi arabicum, & tragacanthum. Ista in Offici-
nis modicum siccata & dissecta, cum alijs speciebus terun-
tur: aut pistillo ac mortario calido blandè friantur, quem-
admodum etiam sarcocolla, asphaltum, ladanum. Sunt qui
promptissimè tragacanthum, & gummi, paucula aqua uitæ
aut dulci, aut rosacea, pro affectu uario puluerari asserant.
Porrò aloë, mastiche, colophonia, sarcocolla, thus, sulphur,
per sese clementer friando ducuntur: quãquam horum quædã
diuersis liquoribus dissolui quoq; possint: sed eam doctrinam
hoc loco instituere non decreuimus. Opium calidiore pistillo
rectè dissoluitur. Lachrymæ, uelut opopanax, ammoniacũ,
galbanum, sagapenũ, aceto siue uino dissolutæ ac calefactæ,
per rarum stamen colantur & purgantur. Terebinthina
abundanti aqua perfusa, ex doctrina Aëtij lib. 13. cap. 99. su-
pra ignem indurata, pulueratur. Camphora ducitur in mor-
tario, oleo amygdalarum dulcium prius oblito. Ligna aptis-
simè prius dentata, aut rapaci serra siue lima radũtur, dein
in puluerem pistillo rediguntur: qualia in Officinis habentur
santalorum genera, agallochon, xylobalsamum, guaiacum. Si
militer ossa, cornua, dentes, pudenda ceruorũ, taurorum un-
gulæ, ichthiocolla, & si quid est tam duræ ac firmæ substãtiæ,
prius radere conuenit, mox singulari diligentia cribrare.
Vniones uerò & corallia seorsum modestè, in mortario mar

moreo albo cooperto, confringuntur, mox supra cotem, aut potius lapidem porphyrium, siue durißimum sagaciter frian tur ac ducũtur, affundendo paulatim parum aquæ rosaceæ, dum prorsus nihil asperitatis etiam digitis confricata de se præbeant. Tunc ex ijs pastilli finguntur, & soli siccandi exponuntur: tandem oblata occasione usurpantur. Pari omnino opera, lapilli dicti pretiosi, atq; alij omnes tractantur. Eosdem aceto forti destillato, uel limonum succo dissolui, & pòst commode friari comperimus. Terræ autẽ genera omnia seorsim teri postulant, quemadmodum ea quæ ordine sequuntur, nempe Rheubarbarum, cantharides, castoreum, sericum ustum, uel crudum incisum, mistis aliquot amygdalis in mortario, radix Ari, dracontij, ebur, quod est Arabum spodium, iecur lupi siccum, pulmo uulpis siccatus, sanguis hirci paratus, ut decimo lib. explicabimus, sanguis draconis uulgaris, succinũ, ambra, & moschus, aut liquore quopiam dissoluuntur, aut in mortario teruntur, ubi prius amygdalum unum siue plura, pro rei quantitate, trita sunt. Aurum & argentum limatum tenuißimè esse conuenit, si opulenti sunt emptores iuxtà ac uenditores: Nos uerò utriusq; folijs utimur. Difficulter læuia redduntur gallæ, cytinus, malicorium, berberes, nuces cypreßi, myrrha, succinum: cõfricatur amylum. Breuiter, stomachica omnia craßius terenda, & rariori cribro discernẽda, hoc est, non tam exquisitè cõminuenda erunt, sicut ea quæ celeriter in uniuersum corpus transferri uolumus, & urinæ ducendæ potestatem obtinent. Volumus enim illiusmodi aromata, diuturniorẽ moram in stomacho facere. Et hæc hactenus. Amplius meminisse oportet, ut opercula mortarijs pro neceßitate aptentur, ne quid ex aromatum pulueribus in aërem euanescat, transpiret, aut quoquo modo euolet. Præterea differentia cribrorũ multiplex deligenda, ut

da, ut

la, ut crassa craßis & amplis, tenuia tenuibus, tenuißima tenuißimis ac densißimis excutiantur: quem quidem laborem nemo adhuc diligentius aut melius Iacobo Syluio, capite de Cribratione, lib. Medicamentorum simpl. 2. absoluit, à quo studiosi huius rei petant. Eorum genera quis repererit apud Plinium lib. 18. cap. 11. Venio nunc tandem ad Electariorum lectionem, quæ sic ordine habent.

Aromaticum Rosatum Gabrielis, ex Mesue.

Rec. Rosarum rub. drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ rasæ drach septem.
Ligni aloës, santalorũ machazari, ana drachmas tres.
Cinnamomi electi drach. quinque.
Macis, garyophyllorum, ana drachmas duas, & semis.
Gummi Arab. tragacãthi, ana drachmas duas, & partes duas alterius.
Nucis moschatæ, cardamomi, galangæ, ana drachmam unam.
Spicæ scriptulos duos.
Moschi scriptulum unum.
Ambræ scriptulos duos.
Syrupi rosati, & syrupi corticum citri, quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Aromaticum opinor dictũ ab aromatibus siue speciebus, quæ multis de causis omnibus plantis præstant: & Rosatum à rosis, ex quibus simul conficitur: odoris enim suauitate cunctis cibis gratiam conciliant. Præterea inter simplicia

uix quicquam est, quod corruptioni minus obnoxium existit. Quare multus aromatum usus, in medicamentis pariter ac coquinis est. Cæterùm quamuis huius appellationis multæ apud autores legantur compositiones, Actuarium Diaromaton basilicon, id est, ex odoramentis regium Antidotum, & Nicolaum Alexandrinum cap. 253. ac plerisque deinceps sequentibus, atque apud ipsum adeò Mesuen diuersis titulis denominatas: tamen consuetudo & experientia retinuit, ut unum hoc cæteris omnibus omnes anteponant Officinæ, adeoq; sit plebeis non ignotum. Idcirco nos (quoniam familiare ac securum est) idem quoq; paratum seruamus. Nunc ingredientium expositionem persequi uolumus. Rosas intelligo domesticas puniceo colore rubentes, exungulatas (est autem unguis ueteribus, pars illa in rosis & foliatis floribus candida, capiti proxima, quæ à Seplasiarijs præcidi consueuit, quia incocto inutiliq; humore abundat) probè loco sublimi meridiano, extra solis ardorem uersatas & siccatas, iucundissimum odorem uibrantes. Theophrastus lib. ac cap. 6. Plantarum, rosarum per multas esse differentias tradit, foliorum multitudine, paucitate, asperitate, leuitate, colore, odore, & loco. Herodotus sexagenum foliorum rosas spontè fragrantiori cæteris odore, in Midæ hortis nasci scriptum reliquit lib. octauo historiæ suæ. Plinius etiam lib. 21. cap. 4. locorum diuersitate, multa rosarum genera contingere autumat, quæ ex neotericis Ruellius 1. de Stirpibus, cap. 127. Matthiolus commentario cap. 112. ac 113. in primum Dioscoridis, & Tragus lib. 3. cap. 20. copiosissimè explicuerunt. Interim admonendi sunt Medici, ut rosarum dissimilares partes inquirant, quod ex nemine quàm Galeno felicius assequentur. Nam unus is est ac primus, qui nos non in huiusmodi tantùm uerùm in quibuscunque naturalibus efformare, atque artificiosos

ficiosos

ficiosos reddere potest,oculum,olfactũ,gustum, tanquam uerißima ac infallibilia indicia tribuẽs & aperiẽs. Rosæ è locis siccis tempestiuè lectæ,& eleganter siccatæ, uitro conclusæ, biennio in præstanti colore atq; odore seruantur. E prouincia ad nos odoratißimæ,& singulari specie conuehuntur.

Cinnamomi.) Videlicet exquisitißimi,sicut aliàs docuimus,uel uulgaris nostri duplum ponito.

Macis.) Iacobus Syluius uir ingenio & iudicio in arte accerrimus,non tantùm diuersas esse res Macis Arabum, & Machir siue Macer Græcorum demonstrat, sed planè uiribus differre. nam illorum Macim secundo ordine calfacientium ac siccantium,horum in actiuis qualitatibus temperatam decernit. Imò Galenus 7. Simpl. Macerẽ essentia pleraq; frigida terrestri, paucula uerò calida constare scripsit. Et quãtumuis in alia opinione uersentur Manardus, Ruellius, Hermolaus, Brunfelsius, & Brasauolus, attamen præter Galeni doctrinam, etiam Arabum testimonio conuincuntur. Siquidem Serapion cap. Simpl. 2. Macim à Dioscoridis Machir siue Macere disiunxit. Itidem fecit Auicenna cap. 456. & 694. Atq; Plinio insuper lib. 12. cap. 8. Machir appellatur, cortice rubente, radicis magnæ, nomine arboris suæ, qualis ea sit, incompertum habet. Conuehitur autem ex India, ut iste, & Galenus dixerunt, non ex Barbaria, ut Dioscorides: quare rationali coniectura, in eo scriptore supposititiũ hoc caput Marcellus denunciauit. Vuelserij mercatores Augustani augustißimi, fragrantißimum oleum ex Mace paratum inde auehunt, quod podagram, mirabile dictu, pedi oblitum, sanat. Est autem macis, membrana siue operimentum, totam penè nucem moschatam uestiens & incrustans.

Gummi Arabici.) Quòd hoc tam multijugi coloris apud nos in pharmacopolijs ostenditur, multarum arbo-

rum uarietas, à quibus promiſcuè gummi noſtrum colligitur, efficit. Denominationem fortè accepit, quòd in Arabia potiſsimum proueniat, uel ab Arabum ſcriptoribus uſurpetur frequentius: dixi amplius in Theriaca.

Syrupi roſati, &c.) *Meſuæ ſeculo pulueres melle frequentiſsimè, aut zaccharo cocto excipiebantur: nunc uerò per ſe reponuntur, & pro uarijs medendi ſcopis, ſolo zaccharo, ſolidiori forma parantur, ac magis oblectant. Id in omnibus ſequentibus meminiſſe oportet.*

Diambra Meſues.

Recip. Cinnamomi, doronigi, garyophyllorum, macis, nucis moſchatæ, folij galangæ, ana drach. tres.

Spicæ, cardamomi maioris & minoris, ana drachmam unam

Zingiberis drach. unam & mediam.

Santali citrini, ligni aloës, piperis longi, ana drachmas duas.

Ambræ aureum unum.

Moſchi drachmam mediam.

Excipe ſyrupo roſato, & aqua roſata.

CRONENBVRGIVS.

Hoc eſt, ex Ambare Antidotum, quod etiam à Serapionis Tract. 7. cap. 20. dupliciter, atque ab Auicennæ interpretibus lib. 5. ſumma 1. Tract. 3. deſcribitur adeò confuſe, ne dicam adulteratè, ut cogitare pigeat. Atque ideo generoſos animos, priſtinæq; medicinæ ſtudioſos, ab eorum imitatione, iure maximo, auertunt, qui malint è purioribus puriores compoſitionum formas diſcere, quàm erroribus inhærentes cœnoſis lacunis conſeneſcere. Sunt tamen quos ignorantiam ue-

ritatis nouercam fateri pudet, cùm eam tam pertinaciter imbiberint, ut nec toto Anticyræ ueratro expiari poßit. Tantùm ex Græcis, Actuarius, & Nicolaus Myrepſus Antidoto 137. haud dißimilem à Meſue compoſitionem producunt. Sed hîc de Ambare, quandoquidem ipſa occaſio id nunc exigat, pauca dicam, cuius tria à recentioribus genera referuntur: primum colore fuluum è Selachito Indiæ petitum. Alterum ſubalbidum, quod è Sinchrio felicis Arabiæ oppido aduehitur, minus probum. Tertium nigrum, quod deterrimum eſt. Nuſquam apud Græcos ueteres legiſſe me recordor, præterquàm Aëtiũ ult. lib. cap. 133. 134. 137. 140. & ætate poſteriores modò Ampar, modò Ambar pronunciantes. Alexander Benedictus frequenter ſuccinum orientale interpretatur. Similiter Hermolaus Barbarus Corollario 119. incompertum ueteribus, multis locis ſcaturiens, bituminis & ſulphuris modo, & rectißimè ſentiũt. Etenim in ſuccini hiſtoria cõtinetur, quod dilucidißimè Georgius Agricola quarto de Natura foßilium edocet, & nos ſexto horũ plenius indicabimus. Manardus rem nouam putat, nec tanti facit, quanti æſtimatur. Mauritanorũ familiæ autores, in mari tradunt Ambar nõ ſecus atq; in terra fungos oriri, ſæuiẽtibusq; procellis cùm agitatur pelagus expui in littus: tunc homines maris inſultus præſagientes, ad uada ſe conferunt, & Ambarum eructatum congerunt. Alij prolificum piſcis cuiuſdam uel ceti ſemen eſſe arbitrantur. Hiſtoriã pingit Serapion ca. Simpl. 196. Vetularum quædam ad religionis cultum eiuſdem ſpeciei baccas, auellanæ magnitudinis, filo inſuunt, & inſignem ſanctimoniam abominabili ſuperſtitione mentiuntur. Officinæ noſtræ Ambrã gryſeã appellãt, nos ut zacchar zaccharum, ita quoq; Ambar ambarum dicemus. Sunt qui rem factitiam ſuſpicentur ex ſtyrace, ladano, xyloaloë, benzoo,

moscho, zibeto, & similibus odoratis aqua rosacea mistis.

Dianthos Nicolai Alexandrini.

Rec. Florum rorismarini unc. unam.
Rosarum, uiolarũ, glycyrrhizæ, ana drac. sex.
Garyophyllorum, spicæ, nucis moschatæ, galãgæ, cinnamomi, zingiberis, zedoariæ, macis, ligni aloës, cardamomi, anisi, anethi, ana scriptulos quatuor.
Mellis quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Hoc est ex floribus Antidotũ, quod ad uerbum trãscripsit Præpositus, unde mihi nunc prædicandus uenit, quòd autorẽ integrum seruarit. Quod ab Actuario refertur ca. proprio, in ponderibus uariat, & macim omittit, Myrepsus zedoariã pondera penè eadem sunt Antidoto 64. Idem aliud bene longum aßignat Antidoto 451. & paulò inferius simile primo. Arnaldus Nouauillanus ex Præposito more suo scribit in Antidotario.

De Roremarino.) *Dioscorides nomine Libanotidis Tract. lib. 3. cap. 70. Theophrastus 9. Plantarum, cap. 12. sterilem ac fertilẽ decernit. Gal. 7. Simpl. tres species aßignat. Plin. 19. cap. 12. paucißimis eius meminit. Porrò fœcundum frugiferumq; Dioscoridis, cuius semen cachrys, aliter cãchrys & cenchry uocatur, thus redolens (unde etiã Dendrolibanus dicitur) nos non habemus, sicut nec duo alia eodem capite comprehensa (quanquam Ioannes Galen. Parmacopola diligens, secundam speciem semine lato, nigro, radice foris nigra, intus alba, ex Diosc. testimonio, in altißimo mõte Rheni, prope pagum Erpel, inuenisse se testificetur) sed tantum coronarium, quod singulari opera in hortis seritur ac colitur:*

lingua

lingua nostrate Rosmarein. Gall. Rosmarin. Ital. Rosmarino. à quo flores colligere oportet tum hoc loco, tum in zaccharo uulgò Conserua Anthos appellato, ad roborandum stomachum saluberrima, uelut etiam Plinius libro 20. cap. 16. testatur. Ineptè medicantium turba, florum anthos, quasi florum flos scribit, cùm satis esset, tantùm alterum scribere.

Rosarum, uiolarum.) Scilicet electarum siccarum.

Garyophyllorum.) Plin. lib. 12. cap. 7. Est in India piperis grani simile, quod uocatur Garyophyllon, grandius fragiliusq;. Tradunt in Indico luco id gigni. Aduehitur odoris gratia, &c. Dioscoridi, & Galeno est indictum. Paulus & Aëtius silentio non prætermiserunt. Serapio Carunfel uocat cap. 319. Simeon Sethi, fructum arboris: Paulus florẽ arboris cuiusdam festucacei & nigri statuit. Auicenna tres distinctas species refert. Probantur garyophylli colore in ruffum inclinãte, sapore acri, subamaro, odorato: qui subinde crassiores, & maiusculi, in eorũ cumulo reperiũtur, Antophylli dicuntur, sicut plerisque apud Myrepsum locis conspicuũ fit. Nostris Neglin, quasi claui. Gall. cloux de girofle.

Nucis moschatæ.) Hanc Græci iuniores Moschocaryon, moschocaridion, & caryon myristicon, id est, Nucẽ myristicam appellant. Aëtius nucem aromaticam dixit. Ruellius eam elegantissimè pingit lib. 1. cap. 28. ac ueteribus prorsus incognitam existimat. Ianus Cornarius non alterius generis, quàm myrobalanorũ Græcorum censendam putat: & fortasse ea est, quæ Chrysobalanos, id est, aurea glans lib. 8. cap. 3. per loca à Galeno appellatur. Non enim credere potest antiquis ignotam fuisse, in tanta hodie frequentia, sed sane fallitur, ut ex colore & sapore uulgaris nostri demonstrari potest. Probatur recẽs, & aculeo puncta, humoris ali-

quid oleagini emittens, ponderosa, præpinguis. Damnatu leuis, exucca, nigricans. Ad nos defertur exemptis duabi superioribus membranis, quibus in sua arbore tegitur. Ia in ganeas, popinas, & culinas uenit, ad condienda obsonia nullumq; facile condimentum reperias, quod non huius par ticeps sit. Ex *India ad nostras usque oras numeroso prouen tu defertur.*

Zedoariæ.) *Manardus hanc radicem Græcis ueteri bus ignotam, aut alio nomine scriptam credit. Lego apu Aëtium lib.11.cap.13. zador, id est, zeduariæ, ipsomet autor se interpretante, & paßim apud Actuarium, & Nicolaum nunc zeduar, nunc zadæra, modò zadura, modò zaduaria sub quibus sane uocibus, uulgarem nostram zedoariam in telligo. Arabes hanc tractantes, & neotericorum quidã zu rumbet, & zeduar confundunt, per imperitos Arabum in terpretes decepti: sed reuera zurumbet nihil aliud apud ho designat, quàm Græcorũ Arnabo, quod clarè ex Paulo lib.7 cap.3. & Serapione lib. Simpl. cap.271. intelligitur. In cuius ignorantia cinnamomum substituitur, Posidonij iudicio.*

Mellis quod sufficit.) *Nos recepto apud omnes usu hoc Antidotum, & eiusdem generis subsequentia omnia, in puluerem redacta seruamus: quæ postea uarijs modis, po tißimùm tamen in solidiori forma cum zaccharo confecta exhibemus.*

Dia Calaminthon Galeni ex Mesue.

Rec. Calaminthæ fluuialis & montanæ, zizeleos, petroselini, ana drach. sex.
Zingiberis drachmas tres.
Mellis despumati quantum sufficit.
Seminis apij, extremitatũ alhasce, ana drach-

mas

mas duas.
Cheisim drachmas sex.
Piperis nigri drachmas duodecim.

Dia Calaminthon Nicolai Alexandrini, & Praepositi.

Rec. Calaminthæ, pulegij, piperis nigri, seseleos, petroselini, ana drach. tres, & scriptulos duos.
Nicolaus habet drachmas iiij.
Libystici drach. i. & scriptul. unum.
Nicolaus drach. octodecim.
Mel quod sufficit.
Seminis apij scriptulum unum.
Nicol. drach. iiij. & semis.
Ameos, thymi, anethi, cinnamomi, zingiberis, ana scriptul. duos.
Nicolaus ana unciam unam.

CRONENBVRGIVS.

Myrepsus Antidoto 105. Libystici drachm. duas, & loco anethi, anisum scribere maluit. Nos *superius duas eiusdē nominis cōpositiones recensuimus: priorem* Galeni *titulo proposuit* Mesue, *alteram Præpositus ex* Nicolao Alexandrino *cap. 177. mutuatus est, licet utrobique pondera varient, ut suprà liquet.* Sed Galenus *ipse quarto* Sanitatis *tuendæ, hoc modo pingit:*

Dia Calaminthe Galeni.

Rec. Calaminthes, pulegij, petroselini, seseleos, cuiusque unc. duas.
Seminis apij, cacuminum thymi, utriusque unc.

unc. quatuor.
Libystici uncias sedecim.
Piperis unc. octo & xl. Sic ille.

Deprauatè legitur apud Myrepsum 238. At experiment mihi constat id uehemeter acre existere, adeò quidem ut fauces penè adurat, quantumuis multo zaccharo, aut melle si temperatum: quapropter ego ab eius usu recedo: similiter a Aëtio, qui idem Antidotũ sermone 9. cap. 24. profert, sed pr uncijs xlviij. piperis, totidem drachmas tantùm substituit attamen quando aliarum specierũ dosim minuit, quam contrà Galenus pro quantitate piperis auget, fit ut acredo fermè æquè uehemens permaneat. Ita quoque de Actuarij constructione iudico. Alterum uerò quod Præpositũ ex Alexandrino mutuasse ostendi, magis ob iucundum gustum, & piperis imminutam dosim, quotidiano usu approbo. Interea tamen alijs aliter sentiendi iudicium, atque experiundi id ipsum, arbitriũ lubẽter permitto. Scribit insuper diuersum Oribasius lib. de Curationibus, cap. de Tußi. Porrò Rhazes Aphricanus Medicus nono ad Almansorem lib. cap. 72. magno sanè discrimine à Græcis distat. Et Serapio quoque ex Galeni autoritate compositionẽ multum absimilem memorat: imò & aliam apponit, quam Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 1. scribit, qui adhuc aliam Tract. 3. aßignat. Matthæus Curtius peritißimus atque excellenter clarus artis medicæ professor, & meus olim in Italia præceptor uenerandus, in hypochondriaca paßione, ubi ciborum in corpus digestionem procurare intendebat, sequenti modo parabat:

Rec. Piperis nigri drach. sex.
Libystici drachmas duas.
Seminis apij, cacuminum thymi, ana drachmam unam.

Calaminthes

Calaminthes montanæ, pulegij, petroselini,
seseleos, ana drachmam mediam.
Mellis despumati uncias sex.

Hoc ipsum æstate cum zaccharo uiolarum, uel boraginis, uel buglossæ, miscere uolebat. Ego hoc quoque ut tentarem, iussi aliquando confici, sed fermè cum superioribus, æquali acrimonia, sensi. Superest postremò expositionem paucorum simplicium obiter apponere.

Calaminthæ. & pulegij.) *Marcellus illam genus nepitæ, & alibi absolutæ Nepetam uocat. Reuera societas magna est inter Mentham, Mentastrũ, & Nepetam, ut mirum non sit, misceri quandoque ab autoribus earum & species & nomina, sicut testatur Barbarus in Corollarijs. Conuenit tamen hoc loco utranque herbam, ex regionibus æditis ac siccis eligere, similiter Thymum: atq; herbarum quicquid lignosum durumq; sit abijcere: & quod in summis herbis natũ est, accipere. Nostri Calaminthã* Kornmüntz *uocant, hanc accipio. Gall.* Calament, *&* Poliot sauuage. *Ital.* Calamento, ò uero Nipotella.

Cinnami.) *Sic legitur apud Alexandrinum. Plinius Cynamulgum auem in Arabia appellatam, eius surculis nidificare posteritatis memoriæ mandauit, lib. 10. cap. 3. & 12. cap. 20. ubi tamen Cinnamũ pro Cinnamomo intelligit. Idem lib. 24. cap. 11. sabinam, duplicato pondere, eosdem effectus habere, quos cinnamum tradit. Ego quoq; cinnamomum intelligo, maximè quando in uulgatis exemplaribus hoc legatur, atque à Rhaza 3. ad Almansorem, cap. de Speciebus coquinarijs, uicinũ utrunq; dicatur. Hæc omnia simul tundenda, cribrandaq; sunt tenui cribro, non autem tenuißimo: nam hoc modo minus potenter flatus mouerent, quod tamen hic unicè requiritur, sed promptius urinas cierẽt. Potest insuper*

cum melle, & absque eo adseruari: & quibus pondus uidebitur nimis magnum, ij pro iusta ratione decurtare poterunt.

Dia Cinnamomum Mesue.

Rec. Cinnamomi subtilis & electi, drachmas quindecim.
Darseni, id est, cinnamomi crassi, cymini, enulæ, ana unciam mediam.
Galangæ, drachmas septem.
Garyophyllorum, piperis longi, cardamomi utriusque, zingiberis, macis, nucis moschatæ, ligni aloës, ana drachmas tres.
Croci drachmam unam.
Zacchari uncias quinque.

CRONENBVRGIVS.

Extant hoc titulo numerosæ compositiones apud Myrepsum, & aliquot insuper purgatoriæ ex cinnamomo quæ cum inusitatæ sint omnes, prætermittēdas censui. Inter Arabas Auicēna unam recenset lib. 5. summa 1. Tract. 3. ubi peregrinæ uoces, & à nemine opinor benè intellectæ leguntur. Nos Mesuen imitandum esse hic suademus, cuius puluis delicatus ac ganeis accommodus est, si cum zaccharo optimo paretur, & condimenti uice usurpetur. Quod ad ingredientiū explicationem dicere sit necessariū, alicubi abundè fecimus.

Dia Cyminum Nicolai Myrepsi.

Rec. Cymini ad integrum diem aceto infusi & siccati, drachmas octo, scriptulum unum.
Cinnamomi, garyophyllorum, ana drachmas duas, scriptulum semis.
Zingiberis, piperis nigri, galangæ, thymbræ,

calaminthæ,

calaminthæ, ana drachmam unam, & scrupulos duos.
Ameos, libystici, ana drach. unã, grana xviij.
Piperis longi, nardi, nucis moschatæ ana scrupulos duos, & semis.
Mellis quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Eandem compositurам, præter alias plerasque cap. lib. ui medicamentarij 172. prodit Nicolaus Alex. pondera ad duodecimam fermè quantitatẽ accumulans. Præpositus cardamomum post nardum apponit. Arnaldus de Villa noua, pro nuce moschata, masticben habet. Galenus uerò noster 4. de Sanitate tuenda Diospoliticon medicamẽtum duplex refert, aliàs ex partibus omnibus cumino, pipere, ruta, nitro, utpote magis uẽtrem subducens: aliàs cum reliquorum pari pondere, miscetur nitri dimidium. Aemilius Macer tribus istis unius rutæ æquale pondus addit, inscribitq́; Diapiganon, cap. de Ruta. Præstiterit autem cuminum esse Aethiopicum, piper uel longum, uel album. Quæ uerba ex Galeno transcripsit Aëtius lib. 9. cap. 24. Alexãder Trallianus lib. 8. cap. 10. nitrũ quadruplicat. Alienus est Myrepsus Antidoto 185. Paulus Aegineta lib. 7. cap. 11. zingiber adijcit, uelut in altera compositione Actuarius & Myrepsus Antidotis 324. 325. denuò sectione nona, numero 60. & 61. In priori magis uariat, ex cymino, cinnamomo, spica, zingibere, pipere, Iride, & quibusdam alijs constituens: cui affinis est Nicolaus Alexandrinus cap. 74. Cæterum cap. 180. hyssopũ admittit, ac nitrum negligit. Rursus cap. 704. Oxyporiũ docet, à quo parũ euariat Aëtius lib. suprà citato, cap. 17. Oribasij codex meritò uitiatus haberi potest initio medicaminũ. In summa, quod Gal. Diospoliticũ, Mesue diacyminũ secundo ordine inscribere

ſcribere uidetur, ut mox conſtabit. Græcos ſectantur Arabes ueluti Rhaza 9. ad Almanſorem, cap. de Stomachi debilitate Serapio Tract. 7. cap. 20. Auicenna lib. 5. ſumma 1. Tract. 3.

Dia Cyminum Meſuæ.

Rec. Cymini pridie aceto macerati & exiccati, drachmas uiginti.
Zingiberis, thymi, ana drach. tres.
Piperis, cinnamomi, ana drach. ij.
Ameos drachmam unam, & ſemis.
Foliorum rutæ ſiccatorum modicè, nam pluſculum ſiccata, acria, amara, & iuſto calidiora redduntur: nõ ſiccata, excremẽtoſa ſunt,
Baurach rubei, ana drach. quatuor.

Confice cum melle deſpumato.

CRONENBVRGIVS.

Idem adſtrictorium ſcribit Canone 2. capitis tertij. Gilbertus Anglicus cap. de Structura corporis, tres deſcriptiones habet: prima cum Præpoſito conuenit, reliquæ diſcõueniunt, ſicut & illa Placentini de Medicinis, cap. 9. Nicolaus Electuarium de Ruta uocat: Chriſtophorus de honeſtis nimis inſcienter interpretatur dia cinnamomum. Ac iam ſatis uſque dixiſſe me exiſtimo: conficiat quiſque ut maturo ſibi iudicio expedire uidebitur: tantùm meminerit ſpecies paulò craßius puluerandas eſſe, uti in antecedenti compoſitione quoque monuimus. Nunc ſimplicia quædam exponam.

Cymini carmeni.) *Dioſc. lib. 3. cap. 57. de Cumino loquens, Aethiopicum præcipuè commẽdat, quod Hippocrates Regium appellauit: deinde Aegyptium. reliqua ſequuntur. Plin. 19. cap. 8. indiſcriminatim nunc Aethiopicum Africumq́; nunc Aegyptiũ alterutro præferri ait: neuter tamen*

carmeni

rmeni meminit. Syluaticus misere errat, dũ hoc Siler mon num, uel Seseleos uulgò uocatum, exponit. Bene interim ibi iudicare uidẽtur ij, qui carmenum cyminum, pro Ae-iopico Dioscoridis recipiunt: intelligo recentißimũ, sua-ißimum, odoratißimum, & in summa, optimi saporis. No-ri Kamyn, & Kũm & Kümich nuncupant. Gall. Comin. Ital. Cimino. Syluestris quoque cymini duo fa igia idem facit, alterum Fuchsius Germanicè Wilder chwartzer Kümich uocari, testis est: Gall. Comin auuage. Ital, Cimino saluatico. alterum secundo oco scriptum, Ruellius, Gesnerus, Matthiolus, Tragus eam erbam decernunt, quæ Germaniæ nostræ uulgò. Ritter-porn dicitur. Gall. Consoulde royalle, & Cor-uette. Ital. Consolida regale.

Ammeos.) Est genitiuus ab Ammi, quod pingitur à Dioscoride lib. 3. cap. 59. uulgaris notitiæ: semen edit exile, nultò minus cumino, origanum resipiens, purum, ferues, & xiccans. Plinius huic acquiescens, cumino insuper candi-lius affirmauit lib. 20. cap. 15. Expendant Pharmacopolæ in usuale nostrum eiuscemodi notas exhibeat, ego sanè ha-stenus non deprehendi, itaque genuinum esse inficior: labo-randum ut ex Italia consequamur, ubi illud reperiri intel-ligo.

Baurach rubei.) Id est, nitri spuma, estq; duplex, si-cut ipsum nitrum, natiuum, & factitium, sicut autoribus Dioscoride lib. 5. cap. 78. & Plinio 31. cap. 10. ostenditur. A sale non multùm natura distat: pellucet, & humore lique-scit. Legitur apud Galenum 9. per locos, & Scribonium cõ-pos. 216. nitrum rubrum, quod mihi nunquam (quod equidẽ sciam) uidere contigit. Hoc reuera ab Dioscoride roseo co-lore, & Arabibus Baurach uocari existimo, quãuis eorum

sectatores, haud parum hoc & nitrum confundant. Quo sit, & qualis gignēdi, ac faciendi modus, apud Plinium co piose manifestatur. Nec refert litrum aut nitrum quis dixerit, cum idem prorsus significent, nec ulla sane ratione distent, nisi quòd altera uox sit Attica: similiter nihil differt Aphronitrum uel Aphrolitron, siue Aphonitrū uel Apholitrum. Quidam nitrum, Aphronitron siue spumā aut florem nitri, & Aphrolitron, tanquam tria diuersa medicamenta in usum præscribūt, alij contrà duo: Atque hac de re leuiuscula mutuò altercantur, aut uerius conuitiantur malitiosissimè Fuchsius, & Cornarius, uiri doctißimi: interim nihil docentes aut determinantes, dum uterque pertinaciter opinionem suā tueri conatur, & res ipsas magis in dubium uocat obscuratq;, ac seipsum accusandū coram uniuerso Musarum theatro, proponit. Cuperem eiusmodi acerbas, & Christianorū lingua, calamoq;, legibus interdictas, simul ab ingenuis animis odiosas contentiones nunquā cœptas, aut nunc tandē charitatis amore sublatas & cōsopitas. Quorsum enim attinet, ob res nemini hoc tempore probè notas, aut quarū usus iā apud nos intercidit, aboleuitq;, tam Tragicas turbas concitare? Ecquid enim magni est, siue duæ, siue tres res illæ sint? cùm id palàm constet, affinia esse nomina ac res parū admodum habere discriminis: præterea nihil omnino noxæ, quæcunque quis ex tribus (si maximè haberemus) utatur, humanis corporibus accidere, quando similes retinere uires, ipse Dioscor. testetur. Atq; hæc obiter pio sanè animo, à me dicta sunt, quo utriusque honori optimè cōsultum uolo. Olim ista quotidiani usus erant, hodie in Officinis solùm ostenditur nitrum colore candidißimo, ponderosum, firmum, & in panes coactum. Sunt insuper qui putent antiquorum nitrū, Sal petræ nostris dici, qui hac tempestate

estate abundanter, multis locis, ex terra, & scrobibus, circa parietes, inuentis, cõficitur, ad tormenta bellica, & horribilem bombardarũ boatum necessarius, unde Bombardarius puluis uulgò, quod ego nequaquã credere possum, cùm ueteribus omnino incognitus fuerit, & nullius in antiqua militia usus: atque utinam nunquã esset repertus, magno ac intolerabili mortalium exitio, qui alioqui diu incolumes, ac superstites esse poßint, nisi subitò hoc telo, omnium peßimo, ita uelocißimo, uelut Iouis fulmine icti è medio tollerentur: sine equidem huius materiæ mistura (quæ temerè auro etiã gratior inter bella, cædesq;) neq; globus è machinis bellicis, tanta celeritate aut ui proijci, neque tanta letali pernicie, quanta multorum subinde in bellis millium strages prosterni cognoscimus, penetrare posset. Huius instrumenti immanitatem, doctißimus & eloquentißimus uates, Ioannes nomine quidem secundus, patria Batauus, loco Hagiensis, at ueterum poëtarum nulli secundus, in Elogijs suis, elegantißimo carmine his uerbis insequitur:

Ah pereat duros primùm qui protulit enses:
 Ille fuit ferro durior ipse suo.
Ille autem scelere ante alios immanior omnes,
 Tormenti inuenit qui genus arte noua.
Infandum, horrendum, dirum, tremuere quod ipsæ
 Eumenides, & rex horruit ipse Erebi.
Quà ruit, occumbunt urbes, syluæq; tremiscunt:
 Turbatiq; sonat regia uasta maris.
Non sic irata iaculatur fulmina dextra,
 Nec tonitru cælum Iuppiter omne quatit.
Excutit ingentes immani pondere moles,
 Inuoluens fumo nigricolore diem.
Quid falsò innocuum tonitru Salmonea damnas

Iuppiter? iste tuo fulmine dignus erat. Sic ille.

Malè faciunt quædam Officinæ, Salem petræ pro Nit usurpantes, cuius probatio est, ut sit roseo colore, aut cã do, in foramina dehiscens, molle. Plin. probat fistulosum, t nuißimum, & quàm maximè spongiosum. Eius loco cõmo fæx uini uel aceti siccata, aut sal torrefactus usurpatur. I ista de nitro sufficiant, nec enim amplius in commentati nibus istis dicere uoluimus, ne copia sermonis legentes r morararemur. Hactenus Mesues dicta declarauimus, nũc b uiter Thymbram, quã opponit Myrepsus, adijciemus. H Latini Satureiam ac Cunilam uocant. Diosco. lib. 3. cap. 3 agrestem & hortensem tradit, uelut quoq; Plin. lib. 19. cap 8. per hanc autores peculiari nomine Satureiam, ac sati Cunilam significant, uulgariter Riechend Kũnd, Se deney, aut Garten Ysop, sicut habet Tragus 1. cap 13. Gal. Sauorrei, ou Sarriette de iardin. Ital. Co niella, Sauoreggia & Peuerella, per illam uer Cunilam syluestrem, ac Thymbram, quæ fortè etiam hod (ut Eurytius Cordus in Botanologico suo suspicatur) agre ste serpyllum dicitur, intelligunt. Vtranq; Virgilius iuxt aluearia serendam iußit, ut ex ea apes pabulum eliciant quarto Georg. inquiens:

At circum castæ uirides, & olentia latè:
Serpylla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat. Columella quoque separauit, dum canit
Et Satureia thymi referens, thymbræq; saporem.

Videtur itaque Cunila herbæ genus: Satureia, & thymbra, species, habentq; (Plinio teste) similes effectus. Reuera Cunilæ historia tam lata, & confusa apud scriptores legitur, ut difficillimum sit sese extricare, nisi acerrimo iudicio præditus, & acutißimè quæque autorum uerba expẽderit.

Id

si quis alius, sanè Virgilius Marcellus haud pœnitendam operam eiusmodi studio dicauit, cuius fidem aperto facit commentario in Dioscoridem lib. 3. cap. 127. Arabes Alail nant. De reliquis alibi inuenies.

Dia Coston Mesues.

Recip. Costi amari, casiæ, cinnamomi, ana drach. quinq;.
Sem. apij, anisi, cimarum schœnanthi, raued-sceni, ana drach. tres.
Asari drachmas quatuor.
Croci, aristolochiæ, myrrhæ, ana drach. duas.
Mellis quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Serapio Tract. 7. cap. 8. & Auicēna lib. 5. summa 1. Trac. .idem describunt, uariantibus tamen haud parum ponderibus. Præpositus, & Arnaldus in Antidotarijs suis, schœnā thum, myrrham, ac piper nigrum non habent. Ego ut initio dixi, malo ex optimorum autorum præclarißimis scriptis, ueras certasq; compositiones petere, quàm in peßimorum librorum pelago, incertitudine atque errore exundante, uagari. Inter illos est Nicolaus Alex. ita sermonē de hoc Antidoto cap. 201. instituens.

Dia Costu Nicolai Alexandrini.

Recip. Asari, anisi, apij, ana drach. xxxiij.
Schœnāthi, myrrhæ, melanopiperis, ana drachmas uiginti.
Costi drachmas octodecim.
Cinnamomi, casiæ ligneæ, ana drachmas xv. & scriptu, duos.

Mellis quod sufficit. Hæc ille.

CRONENBVRGIVS.

Dāda est sedulò opera, ut Costus uerus habeatur: pro t plici enim Costo Diosc. lib. 1. cap. 15. nunc in Officinis am rus & dulcis ostenditur, qui ita hoc genere cōtinentur, Corchorus inter olera numeratur, quemadmodū etiā ex P nij lib. 12. cap. 12. apertissimè cognoscitur, qui Indicū tātu nouisse uidetur, & in albū ac nigrum distribuit: Macer graue, rubentē, amarū ac leuem, subalbū, nō amarū: Illun inquit, India, hunc Arabia mittit. nā radix & folium Ind est maximo pretio. Strabo Costariū quoq; nominauit. Radix gustu esse debet feruens, odore eximio, substantia plena densa, frutice aliàs inutili. Quare noster uulgaris, cùm sit omnino dissimilis, & parui pretij, mēdax est. Quando auten uerū habere nō possum (quē tamen in officina Ioānis à Galen, dum Mithridatiū consarcinaret anno L. omnibus noti suprascriptis, & uidi & gustaui) tū ex succidaneis Galeni tantundē ammoniaci, uel helenij substituo. usum pseudocosti prorsus interdico. Est insuper eodē nomine Culinaria herba, quā placētis ouorū indu nt fœminæ nostrates, per æstatis initiū, Germ. Pfankūchenkraut, Balsam, & Kost. *Gal.* du Coc. *Ital.* Herba di santa Maria. *quidam Mentham Sarracenicā dicunt. Aromata angustissimo incerniculo discutiātur, ut ad lōginquas uias peruenire queāt.*

**Myrepsus Antidoto 122. habet singulorum drachm. sex, usq; Costum, & Meu omittit.*

Dia Curcuma maior Mesuæ.

Recip. Croci, Asari, Seminū petroselini, dauci, anisi, Sem. apij, ana *drachmas quatuor.
Rauedseni, meu, spicæ, ana drach. sex.
Costi, myrrhæ, cassiæ, schœnanthi, carpobalsami, rubeæ tinctorū, succi absinthij, succi eupatorij.

patorij, olei balsami, ana* drach. duas. *Myrepsus drachmam mediã.
Calami aromatici, cinnamomi, ana drachmã unam & mediam.
Scordij, scolopendriæ, succi glycyrrhizæ, ana drach. duas, & semissem.
Tracachanti drachmam unam.

Confice cum melle despumato.

CRONENBVRGIVS.

Hic quoque, sicut alibi indicauimus, species certa doctrina accuratißime terantur & cribrentur, ut occultos meatus ac procul remotos subeãt earũ uires. Adscribit præterea Mesue minorẽ compositionẽ, ex spica, myrrha, casia, croco, flore schœnanthi, costo, cinnamomo: cui ad uerbũ respõdet Nicolaus Myrepsus Antidoto 121. Serapio Trac. 7. cap. 8. & Auicennæ confectio prior lib. 5. summa 1. Tract. 1. nam quæ sequitur ex arte Galeni, Mesuen potius quàm Galenũ refert: siquidẽ hunc pleraq; ingredientia simplicia ignorasse constat. Eosdẽ secutus est Placentinus de Medicinis cõpositis cap. 6. ac Bertrucius Bononiensis cap. de Hydropisi, sed in omnibus insignis diuersitas reperitur. Et quomodo benè componi Mesues Electuarium potest, cùm Meon siue Meu, costum uerum, carpobalsamũ, & balsami liquorem non habeamus? nisi adulterata & subdititia. Neque uerò sufficienter mihi dicere uidentur, qui minorem loco maioris accipi posse cõtendunt. Denominationẽ autem sumpsit ab rubea, quæ Arabibus Curcuma dicitur: alij Dia croci legere malunt, & uerè, quoniam nihil Curcumæ recipit, tametsi Bertrucius tantundẽ Curcumæ croco cõiungat. Vsus autẽ apud omnes Diacurcumæ appellationẽ habet. Recenset Nicolaus Alexãdrinus eodẽ titulo pharmacũ, quod propter parandi facilitatem, in consuetudinem reuocandũ esse putauerim.

Dia Curcuma Nicolai Alexandrini.

Recip. Curcumæ, cinnamomi, ſpicæ, aſari, c ſiæ, ana unciam unam.
Coſti, ſchœnu anthos, myrrhæ, ana drachm unam.
Mellis quod ſufficit.

Myrepſus loco Curcumæ crocum ſcribit, & initio ſingulorum drachmas tres, mox drach. unam, & ſemiſſem Antidoto 120. Alexandrini etiam codex iure mutilus uidetur quando uocula Ana ad finem tranſcribentium incuria, neglecta ſit, quam nos appoſuimus.

Curcuma.) *Anceps eſt nominis appellatio, & niſi ſi illud cyperi genus, quod Dioſc. cap. de Cypero, in India naſci tradit, guſtu amaro, gingiberis effigie, quodq́; manſum croci uim reddit, uelut etiam Plinius lib. 21. cap. 18. & Serapion cap. 192. ſimplicium, fateor ingenuè me ignorare. Officinarij noſtri* geel Genffer *appellitant. Et quãuis idẽ cap. 306. rurſus peculiare caput de Curcuma ſiue Kauroch conſtituat, certum eſt, interpretẽ hallucinatum eſſe: & Serapionẽ Dioſc. Chelidoniũ depinxiſſe. De alijs alibi quæres.*

Dia Dragachantum frigidum Nicolai Myrepſi.

Recip. Tracachanti albi uncias duas.
Penidiarum uncias tres.
Gummi Arabici albi, unciam unam. drach. ij.
Amyli unciam mediam.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Seminum melonum, citrulli, cucurbitæ, cucumeris, ana drachmas duas.

Seminis

Seminis urticæ, papaueris albi, ana drac. tres.
Camphoræ scriptulum semis.
Zacchari & aquæ quantum satis erit.

CRONENBVRGIVS.

Hoc est è Tracachanta Antidotũ, cuius etiam compositionem aliam idem memorat Antidoto 104. & Actuarius c. proprio. Præpositus, Placẽtinus, & Arnaldus de Villa noua, omiserũt semẽ urticæ et papaueris. Duas præterea alias aßignat Arnaldus cõtinua mox lectione: atque ille quatuor seminũ uncias deprauatè pro drachmis scripsit. Tracachantum ac gummi Arabicum, si necesse erit, inter papyraceas chartas conuoluta ac modicum ignem ponãtur, ac sæpè uertantur siue moueantur donec inarescant, & uiscum discutiatur: tunc refrixa diligenter pistillo comminuãtur, sensim affundẽdo puluerem glycyrrhizæ, ut promptius uniantur: deinde semina excorticata cultello minutim concidãtur, & Cãphora seorsũ leuiter in mortario, in quo prius Amygdala una aut altera cõfracta fuit, et reiecta, ducatur: Postremò cõmisceãtur. Sed ægerrimè cõponitur, & citißimè rancore uitiatur. Hic præcipuè Tragacãthæ bonæ notas cognoscere oportet, quæ sunt, Dioscoride autore lib. 3. cap. 20. albæ, pellucidæ, graciles, leues, synceræ, & subdulces. Manare lachrymã, non modò uulnerata radice, sed etiã sponte ab ea, scisso in latere cortice, præter Dioscoridem, Theophrastus testatum reliquit. Plantam in orbe nostro nemo, Lachrymã Officinæ Dragagantum appellitãtes, cognoscunt omnes. Vetustate pallescit, deinde ruffescit, denique flauescit: hæc uitiosißima censetur.

Sextans.) *Sexta pars aßis, hoc est, unciæ duæ.*

Zulapij.) *Id hodie omittitur, quoniam nunc amplius in forma liquida non exhibetur, ut suprà quoque in uniuer-*

sum monuimus. In Italia multiplici figura, & topiario ferme opere, formaq; cādidißima solidißimaq; funditur, & supra fenestras ostentationis causa, ab omnibus medicamētarijs, exponitur, uelut paulò pòst adiungemus.

Dia Tracachantum calidum Gilberii Anglici.

Recip. Tracachanti triduum aqua infusi uncias tres.
Hyssopi unc. unam, & drach. duas.
Cinnamomi unciam mediam.
Zingiberis drach. duas.
Glycyrrhizæ & succi eius, ana drach. unam, & grana quindecim.

CRONENBVRGIVS.

Recitat aliā uerbosiorē scripturam Nicolaus Myrepsus Antidoto 99. & autor thesauri aromatariorum, sed utranque uelut ab Officinarum usu neglectam prætereo. Si uerò componenda erit, elegantius & efficacius in humida consistētia fiet, & alioqui non uideo quomodo in sicca formari poßit, si Tracachātum ad triduū aqua maceretur. Porrò per uniuersam fermè Italiam more sequenti paratur.

Dia Tracachantum frigidum.

Recip. Gummi tracachanti boni, unc. duas.
Gummi Arabici unc. 1. & drach. 2.
Amyli drach. quatuor.
Liquiritiæ mundæ drach. duas.

Omnia subtiliter puluerētur, ac libris quatuor zacchari exquisitißimè albi, beneq; cocti, & clarificati adijciantur. Postea in mortario marmoreo tam sæpe tractētur cum fa-

rina

rina amyli, quoad in massam formetur, ut ex ea multorum operum figuræ duci queant.

Dia Galanga Mesuæ.

Recip. Galangæ, ligni aloës, ana drach. sex.
Garyophyllorum, macis, ligustici, ana drach. duas.
Zingiberis, piperis longi, cinnamomi, piperis albi, calami aromatici, ana drach. unam, & semis.
Calaminthæ siccæ, mentæ siccæ, cardamomi, spicæ, Seminis apij, fœniculi, carui, anisi, ana drach. unam.
Zacchari Tabarzed, uncias decem.
Mellis despumati quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Hanc transcripsisse arbitror Nicolaũ Myrepsum *Antidoto 222. quãuis isthic carnabadij, pro carui legatur, facili lapsu: & succi, pro siccæ mẽtæ. Aliam docet* Nicolaus Alex. *c. 232. Similiter* Myrepsus *Antidoto 63.* Auicenna *lib. 5. summa 1. Tract. 6. &* Placẽtinus *c. 16. de Medicinis. Atqui Mesuæ descriptio ubique præparata reperitur. Dicta est à Galanga, quæ ueteribus* Græcis *indicta fuit. Quidã hanc* Dioscoridis *Acorum coniectant. Sed hoc uanum esse, & ipsius scripturæ diuersitas, & nos latiùs initio operis ostendimus.* Nostra *autem galanga, absque ullo dubio gemina est.* Deligi *debet ponderosa, rubenti cortice, gustu perquàm acri. Quæ candicat, & pondere cedit, odore uacat, crebris scatet foraminibus, ac in puluerem fatiscit. Sunt nebulones, ut mõstrat* Ruellius *lib. 2. Stirpiũ. c. 4. qui intortis iunci radicibus aceto piperato maceratis, galangæ mentiantur acrimoniã: sed*

impostura

impostura detegitur, cortice deraso, qui hunc saporẽ imbiberat, nam interius tale nihil inuenietur resipere.

Macropiperis.) *Id est longi piperis.*

Calami aromatici.) *De hoc scribit Dioscori. 1. c. 17. Is ad nos hoc tẽpore non portatur, sed eius loco radix quædam uenditur, quam eius cannæ esse Manardus non credit. nec ex India, aut Arabia, aut Syria (qui probatißimi calami natales sunt regiones, testibus Dioscoride, Theophrasto, Galeno, Plinio) adfertur: siquidem & recens aliquando uidetur, & exiguo nimis uẽditur. Vnde ex aliquo proximore loco uehi certißimum est, ubi feraci prouentu gignitur. Hippocrates Myrepsicon, id est, unguentariũ siue odoratũ appellauit: Officinæ omnes Calamũ. Hermolaus, ac Fuchsius, uulgarẽ in Mœotide gigni suspicantur, Aloisius Mũdella in Annotationibus suis, contra Brasauoli examen, Manardo subscribens, ad Acori suspicionẽ conuertitur, Andreas Matthiolus omnino id credit, & genuinum calamum nihil aliud quàm arundinẽ esse, ex Theophrasto ac Plinio ostẽdit, nosq; hoc æuo illo carere. Quicquid sit, ego piaculum minimè puto, si quis in ueri Indici siue Arabici calami inopia, hũc uicarium substituat. Triennio integrè reponitur.*

Dia Ireos Nicolai Alexandrini.

Recip. Iridis unciam unam.

Pulegij, hyssopi siccæ, glycyrrhizæ, ana drach. sex.

Dragachanti, amygdal. mundat. pinearũ, cinnamomi, zingiberis, piperis, ana drac. tres.

Carycarũ, carniũ dactylorũ, passularũ enucleatarũ, ana drach. tres, & semissem.

Styracis rubeæ, drach. duas, scriptulũ unum.

Mellis

Mellis quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Dicitur ab Iride. *Actuarius ca. de Antidotis idem fermè* [s]*cribit, sed caryc as, dactylos, & passulas non habet, quod* [e]*tiam magis à me probatur, præsertim quando nunc absq; melle, in forma solida parari consueuerit: imò cum ipsis paratũ medicamen, celeriter mucorē atque rancorē suscipit.* Serapion Tract. 7. c. 20. & Auicenna lib. 5. Tract. 6. *aliud diuersum memorant.* Præpositus *ab* Alexandrino, *aut* Myrepso 394. *Antidoto, in dispensatorium suum transposuit. Est insuper simplex, multis familiarißimum, hoc modo.*

Dia Ireos simplex.

Recip. Ireos unciam semis.

Zacchari candi, specierum dia dragaganti frigidi, ana drach. duas.

Zacchari albissimi fortiter & diu misti albumine ouorum, aut succo limonum, uncias uiginti.

Ad *consistentiã coquatur zaccharum, tandem pulueres admisce.* Redditur *candidißimum, & uarijs typis fingitur.* Tantum *nunc de* Iride *subijciam, quæ à cœlestis arcus similitudine nomē accepit, testificãtibus* Dioscoride *initio suorũ de simplicibus librorũ, &* Plinio *uolumine* 21. c. 7. Quẽadmodum *enim aquaticus ille arcus, uarios mentitur colores, sic ut cœruleas, uirides, luteas, cãdidas, pallẽtes, purpureasq; lineas ducat: ita cauo calyculi sinu, cœlestem arcum coloris uarietate (mirabile naturæ artificium) exprimit.* Veteres *in plerasq; species discernũt.* Laudatißima *est* Illyrica, & Macedonica, *radice mutila, densa, colore subrufo, gustu amaro, odore perquàm grato, & syncero.* Apollonius *ex* Elide, *ac*

Cilicia probabat: Galenus supra Dioscoridem chalcidoniæ meminit 7. Locorũ. c. 2. & Astragalitis cognomine eiusdem tit. lib. 1. c. 1. Similiter Aëtius lib. 13. c. 3. In Thracia, ac reliquis locis frigidis, & in Germania nostra odore penitus caret. Colligẽda est incipiente foliorũ defluuio. Paßim hodie in uiridarijs Seplasiariorũ prouenit, cuius recẽti succo in Ascite utimur. In Officinis corruptè genitiuũ pro recto usurpãt, Irios dicentes, quum Iris Iridis debeant. Vanum quoque est quod aiunt, Iris purpureum florem gerit, Ireos album. cùm una eademq; herba sit, licet aliunde inuecta, odoratior habeatur: Qua gratia puluis radicum, armarijs & uestibus inspergi, non sine hilaritate, & eximia fragrãtia, cõsueuit. Sed dubitauerit hic aliquis, qua ratione istæ radices uetustate odoratiores fiãt, cùm hæc quæuis corrũpere soleat? Cui respõdeo, id per siccitatẽ fieri, humore nimirũ exhausto, ac ueluti excocto. siccitas siquidẽ, autore Theophrasto, odoribus cõuenientior est, atq; omnia in uniuersum odorata, eò inclinant, quẽadmodum nos principio huius Operis latius aperuimus. Galenus autor est, primo de Antidotis, omnes Herbarios Irim in Illyrio natã optimã esse scripsisse. Et Plinius Irin radice tãtùm cõmendabilem prodidit. Hodie promiscuè Florẽtina, & Germanica, pro Illyrica malè usurpatur. Herbarij Lilium cœleste uocare malunt. Biennium seruatur Mesuæ, alijs quinquennium.

Dia Lacca magna Mesuæ.

Recip. Laccæ ablutæ, Rauedsceni, ana drachmas tres.

Spicæ aromaticæ, mastichæ, seminũ apij, fœniculi, ameos, anisi, schœnuãthi, succi eupatorij Mesuæ, succi absinthij, sabinæ, amygdal. amara

amararum,costi,myrrhæ,rubiæ tinctorum, asari,aristolochiæ,gẽtianæ,croci,cinnamomi,hyssopi siccæ , casiæ,cymarum schœnanthi,bdellij,ana drach.unam & semis.
Piperis,zingiberis,ana drach.unam.

Infunde myrrham & bdellium uino,cætera tere,& confice cum melle despumato.

CRONENBVRGIVS.

Idẽ in Antidotario *suo,minorẽ quoq; adscribit:duas adhuc alias* Trac.7.c.8.Serapion *recitat,prior ferè cõuenit cũ illa,quã nobis reliquit* Nicolaus Alexãdrinus ca.183.*quãuis hic ipsius deinceps ex paucioribus rebus, alterã percenseat. Cũ* Serapione *magnã sortitur affinitatẽ* Auicẽna *lib.5.summa* 1.Tract.1.& Hali 10.*practicæ.* E *recẽtioribus dissonantẽ componit* Bertrucius Bononiẽsis c.de Debilitate *splenis. At magna illa* Mesues,*cõpositio,est hodie potißimũ in* Offi*cinis recepta.Quã uerò* Actuarius *memoriæ mãdauit* c.de Antidotis,*præstantißima equidẽ est,si fructum , & surculos balsami,ac myrrham probatißimam haberemus,cuiusmodi insuper est* Nicolai Myrepsi , Antidoto 123. & *altera illa* Alexãdrini c.185.*Ingrediẽtia exactißimè terãtur,et per angustißimũ cribrũ discutiãtur,ut ad ureteres aromatũ facultas peruenire queat.Trãseo nunc ex cõsuetudine ad simpliciũ interpretationẽ.Haud leuis agitatur controuersia inter rei medicæ scriptores, qui hoc seculo studiosè omnem caliginem ab arte discutere,ac uerã cognitionẽ* Officinis, *ad corporũ nostrorũ salutẽ,ex genuinis simpliciũ notis,reducere conantur,an* Cancamum *uidelicet* Diosc.li.1.c.32. & Pauli 7.c.3.*sit* Mauritanorum Lacca,*tametsi* Serapion c.Simpl. 181.*in hac pingẽda fideliter illius scripturam aßignet,ut ferè plerunque in simplic.assueuit:attamen cùm in orationis*

contextu

cōtextu ex Isaac eben amram, idem infectorum Laccam ex Armenia, non autē ex Arabia (ut scripsit Dios.) adferri, posteritatis memoriæ prodiderit, & in recēsendis remedijs ab eodē quoq; uariauerit, factū fuit, ut peritiores de utriusq; essentia dubitare nō iniuria cœperint. Atqui hic animaduertendum Laccæ plura esse genera, natiua, & factitia: de hac nihil dicemus, cùm in usum medicū non ueniat, illā uerò duplicē ostendit Serapion: prima omnino est Dioscoridis Caucamū, myrrhæ æmulum, odore gratißimo, id Lusitani & Hispani pariter Anymo dicunt. Plinio tantū nomine cognitū uidetur li. 12. c. 21. Altera est infectorib9 expetita ijstingēdis sericis, quæ uili pretio ueneūt. Itali uulgò Lacca, et Lacchetta. Atq; hæc ipsa Antidoto præsenti miscenda erit, quæ nūc ex Armenia, ad tincturā sericorum staminum primò Venetias, deim Antuerpiā aduehitur. Et hāc Myrepsus intelligēs, Laccā infectorū uocauit. Auicēna turpiter Laccā cū Karabe cōiungit c. 434. Canone 2. Trita abluitur aqua perfusa, in qua aristolochia & schœnāthū ferbuerint, pòst spatha mouetur, ubi subsederit, aqua leuiter effunditur, idq; bina aut terna lotione fiat, postremò colata in umbra siccetur. De similium rerum ac metallicorum ablutionibus, peculiari loco, nempe septimo horum, ex instituto commentabimur.

Rubiæ tinctorū.) Dioscorides. 3. c. 137. Erythrodanum. Theophrastus 9. c. 14. Plinius 24. c. 11. Rubiam. Recētiores Rubeam tinctorum appellant, lingua nostra Ferwers Krap, Germani Zam Rōte. Gall. Garance, Italic. Robbia. Radix est rubra, qua tinguntur lanæ, & coria, pellesq; inficiūtur: quamobrē à nostris infectoribus studiose petitur. Duorum generum scribitur. Vna sponte prouenit, & syluestris existit, quam Officinæ Rubiam minorem, & Stellariam dicunt: Altera seritur. Laudatißima Italica

a ac maximè ſuburbana, unde quæſtuoſiſſimum apud no= ates prouentum faciunt.

Gentianæ.) *Hanc omnium teſtimonio Gentius Illy= orum rex inuenit, & appellationis initium fecit. Oſtenditur Dioſcoride 3. cap. 3. Plinio 25. cap. 7. cuius radix hodie lippis tonſoribus nimis cognita, cùm ſemper & in quibuſcunq; alis ea utantur: uulgaribus* Gentian & Entzian. *al.* Gentiane. *Ital.* Gentiana. *Fuchſius duas ſpecies ingit: ſimiliter Tragus lib. 1. cap. 56. & 84. Viſitur radix in fficinis interdum crocea, interdum pallida, fractu contu= ax. Reliqua ingredientia in ſuperioribus enarrata ſunt, roinde non eſt opus multum ſtudij huic rei dediſſe: ſed in me oriam tantum illa reuocemus, quod factu facillimum eſt.*

Dia Margariton calidum Præpoſiti.

Recip. Garyophyllorum, cinnamomi, ſpicæ, galangæ, ligni aloës, glycyrrhizæ, troch. diarrhodon, diaion, ana drach. unã & ſemis.
Nucis moſchatæ, macis, aliptæ moſchatæ, ze= doariæ, Rheubarbari, ſtyracis calam. ana drach. unam.
Margaritarum pertuſarum, & integrarum, zingiberis, oſsis ex corde cerui, raſuræ ebo= ris, blattæ byzantiæ, ana drachmã mediam.
Moſchi, ambræ, cardamomi, libyſtici, ſeminis baſiliconis, ana ſcriptulum unum, minus granis duob.
Camphoræ grana ſex.
Mellis quod ſufficit.

CRONENBVRGIVS.

Teruntur per ſe Alipta, Rheubarbarum, ſtyrax, marga=

m rita, oſſa

rita, ossa ex corde cerui, blatta byzantia, moschus, ambra, & camphora. Porrò utinam ut præsens Antidotum Præpositu Officinis integrum ac correctum, ita & pleraq; alia non uitiata innumeris mendis, ex cognomine suo Alexandrino, tradidisset: reuera haud uulgarem ita sibi laudem comparasset. Sed nunc cùm uix leuiter uigesimum habeamus purum, aut incorruptum: ecquis admonitus, ad istum amplius ceu ad sacram anchoram, in conficiendis medicamentis confugere uelit? præsertim quando autor ipse nobis ingenuus sit, post longa temporis interualla restitutus. Ecquis, inquam, Præpositũ hunc diutius sibi imitandum in pharmacopolijs proponet? ac non potius maximi Apollinis graui censura plectendum iustè decernat? hoc est, ut ex optimis Officinis profligatus, & proscriptus, apud peßimos pereat, puto hæreat perpetuò. Ad institutum redeuntes, dicimus Præpositum diligenter istam compositionem ex Nicolao, cap. 160. transcripsisse, quamuis paulò idem aliter cap. eiusdem libri medicamentorum 163. aliam doceat, cum additione maioris & minoris. Myrepsus eandem perhibet Antidoto 37. sed ad calcem aliquot simplicia refrigerantia, simul & lapillos adiungit, quæ omittenda simpliciter esse decerno. Legimus etiam non absimilem apud Actuarium cap. de Antidotis, nisi quòd pondera habeat ualde minuta. Item aliam apud Arnaldum de Villa noua, & Guilhelmum Placentinum, uerùm non paucis locis corruptam. Sed postquam hæc admonuimus, superuacaneum duxi aliorum dictionem hoc loco apponere. Cæterum cognomentum recepit à margaritis, quæ à Latinis scriptoribus Vniones dicuntur: principium culmenq; omnium rerum pretij tenent: Indicus Oceanus, & Taprobane insula, maximè illas mittit. In conchis haud multum ostreorum generi dißimilibus, interdum perforatæ, interdũ integræ reperiuntur.

tur. Occi

ur. Occidentales laudatißimæ habentur. Probantur cando-
r, magnitudine, orbiculari forma, læuore, pondere. Quem
otius historiæ cognitio delectat, à nemine eam plenius, quàm
Plinio summo rerum naturalium perscrutatore lib. 9. cap.
5. consequetur: similiter Solino in Polyhistore, Plinianæ le-
ctioni adstipulante cap. 56. ac Macrobio cap. ultimo. Eædem
uelut testa oui, aceto, res admiranda, mollescunt & in tabem
resoluuntur, quam artem sumptuosißima ac luxuriosißima
Cleopatræ cœna, cum Antonio de apparatu contendentis,
manifestauit, dum margaritam centies sestertium æstimatam,
id est, aureis ducentis quinquaginta millibus (ut doctißimus,
& totius Galliæ ornamentũ maximum, Guilhelmus Budæus
de Asse explicat) illa absumpsit: testificantibus utriusq; in-
luuiẽ Plinio lib. 9. cap. 35. & Macrobio 3. Saturnaliorũ, cap.
17. Idem Budæus memorat, unionem in Gallijs, tribus aureo-
rum millibus emptum auellanæ magnitudine, pondere qua-
dragenario: & alium quatuor millibus aureorum.

Porrò nulla ratione tritura aut ductio, in mortario æreo
siue cupreo fieri debet (uelut hodie pleriq; Pharmacopo-
larum factitant) ne ab illis quicquam substantiæ in mar-
garitas deradatur, sed omnino super lapidem Porphyrium
diu conterendæ sunt.

Rasuræ eboris.) Id est, detriti ex ebore pulueris. Pli-
nius lib. 8. cap. 3. tradit, autore Herodoto, dentes elephantorũ
casu aliquo deciduos, uel senecta defossos, solium ebur esse. Ete-
nim rara iam amplitudo dentium, præterquàm ex India re-
peritur. Et rursus ca. 10. Dentibus ingens pretium, & deorũ
simulacris laudatißima ex ijs materia, &c. Certè nõ possum
ex huius grauißimi scriptoris testimonio edoctus credere,
nos uerum ebur, hoc est, elephanti os habere, ac proinde
multò minus eius dentem, quoniam paruo nimis uendunt

Antuerpiani mercatores. Suſpicor non abs re, ceruorum ſi-ue alterius grandis animalis ramenta eſſe, quibus nos abun-damus. Vide Ariſtot. de Animal. hiſtoria 2. & 9. cap. 46. Stra-bonem lib. Geographiæ 15. Plinium duodecim primis lib. octa-ui capitibus, Diodorum Siculum lib. 3. Philoſtratum 2. & So-linum cap. 28. Produnt quidam, ebur aliquandiu poſca, id eſt oxycrato maceratum, ceræ inſtar emolleſcere, obſequioſumq́ in quodcunq; opus tractari, quod Dioſcorides Zytho attri-buit. Sunt etiam, quidem decocto radicis mandragoræ, ſenû horis perficiant.

Moſchi ambræ.) *Ego hîc in uniuerſum id quod re-eſt monebo, ne cogar identidem referre ſæpius: utramq; ma-teriam pretioſam quidem illam, tamen multis malè olentem, ne dicam fœtentem, in huiuſmodi compoſitiones rariſsimè inijcio: ne dum uni placere ſtudeam, alteri diſpliceam: quoniã non omnes nũc ex æquo moſchum, Ambram, aut parẽ odorẽ ferunt, imò multi ijs manifeſtò (utpote graui capitis dolore commoti) offenduntur, qui ipſi propter olfactus exuperan-tiam, ne ſtyracis, cypheos, thuris, aut ne aliorum quorum-cunq; quidem odorem ferre queant, in quorũ cenſu cùm pri-mis habentur hyſtericæ fœminæ. Proinde quoties ægrũ eiuſ-modi admittere deprehendo, tum ſeorſim ſecundum intempe-riei curandæ rationem, atque ipſius tolerantiam admiſceo. Camphoram quoq; ſubinde intermitto, eadem cauſa.*

Dia Margariton frigidum Plateary.

Reci. Quatuor ſeminum frigidorum maio-rum mundatorum. ſeminum portulacæ, pa-paueris albi, ſandali albi, & muſcatellini, li-gni aloẽs, zingiberis, roſarũ rubrarum, flo-rum nenupharis, boraginis, myrtillorum,

ana drach

ana drachmam unam.
Coralliorum alborum & rubrorũ, ana drachmam mediam.
Misce simul ut decet, ac fiat electuarium.

CRONENBVRGIVS.

Ego margaritarũ integrarũ & pertusarum ana drachmã semissem admisceo, quas nescio qua negligentia in Electuario omissas uideo, cũ tamẽ ab ijs denominatũ sit. Est insup aliud, eodẽ autore, sed ferè plerunq; medicamentorũ consarcinatores Seplasiarij, primò scriptũ parant: tum quòd id sit paratu facilius, tum quòd minori sumptu constet. Vnde uerò Platearius utrunq; desumpserit, nõ possum dicere: siquidem Serapio Tract.5.cap.34. & Auicenna li.3.Fen.21.Tract.2.cap.2. Electuariũ de Margaritis producentes, discordant. Inuenio etiam Actuariũ loco sæpè antedicto Dia Margariton, id est, ex Vnionibus Antidotũ, & non multò pòst, illinctum memoriæ mãdasse, ex tringinta octo simplicibus, in quo scobis legitur ualde indistincto & dubio sermone, cùm res multiplices hac significatione intelligendæ ueniunt, nimirum æris, ærugi nis, ferri, chalybis, plumbi, auri, argenti, & similiũ rerum ramentorũ, ut docet Dioscorides lib.5. Galenus 9. Simpliciũ, & Plinius 34.ca.11. Ideo incautos facilè remorari poßit ac fallere ea lectio, proinde tutius & uerius est, per scobem, rasuram eboris intelligere, aut scripturã scobis cornu ceruini coniungere. Memorat aliud frigidum Valẽtiæ ac Hispaniæ Medicis familiare ex numerosis simplicib. Amatus Lusitanus Curatione medica 21. Atque ita sententiam meam in ambigua oratione indicare uolui.

Dia Moschu dulce, & amarum Mesuæ.

Recip. Croci, doronici, Zedoariæ, ligni aloẽs,



macis,ana drach.duas.
Margaritarũ albarũ, setæ crudæ adustæ, charabæ,corallij rubri,ana drac.duas, & semis.
Galliæ,ozimi citrati,ana drac.unã & mediã.
Been albi & rubri, folij, spicæ, garyophyllorum,ana drach.unam.
Zingiberis,Cubebæ,piperis longi, ana drac unam,& mediam.
Moschi scriptulos duos.

Confice cũ mellis crudi quadruplo,& pone in uase uitreo.
Amara autem fiet confectio,si prædictis admisceas.

Absinthij,rosarum,ana drach.tres.
Aloës optime ablutæ drach.iiij.
Castorei,ligustici,ana drach.unam.
Cinnamomi drach.duas,& semis.

CRONENBVRGIVS.

Hæc compositio dictu mirum,quanta uarietate apud scriptores Arabas inueniatur: Rhazes siquidẽ ad Almansorem 9.cap.61.hoc titulo unam tradit:Serapio Tract.7.cap.9.Diamuscum dulce,& amarũ producit.Auicenna lib.5. summa 1. Tract.1.septem discrepantes refert, quarũ prima cũ priori, & tertia cũ altera Serapionis fermè concordat.Rursus idem ponit Electuarium de Musco,libro quinto, summa 1. Tract. 3.Actuarius duas eiusdem nominis Antidotos nobis scriptas reliquit,quæ ita superioribus sunt similes,ut camelo formica est æqualis:utraq; tamen pretiosa est & elegans, sed neutra ritè parari meo iudicio apud nostros potest, propter quorundam ingredientium penuriam. Et ut ea maximè habeamus omnia, non uideo interim tam magnificos Aromatarios,qui temerè adeò magnos sumptus in uno pharmaco facere aut queant,aut uelint:neq; item adeò nobiles ac diuites

ualetudina

ualetudinarios, qui tanto ære sanitatem conseruare, aut mor bum profligare in animum induxerint: & alioqui eo carere possumus. Cæterùm qui parare uolunt, dent sedulò operam, ut res genuinas atque integras apponant, quas facilè ex istis laboribus nostris discere poterunt. Nicolaus Myrepsus Antidoto 223. absque dubio priorem Actuarij mala fide transcripsit: cùm in ponderibus æquè ac rebus ipsis delinquat. Officinæ autem omnes Mesuen sectantur, cuius compositionis ingredientia suis certè locis explicuimus: sed ut id commodè & celeriter assequantur, indicem nostrum inspiciant. Velim interea constanter admonitum quemcunq; pharmacopœum, ut quæ seorsim, & quæ simul conteri debeant, expendat. Aloë quibusdam supra prunas in olla noua placidè uritur, ut magis uentrem roboret, quàm subducat: qua de causa etiam postea abluitur, ubi aquam absinthij accipiendam ego suaserim.

Hic tantùm pauca addã de Moscho, qui Hippocrati, Dioscoridi, Galeno, & Plinio planè indictus fuit: posterioribus uerò, Paulo, Aëtio, Nicolao, Actuario, Simeoni Sethi dictus, ut qui sæpißimè eius in Confectionibus suis meminerunt. Est autẽ Moschus, res uehementer odorata, quæ animalis cuiusdam sanguis, aut sanies, à Serapione in simplicibus suis cap. 185. traditur: uerùm de eo copiosius in Alipta moschata.

Dia penidion magnum Nicol. Alexandrini.

Rec. Penidiorum libram unam.
Pinearum, amygdal. mundat. Seminis papaueris albi, ana drachmas uiginti.
Cinnamomi, garyophyllorũ, zingiberis, succi glycyrrhizæ, tragacanthæ, gũmi Arabici

amyli, seminum citrulli, melonũ, cucumeris purgatorum, cucurbitæ, ana drach. decem.
Camphoræ tertiam scripuli.
Syrupi uiolacei, quod sufficit.

Confice sic: Penidia cum syrupo, lento igni aliquantulum bulliant, & inde puluis terendorum temperetur.

CRONENBVRGIVS.

Aßignat ibidem cap. 194. dia penidion minus. Actuarius describit hoc Antidotum, licet mutilum, quod ex superiori restitui potest. Præpositus & Arnaldus ex iisdem rebus constituunt, sed ponderibus ad sextam partem contractis: similiter Myrepsus Antidoto 97. & Placentinus cap. 16. de Medicinis. nos maluimus ueram & antiquam lectionem retinere. In sicca penitus forma conseruari non potest. Vidi frequenter qui in sacculis ex corio concinnatis hunc puluerem contegerent, ut diutius à situ uindicarent.

Diaprasium Præpositi.

Rec. Prasij drachmas quinque & semissem.
Tracachantæ, pinearum mundat. amygdal. dulcium, pistaceorũ, carnium dactylorum, caricarum, passul. enucleat, ana drach. tres & semissem.
Cinnamomi, garyophyllorum, nucis moschatæ, macis, ligni aloës, galangæ, zingiberis, zedoariæ, spicæ, glycyrrhizæ, Rheupontici, anacardorum, styracis calam. mastiches, myrrhæ, galbani, terebinthinæ, iridis, aristolochiæ rotund. radicũ capparorũ, gentianæ, piperis nigri, anisi, fœniculi, anethi, sem. apij Macedonici, saxifragiæ, ana drach. duas.

Hermodacty

Hermodactylorum, origani, peucedani, schœnanthi, cardamomi, piperis albi, carui, ligustici, uincetoxici, ana drachmã unam semis, grana duo & semis.

Balsamitæ, pulegij, *dictamni, costi, pyrethri, saturegiæ, basiliconis, pæoniæ, piperis longi, amomi, *sinoni, orobi, ana *drach. unam, grana duo, & tertiam partem alterius.

*Myrepsus abrotani.

*Arnaldus Sem. petroselini agrestis.

Xylobalsami, casiæ ligneæ, corallij rubri, rasuræ eboris, carpobalsami, dauci Cretici, ana drachmam mediam.

Moschi, ambræ, osis è corde cerui, ana grana quatuordecim.

*Myrepsus habet exagiũ, id est drac. unã & mediã: grana duo.

Mellis despumati quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Si in puluere seruandum erit Antidotum, tollantur dactyli, uuæ, ficus, terebinthina, & praßium sit siccum. Aliàs addi possunt, ubi probè concisa atque comminuta fuerint. Tunc insuper pro liquida forma, mellis quantum satis uidebitur adijciatur. Vera lectio est apud Nicolaum Alexandrinum cap. 164. & Myrepsum Antidoto 89. Præpositus corruptè balsamitam, pro balsamo nobilißimo liquore posuit, & ex uicesima quantitatis parte decurtasse uidetur. Magna herclè ac numerosa est compositio, quam parare haud facilè quiuis poterit, parem ferè Oribasius, sed scriptura admodum indistincta recenset libro medicaminum. Ego malim in usum reuocare compositionem ex Marrubio Tralliani lib. 5. cap. quarto, aut Pauli libro 7. cap. 11. aut Aëtij lib. 8. cap 54. aut Actuarij, aut Myrepsi Antidoto 91. quoniam breues sunt, nec minus efficaces. Sed quando eadem omnium fermè scriptura est, maluimus primò Tralliani uerba lib. 7. cap. 4. mox

Pauli transcribere, quæ ita habent:

Antidotum dia praßium Alexandri Tralliani.

Hyſſopi, marrubij, pulegij, calaminthæ, ſing. unciæ duæ.
Dulcis radiculæ unciæ tres.
Scillæ, helenij, ſingulorum unciæ duæ.
Nucum pini tantundem.

Triduum in aqua macerato, coquitoq; ad tertias, melle adiecto uſque ad craßitiem.

Ex Marrubio compoſitio Pauli.

Marrubij comæ, iridis Illyricæ, hyſſopi, pulegij, dulcis radiculæ, apij, ſingulorũ ſextans.
Caricarum pinguium quadrans.
Nuclei pini reſinati tantundem.

Minutim conciſa arida cum caricis, in aquæ ſextarijs tribus demerguntur, coquunturq; uſque ad tertias, illis exemptis aquæ mellis libræ duæ induntur, & ad craßitudinem melleam coquuntur.

Reſtat nunc ingredientia exponere.

Marrubij comæ.) *Intellige partes ſummas, aut ipſius herbæ cacumina. Duo ſunt eius genera, Theophraſto 6.cap. 2. prius Dioſcoridi Ballote dictum eſt, lib.3.cap.98. Officinis Marrubiaſtrum, & praßium nigrum ſeu fœtidum, ob grauem odorem dictum, uulgò* ſchwartzer Andorn. *Gal.* Marrubin noir. *Ital.* Marrobio nero ò baſtardo. *Alterum ſimpliciter Marrubium, eidem lib.3.cap.100. Tabernis noſtris, Praßium candidiore folio, unde ſubinde album additur, Germanicè* weiſſer Andorn. *Gal.* Mar-

rubin,

ubin, *Ital.* Marrobio. *Plinius Castoris autoritate* tens, similiter duobus generibus distinguit, lib. 20. cap. 22. li- et praßium aliàs frequenter cum praso, id est, porro cõfun- dat, quem castigatum probè restituit Leonicenus in epist. ad Politianũ. Tragus lib. 1. ca. 2. quatuor discriminib. proponit.*

Pulegij.) *Herbam hanc uulgaris fuisse notitiæ, quoti- dianiq; usus, & Dioscor. lib. 3. cap. 30. & Græci uetustißimi testantur, quòd sanè diligenter monuit Marcellus, ex Aristo- phane atque alijs: unde opinor Dioscoridem faciẽ eius præ- termisisse. Plinius in marem ac fœminam distribuens, lib. 20. cap. 14. hanc flore purpureo & efficaciorem, illum candido pronuntiauit. Idem continuata orationis serie, syluestre ge- nus origano simile fecit. Apuleius cap. 92. duo quoque gene- ra cõstituit: fœmina paßim nos abundamus, uulgò* Poley. *Gall.* Pouliot, *Ital.* Pulegio.

Caricarum pinguium.) *Aridæ ficus cuiuscũq; ge- neris à Græcis Ischades appellantur, quamuis Paulus Aegi- neta caricæ quoq; uocem usurpet. Duo habentur præcipua eius genera: satiuum & syluestre, quorũ uariæ sunt ac mul- tiplices species, Hispanis ac Italis potißimum cognitæ, quo- niam inde ad nos transeunt. Colore, loco, figura, & tempore maturitatis distinguuntur. Multa de ijs tradit Theophrast. lib. 5. de Causis Plant. cap. 1. Plin. 15. cap. 18. & alijs plerisque locis. In pomorum genere censentur. Macrob. distinctim 27. ficorum genera enumerat 3. Saturnal. cap. 20. & Palladius titulo 10. in Martio, immensum esse ait earũ genera enume- rare. Cæterum si maturescere debeant, solem benè calidum postulant, qualẽ orbi nostro euenisse annus quadragesimus post millesimum & quingentesimũ, edocuit. Is enim tam fer- uidus apud nos fuit, ut ab hominũ memoria, feruidiorẽ nulla senserit ætas: proinde etiã ficus in Groningano Phrysiæ solo,*

ad

ad Oceanū Germanicū, ematuruerunt, cuius quidem rei euidens ego testis sum: nam eodem tēpore, aliquot sapore praestantes, succoq; plenas, uelut rarum spectaculum, ab amico quodā accepi, qui huius tam rarißimi in eo rure fructus me participem esse uoluit. Ficus agrestis, proficus & caprificus dicitur. Macrob. Grossos appellauit, quoniam non maturescūt. Dum usus requirit, semina illa ė ficubus, aut minuta grana eximantur, ficaria dicta: Plin. lib. 15. cap. 19. frumēta: Gal. cenchramidas 7. Simpl. appellat. Idem in folijs Phlomidis foeminae, ficus omnino non putrescere testatum reliquit. In caricis melius albae seruantur. Vide si lubet Columel. lib. 12. cap. 15. Ruellium omnē historiam comprehendentē lib. 1. cap. 81. & Caelium Rhodiginum lib. antiquarū lectionum 18. cap. 9. plerasq; obscuras difficultates explicantem. ô deplorandam Carthaginem, quae praepropera, huius fructus maturitate, dolenda occasione, Catonis instinctu, euersa fuit.

Nuclei pini resinati.) *Pinorum piceaeq; fructus Diosc. lib. 1. cap. 74. Pityides appellari dixit, qui in conis reperiuntur: conos autē uocauit totam arboris nucē, quomodo etiam Theoph. & ueteres Graeci in usu habuerūt. Idem ex aliorū assertione, pinū urbanam, alteram syluestrē: & huius in Idaeam siue mōtanam, & maritimam aßignauit 3. Plant. cap. 10. Plin. tantū syluestris & urbanae discrimina edocuit, illa pinaster appellatur lib. 16. cap. 11. Sed sciendum incertam & multiplicem esse piceae historiam, quam docti pro occasione ex autoribus ipsi petant. Reliquis uerò satis nunc sit, ea quae hic recēsuimus intellexisse. Galeni aetas integram nucem pineam, Strobilū uocabat. Porrò quod hic resinati appositum legimus, à resina quam pinus fundit, deductū est, & nihil aliud quàm nucum pinearum nuclei albi, pleni, recentes, repurgati (ab Officinis pineae dictae) intelliguntur.*

Dia

Dia Rhodon Mesuæ.

Rec. Rosarum rubearum, drach. xxx.
Troch. diarrhodon, troch. ex spodio, glycyrrhizæ, ana drach. quatuor.
Garyophyllorum, galliæ moschatæ, triũ santalorum, ana drach. tres.
Spodij, croci, mastiches, ligni aloës, ana drachmas duas.
Asari, spicæ Indicæ, macis, cardamomi, seminum portulacæ, lactucæ, scariolæ, citrulli, melonum, cucumeris, cucurbitæ, margarit. albarũ, Alfelen gemisch, rasuræ eboris, dragaganti, gummi Arabici, ana drach. i.
Caphuræ drachmam mediam.
Moschi scriptulum medium.
Confice cum syrupo rosarum, & aqua rosata.

Dia Rhodon Abbatis Præpositi.

Rec. Santalorum alborum & rubrorum, ana drach. duas, & semissem.
Tragacãthæ, gummi Arabici, spodij, ana scriptulos duos.
Asari, spicæ nardi, mastichæ, cardamomi, croci, xyloaloës, garyophyllorũ, galliæ mosch. anisi, marathri, Cinnamomi, succi Glycyrrhizæ, Rheubarbari, sem. basiliconis, berberorum, scariolæ, seminum portulacæ, pauer. albi, citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitæ, ana scrip. i.
Ossis ex corde cerui, margaritarum, ana scri-
ptulum

ptulum ſemiſſem.

Zacchari candi, roſarum, ana unciam unam, drachmas tres.

Camphoræ grana ſeptem.

Moſchi grana tria, & medium.

Syrupi facti ex aqua roſarũ quantũ ſufficit.

CRONENBVRGIVS.

Compoſitionem hanc ex Præpoſiti iſtius dicto pendentes, mirabile dictu, quantoperè hactenus medicamentarij ſuſpiciant: præſertim magnifica inuentoris Abbatis autoritate eam cõmendante: ac proinde in hunc diem conſtanter, ad unũ omnes eam parant. Sed reuera ab Alexandrino cap. 189. aut quod ueriſimilius mihi uidetur, ex cognomine ſuo Myrepſo Antidoto 94. mutuatus eſt, quamuis Actuarius eandem ſcribat ponderibus paululũ uariantibus. Proinde qui hunc imitandum eſſe arbitrantur, tantũ ubi Præpoſitus ſcript. duos, ipſi drach. duas reponãt: & mox pro ſcript. uno, drach. unã, ac ſolùm ſemen cucumeris ſumant: deinde oßium è corde ceru drach. mediam, continuò in zaccharo, & roſis drach. tres expungant, & camphoræ grana tria accipiant. Atque hæc uera eſt lectio, quam grauis ignorantiæ labes obfuſcauit, & ſeplaſiæ neglexerunt, haud contemnendo periculo. Deſinant ergo quidã barbarorũ hominũ ſcripturas demirari, & prius diſcant quàm doceant. Scripſit inſuper ex Aſclepiade Galenus Collyria Dia rhodon inculpabile, quod etiã à Celſo lib. 6. cap. 6. refertur, magnum, horæum, Terentij, & pleraque alia 4. de Compoſ. phar. ſecundum locos, cap. 7. ac Tralliano lib. 2. cap. 7. Item Paulus lib. 6. cap. 16. quatuor indicat. Nicolaus Alexandrinus cap. 157. Alexander Trallianus li. 11. cap. 1. Catharticum unum, & alterum diarhodonis recitat. Expoſitiones rerum ingredientium partim diximus, partim in

ſequentibus

quentibus dicemus. Ego hic uelut alibi moſchum, galliam, camphoram omitto, tanquam aromata, à quibus plerique non ſapore tantùm, ſed odore penitus abſtinent & metuunt: quæ tamen pro neceßitate ac tolerantia, ſeorſum admiſceo. Interim, quæ per ſe conterenda, & ſimul contundenda ſunt expendo, tandem ſimul commiſceo & repono.

Dia Trion pipereon Meſuæ.

Rec. Trium piperum, ana aureos v.
Zingiberis, thymi, aniſi, ana aureos duos.
Spicæ, ameos, amomi, ana aureum unum.
Caſiæ, ſeminis apij, ſeſeleos, aſari, enulæ ſiccæ, ana aureum medium.

Confice cum melle deſpumato.

CRONENBVRGIVS.

Eſt ex tribus piperibus Antidotum quod dupliciter parare ſolebat Galenus, ſummus ille & unicus in medicina poſt Hippocratem, Phœnix, quemadmodum ſcriptum reliquit octauo Therapeut. methodi, ac quarto Salubriũ, hoc modo:

Dia trion pipereon Galeni ſimpliciſsimum.

Rec. Trium piperum, ana drach. I.
Aniſi Cretici, thymi Attici, zingiberis integri, & non perforati, Ana drachmas octo.

Simpliciſsimum hoc quidem, etiã hoc ipſo magis ſimplex, à quo detractum zingiber eſt.

Compoſitũ ex ijsdem conficitur, uerùm ad cuiuſque trium piperum drachmas quinquaginta, reliquorum cuiuſque ſexdecim drachmarum pondus inijcitur.

Cronenburgius.

CRONENBVRGIVS.

Testatur ibidem ætatis suæ medicos, ammium, seseli, libysticum, heleniũ, nardum, spicam, casiam, & id genus alia immiscere consueuisse: Sed hæc potius, inquit, medicamento sunt subtrahenda. Atque iisdem penitus per omnia uerbis refert Aëtius lib. 9. cap. 24. sed Paulus in ponderibus multum uariat lib. 7. cap. 11. Scribitur etiam ab eodem ex duplici pipere medicamentum longè diuersissimũ, cuius fermè generis est illud Diapipereon Nicolai Alexandrini cap. 205. Oribasius Iuliani Cæsaris Archiatros adijcit nardum, cinnamomum, caruum, hyssopũ, seseli, daucum, petroselinũ, casiam, & thymi comam: cuiusmodi esse uidetur Nicol. Myrepsi Antidoto 117. nam quod præcedit simplex, prorsus ex Galeno perscriptũ est, uelut sequens ex Mesue. Actuarius tãtum lini semen apponit. Porrò Nico. Alex. cap. 169. Dia trion pipereon magnum Galeni aßignat, quod ego hactenus nusquam apud illum in libris ad nos relatis inuenio. Rursus minus, ac Herodi adscriptum cap. 202. primum illud in Antidotario Præpositus recenset, quanquam pro drachmis octo, tantum quatuor: & in reliquis pro unciis drachmas reposuerit. Græcos adumbrant Arabes: siquidem Serapio Tract. 7. cap. 20. Galenum imitatus, in dosi mirificè cæcutit: idẽ mox aliud dißimillimũ, quod ipsum Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 3. sicut etiam Mesue, & transcriptũ à Placentino de Medicinis ca. 9. altera scriptura: prior autẽ à supradictis omnibus uariat. Ego nulla ratione barbaros istos excusari posse existimo, tam apertam culpam, & ex ea facilem criminationem habent, & ostendunt: itaque Galenum sequor. Seplasiarij uerò nos imitari uolentes, admonere debent medicos, ne acrimonia huius decipiantur, dum uulgari more paratũ suspicãtur. Piperis genera omnibus sunt notißima, quamuis historia apud

antiquos

antiquos ſcriptores, obſcura & dubia ſanè fide, repræſentetur, quam noua Luſitanorum nauigatio hoc æuo oſtendit. Galenus candidum reliquis prætulit 8. Simpl. Dioſc. uim feruentiorem nigro tribuit, cui ſubſcribunt Theophraſtus 9. cap. 22. & Plin. 12. cap. 7. Sed hic cõmodum hercle Solini dictionem, ut omnium antiquorum lucule̅tiſsimam, adſcribo, quæ in hæc uerba ſonat cap. 55. Caucaſus Indiæ mons, fronte qua ſoli eſt obuerſus, arbores piperis oſtentat, quas ad Iuniperi ſimilitudinem diuerſos fructus edere aſſeuerant. Eorum qui primus erumpit, uelut corylorum fimbria, dicitur piper longum: quod incorruptum eſt, piper album: quorum cutem rugoſam & torridam calor fecerit, piper nigrum. Neminem legi manifeſtiorem diſcretionem facere. Compoſitio ex Galeni doctrina fieri debet, & quicquid lignoſum eſt circu̅cidi, coma ipſa ſimul cum floribus inijci, deinde omnia arte tuſa ac cribrata in uſum reponi. Aut ſi quiſpiam liquidum ſeruare uolet, is mel optimum curioſe deſpumatum admiſceat. quale autem id eſſe debeat, ſuprà in Mithridatio ſufficienter expoſuimus. Quod uerò tantoperè à Galeno, atque alijs pene uniuerſis ſcriptoribus, in quartana cõſuetum ac comprobatum eſt, ex ſucci cyrenaici, myrrhæ, piperis, foliorum rutæ, ſingulorum partibus æqualibus conſiſtens, Dia pipereon Myrepſo Antidoto 184. inſcribitur.

Solini de pipe

Electuarium ducis Nicolai Alexandrini.

Recip. Aniſi drach. ij. grana xv.
Glycyrrhyzæ, maſtichæ, ana ſcriptulos duos, grana quinq;.
Chamædryos, zingiberis, cinnamomi, galangæ, marathri, carui, ana ſcriptulum unum, grana quindecim.

Xylocasiæ, calaminthi, dauci, pyrethri, piperis albi & longi, cyperi, schœnu anthi, iridis, amomi, folij, asari, ana scriptulum unũ.

Spicæ, croci, gummi Arabici, tragacãthi, sem. anethi, calami arom. cubebæ, garyophyllorum, carpobalsami, ligustici, Iuniperi, Macedonici, sileris, pentaphyllonis, seminum asparagi, citri, radic. acori, semin. ameos, rubeæ Indi, urticæ, Rheupõtici, nucis myristicæ, ligni aloës, seminum basilici, milij solis, saxifragæ, citrulli, melonum, cucumeris, cucurbitæ, scariolæ, petroselini, Been albi & rubri, styracis calam. cardamomi, ana grana quindecim.

Penidiorum unciam mediam, scriptul. duos & semis.

Mellis quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Hoc Antidotum, uerbum ex uerbo, transtulit Præpositus, atq; Arnaldus de Villa noua, Ingredientia superius declarauimus, omißis paucis, quæ huic loco addemus.

Pentaphyllonis.) *Longa est inter scriptores huius controuersia, sed hic cõpendio dicã, ut qui ista legerit, admoneatur eorũ, quæ alij prolixis commentarijs prosequuntur. Quæ itaq; Theophrastus 9. de Plantis, cap. 14. Dioscor. 4. cap. 34. & Plin. 25. cap. 9. de quinquefolio scribunt, ita conuenire herbæ à medicamentarijs paßim sic uocatæ mihi uidentur, ut ouum ouo magis simile, aut dici, aut effigiari non queat: haudquaquam tamen fragaria esse potest pentaphyllon, quoniam illa tria tantum folia producit, unde trifoliorum generibus à plerisque annumeratur, & candidum florem*

rem edit: hoc autē folia quinq;, florem'q; ex cādido pallescē-tem, auri æmulum. Nascitur in riguis, campestribus, & aquarum ductibus. Radicem habet subrubram, oblōgam, ueratro nigro crassiorē. Musa Brasauolus in dijudicando pentaphyllo ambiguus, seni suo in eius locum tormentillam omnino colligendam esse præcipit, Hermolai & Manardi opinionem secutus, quibus equidem subscribere non possum, cùm tormentilla septem folia proferat, non quina: & radices breues, strumosas, globi'q; instar compactas, prorsus dissimiles à pentaphyllo. Tragus huius quatuor genera deliniat Tomo 1. cap. 172. similiter in clariss. commentarijs suis super Dioscoridē Matthiolus Senensis, doctissimus hac ætate medicus. Non desunt qui tormentillam bistortæ adscribant, quòd opinor non tam facie quàm uiribus conueniant. Perniciosus est Arabū in recensendis tormentillæ facultatibus error, cuius obiter hic admonere illorū studiosos oportuit. Germanicè Pētaphyllon Fünffblat dicitur, Gal. Quintefueille, Ital. Cinquefoglio.

Sem. Asparagi.) Diosco. duo eius genera facit, altile siue hortense unū: agreste, quod ueteribus Corruda dicebatur: alterū, lib. 2. cap. 118. descriptū Theophrasto lib. 6. Plāt. cap. 3. Hoc Columella ita à rusticis uocatū tradidit. Varro ab asperitate dictū autumat: Atheniēses Asparangū pronūciant, ut Gal. refert. Plin. tria mihi genera constituere uidetur lib. 19. cap. 8. dū ait: Est & aliud quoddā genus Asparago incultius, mitius Corruda, passim etiā in mōtibus nascēs, refertis superioris Germaniæ cāpis, nō inscito Tiberij Cæsaris dicto, herbā ibi quandā nasci, simillimā asparago. Sic ille. Insula est in Rheno prope Cōfluentiā, quā cœnobitæ dupliciter se Canonicos appellantes, occupāt, quæ Corrudam copiosissimā profert, adeò excellenter probam, ut altili mul-

tò ſit ſapidior & ſuauior : Illinc *trãnslata, toroſior fit, cùm excreſcit, cœpitq; nũc paßim hortos elegantibus baccis exornare.* Coliculi *eius teneriores, ſale, oleo, & aceto conditi, in gulæ uoluptatẽ, magnatũ cœnis, tã expetuntur, ut nõ modò primas, ſaporis cauſa, uerùm & ſucci bonitate, inter acetaria ferant: ſed longã coctionẽ reſpuunt, alioqui in uiſcidum lentorẽ tabeſcunt.* Vnde *ſuſpicor,* Suetonius, Auguſtũ *ſubinde dicere ſolitũ, refert,* Citius *quàm aſparagi coquuntur, ad ſignificandã feſtinatæ rei uelocitatẽ.* Idem *ante alios cibos aſſumpti, urinã pellũt, & odorẽ ſuũ, ad ueſicã, cũ urina, mirabile dictu, tranſmittunt, cùm id quidẽ olera, herbæq; multo potẽtius urinã cientes, minimè faciant.* Omnes *præterea turiones recẽtes, priuſquã in folia explicãtur,* Aſparagi *nomine intelligũtur, quod indicat* Gal.2. Alimẽ. & Paulus *lib.1.* Officinis & *medicaſtris* Sparagus *dici conſueuit,* Germ. Spargen, Gal. Eſparge. Ital. Aſparago.

Rubeæ Indi.) *Hic nihil aliud autorem intelligere arbitror, quàm* Rubiam, *à* Dioſcoride Erythrodanum, *de quo alibi explicuimus.*

Milij ſolis.) A Dioſc. Lithoſpermõ, *id eſt, lapidoſum ſemen, lib.3.cap.135. ſic dictũ Græcis, quòd ſemina lapideam duritiam obtineant: Serapione cap. Simpl.67.* Culb.1. Miliũ *ſolis, quod etiam Simon* Genuenſis *annotauit.* Inter *omnes herbas, teſte* Plinio *27.cap.11. hac nihil eſt mirabilius.* In *ſatiuum & ſylueſtre partitur* Fuchſius *: in maius & minus* Matthiolus, *materno ſermone noſtro* Sõnenkorn, Germanico Meerhirſs. Gall. Gremil, ou herbe aux perles. Ital. Lithoſpermo.

Saxifragæ.) *Si uſpiã alibi, hic* Delio *natatore mihi opus eſt, in explicanda* Saxifragiarum *hiſtoria: nã præter id, quòd admodũ confuſe atq; indiſtinctim eã pingãt ſcriptores omnes,*

omnes, tũ insuper ancipiti calamo, ac penitus inuicẽ discre-
pante nobis tradũt, ut mittã tanquã spuriũ hoc Diosco. ca-
put plerisq; arbitrarier: unde in Ruelly uersione omissum
est, quod nõ refugit Marcellus Virgilius lib. 4. cap. 17. Bra-
sauolus ac Matthiolus cõtrà admittunt; adeo sunt diuersæ
hominũ opiniones. Plin. 22. cap. 21. nõ quòd in saxis crescat
appellatũ Romanis credit, sed quoniã calculos frangat, & è
corpore pellat, nostrũ uocatũ Capillum Veneris, siue Rutã
muralem, eo nomine designat, testẽ habeo Ruelliũ 3. de Stir-
pibus, cap. 85. & 133. ubi saxifragi facie, eandẽ quã dixi her-
bam repræsentat. Sunt qui Empetron, aut Calcifragã dicãt,
sed de hac nihil definiã, ne dictionis utriusq; uicinitas erro-
rẽ pariat: dabitur opinor aliàs opportunior explicandi oc-
casio. Otho Brunfelsius, & Iacobus Manlius triũ generum
statuũt, sed nõ explicãt. Ruellius herbarios, & Galliæ Offi-
cinas, Seseli Maßiliensi maioris Saxifragiæ uocabulũ dona-
re asserit, cap. 42. lib. 3. Leonhartus Fuchsius Saxifragũ pin-
gẽs nostrũ capillũ Veneris, Germ. Venus har. Gal. Che
ueux de Venus. Ital. Capil Venere: aut Maur-
rauten, quasi dicas Rutam murariã. Gal. Rõpepier-
re, Ital. Sassifragia, aßignat, cui nos cõfidenter subscri-
bimus: atq; alibi Saxifragam albã seorsum ostendit, Germa.
Weisz Steinbrech: Gal. Saxifrage, ou espece
de bassinet blanc, Ital. Sassifragia biãca. copiosè
nascitur ad longum miliare Colonia, Bonnam uersus locis
incultis. Tragus Beuernellã intelligit li. 1. cap. 156. Nec clam
me est Seplasiarios Brabantiæ, & Hollandiæ, herbam planè
à superiori dißimilem facie Pimpinellæ, pro Saxifraga usur
pare, cuius discrimen hoc uersiculo internoscunt:

Pimpinella pilos, saxifraga non habet illos.

Nihil certius quàm hanc singulari potentia, calculos re-

num confringere, uelut etiam Ruta muralis, quā quidem facultatem plerisque alijs herbis iure attribuere possemus, sicut Gal. ad Pisonē, & lib. 5. Sanitatis tuendæ, Betonicæ, unde Syluius eam Saxifrages nomine dignatus est. Nec silentio prætereundum, Colonienses Officinas aliam herbā Cancri cognomine (de qua nono horum libro) pro sola Saxifraga cognoscere, soli experientiæ innitentes, ut quæ potenter calculos cōminuat. Nihil amplius imprœsentiarū dicere uolo: satis itaq; sit legētibus, atq; bonos autores expēdentibus, nostram istā diligentiā monstrasse: & quando quis hanc cōpositionem parare uolet, medici consiliū & censurā exploret. Quòd circa finē penidia atque mel addūtur, iamdudum tabernis publicis neglecta sunt, ut quæ nunc absque zaccharo & melle Antidotū reponant. Hic, si unquā aliàs, certè diligentißimè laborādū, ut aromata exquisitißimo cribro discutiantur: itidē in Electuario Licon Tripon faciendum.

Electuarium ex baccis Lauri Rhaze.

Recip. Foliorum rutæ drach. decem.
Ammeos, cymini, nigellæ, libystici, origani, carui, amygdalarū amara. repurgatarū, melanopiperis, macropiperis mentastri, dauci, acori, * baccarum lauri, castorei, ana drac. ij.
Sagapeni drachmas quatuor.
Opopanacis drachmas tres.
Aequali mellis puri pondere excipiuntur.

** Placētinus drachmas quatuor scripsit.*

CRONENBVRGIVS.

Ex Arabum schola Rhazes hanc confecturam indicauit 9. ad Almansorem cap. 71. Guilhelmus Placentinus cap. 6. de Medicinis cōpositis, loco cymini amomū scripsit, ac Sagapenum omisit. Suadeo tamen Rhazam imitandum. Gummi

præstat

præſtat melle expumato diſſoluere, & ſi opus eſt, colare. Laurus Græcis Daphnis, fructus eius daphnides & daphnococci, quibus nihil noſtri tẽporis hominibus uulgarius habetur. Ii in eclegmate triti, cum melle uel paſſo, ad diuerſa corporis uitia ueteribus exhibebantur, monſtrante Dioſcoride lib. 1. cap. 90. qui foliorum latitudine & tenuitate laurum diſtinguit. Plin. 15. cap. 30. tredecim eius genera recẽſet. Ad nos bini diuerſa ſpecie fructus, nempe oblongi ac rotundi aliunde conuehuntur, quippe aſperum Germaniæ noſtræ frigidumq; aërem aſpernatur. In Italia familiaris eſt adeò, ut iſtic pontificum, nobilium, cœnobiorum limina, domos & hortos, topiaria elegantia exornet, & fragrantia oblectet. Sola à fulmine nõ icitur, quod præter Plinium & alios Lippius poëta hoc carmine cecinit:

Miſſa triumphalem non tangunt fulmina laurum,
Cingant belligeri tempora læta duces.

Vnde etiã Tiberius Cæſar laurea corona cingi uoluit, ita in eiuſdem uita prodente Suetonio. Totam hiſtoriã narrat Conſtantinus 11. cap. 3. Germ. ein Lorbeerbaum. Gal. Laurier, Ital. Lauro. Quid uerò ſit Laurus tacita & crepitans, doctiſsimè inter alia explicat Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 7. Alia alibi explicuimus, Idcirco operæpretium facturus non ſum, ſi hic rurſus eadem denarrẽ: omnia enim in omnibus locis dicere, nugatoris eſt potius quàm doctoris. Quantum ad totam conſtructionem, ego inſtar pulueris abſque melle ſeruo: ac opoponacum ſerapinumq; propter graueolentiam ſubinde intermitto.

Electuarium è Gemmis Meſuæ.

Recip. Margaritarum drach.* duas. * iij drach.
Fragmentorum ſapphiri, hyacinthi, ſardinis, tres.

granatorum, ſmaragdi, ana drachmã unam & ſemiſſem.
Zedoariæ, doronici, corticũ citri, macis, Sem. Alfeleniemiſck, ana drach. duas.
Coralliorum rubrorum, charabæ, limaturæ eboris ana drachmæ unius partes duas, id eſt, ſcriptulos duos.
Been albi & rubri, garyophyllorum, zingiberis, piperis lõgi, ſpicæ, folij croci, heyl, id eſt, cardamomi minoris, ana drachmam unam.
Trochiſ. diarhodon, ligni aloës, ana drach. v.
Cinnamomi, galãgæ, zurumbet, ana drachm. unam, & mediam.
Foliorum auri & argenti, ana aureum mediũ, id eſt, ſcriptu. duos, grana quinq;.
Moſchi drachmam mediam.
Ambræ drachmas duas.

Confice melle emblicorum, & colatura Geneliabin de roſis, partibus æqualibus.

CRONENBVRGIVS.

Sunt qui initio huius electuarij mendam ſuſpicentur, idq; ſe ex uetuſtiſsimis manuſcriptis exemplaribus deprehẽdiſſe, ac pro drach. duabus margaritarum, legẽdum eſſe drach. tres, ſed neutrius ſententiam impugno, cum ſi error ſit, leuis haberi debeat. Tantùm nunc enarrationem ingredientium ſubſcribam.

Gemmarũ nutricẽ omniũ maximẽ Indiã eſſe, uno ore ueteres affirmãt, quod nemo ſuffragante nunc frequẽti iſthinc aduectura diffitetur. Multis modis inueniuntur, uel ſua ſpõte nudæ, uel ex arenis lotis eruuntur, uel è mõtibus effodiuntur. Ornant potiſsimũ regum, atq; illuſtriũ uirorũ pariter

tc fœminarum capita, pectora & digitos. Nostra insuper superstitio diuorum monumentis, eorundemq; imaginibus apponere quoque uoluit. Atque opulēti aliquot neutiquam nobilitati cedentes, magnam huic ornamēto pecuniam impēdunt. Quibus uerò modis gemmæ adulterētur, ac rationes internoscēdi ueras à falsis, disertißimè exponit Georg. Agricola 6. de Natura foßil. pag. 279. & sequenti. Harum in Antidotis usum antiquis fuisse Manardus, & cum eo plures denegāt, sed diuersum ego sentio (ut cum bona sua, suorumq; sequaciū uenia dixerim) siquidem Diosc. Galenus, Paul. & pleriq; alij celebratißimi nominis medici, eas potas scorpionū ictibus opitulari scribūt, perinde ac intestinis exulceratis, multisq; alijs corporū malis, multorumq; generum uenenis. Serapiō mineraliū c. 384. Auerroës 5. Colliget, & Auenzoar c. de Dysenteria, & tota adeò Arabum cohors, ad similes affectus usurpat. Interim uerisimile est, difficulter à natura in nutrimentū uerti, teste Philosophorū principe Aristotele, Problem. 42. inquiens: Aës & argentum, ac talia indigestibilia quidem sunt, ab animalium caliditate. Nihilo tamen minus usu comprobatum est, illiusmodi lapillos, proprietate totius substātiæ, cor fouere, à ueneno tueri, spiritus illustres facere, ac pestilentiæ uim malignam abigere. Magicas illas uanitates gemmis inesse creditas, ceu somnia quædam contemnenda arbitror. Venio nunc particulariter ad gemmas hanc compositionem ingredientes, ubi Sapphirus primū locū obtinet: qui si legitimus haberi debeat, cœrulei coloris uisitur, aureis punctis collucens, perquàm translucidi, si Plinio credimus li. 37. c. 9. Atqui nostri usus Sapphirus, eiusmodi punctos nō habet, sed solus gemmarū cyanus, unde quis cyanū gēmā existimare, aut Pliniū erroris insimulare poßit, quòd promiscuè de utroque scripserit. Solinus etiam

n 5 perpe

perperàm cap.33. hyacintho tribuit, quæ sapphiro debentur. Hic *uerò cogitandum, uulgaris usus lapillum, adulterinum esse: nam uix dici potest, quãta sit mangonum hodi astutia, & castiganda solertia, quia autore* Plinio *37. cap 12. nulla fraus uitæ est lucrosior gemmis.* Oportet *itaque necessarias usui medico gemmas, ad* Lydium *lapidẽ, aut supra coticulam explorare, ac peritos bonæq; fidei gemmarios in consilium adsciscere, si omnem imposturã effugere quis uolet.* Sed *quãdo huc peruenerimus, ubi pretiosorum lapidum* Officinis *frequenter expetitorum differentiam explicare sit operæpretium, non potui ea nõ adscribere, quæ ad præsens institutum conferre sum arbitratus.* Quatuor *itaque modis factitij à ueris discernuntur: pondere, quia illi plerunque leues, hi graues, si smaragdum excipiamus.* Ad *hæc naturalium nullus tolerat limam, præter smaragdum, & topaziõ.* Amplius *quò diutius naturalem cõtempleris, eò magis oblectat, pascensq; oculos nequaquã satiat, diuersum fit in factitio.* Postremùm *legitimi igne certißimo iudice illæsi persistunt, alij omnes lituras accipiunt, aut corrumpuntur.* Et *hæc hactenus: ad* Mesuen *redeo, ubi in dictionis processu hyacinthi meminit.* Iste *lapillus rubro fulgore splendescit, aut uiolaceo fulgore dilutus est, ut* Plinius *ait lib. 37. cap. 9.* Iuniores *hunc in tres species distribuunt: primam uocant* Granatum. *& hic est* Chrysolitus: *alteram appellant* Citrinum, *qui etiã* Chrysolitus *habetur,* Germ. ein Hyacinct, Gall. Chrysolite. *Ital.* Chrysolito. Tertiam, Venetum: *& iste cyanus est.* Consulant *lectores* Georg. Agricolã *6.* Nat. *foßilium, pag. 294.* Is *hyacinthum interpretatur* ein Ethiopischer: Meisznischer, oder Behemischer Ametist. *id est,* Athiopicus, Misnicus, *aut* Bohemicus Amethystus. De *eiusdem nominis her-*

a hic nihil refero, sed eam noscere cupientes, ad simplicium scriptores mitto: flores cùm primis sunt in delitijs, quia primi Martio mẽse Ver denunciãt: Germ. Mertzenblũm.

Sardinis.) Eius multiplices enumerãs species Plinius li. 37. c. 6. gemmam asserit, candorem in Sarda habentem, hoc est, uelut carnibus ungue hominis imposito, & utroque trãslucido. id non ignorauit Marbodeus Gallus, dum ait: Quiq; naturæ carnis par esse uidetur. Manardus hodie Carneolũ uocari credit: similiter Aloisius Mundella episto. medic. 4. Est nunc uulgaris notitiæ. Laudatißima rubet multùm, & perspicua cernitur: minus probatur, cui rubor obscurus, siue dilutus. Quãti olim hæc gẽma sit habita, Polycratis Samiæ insulæ tyranni temeraria fœlicitas ostendit, quam Plin. 37. c. 1. memorat: attamen Herodotus Smaragdum fuisse tradit. Solinus ex Arabiæ littoris sinu, Polycrati Regi aduectã gemmam testatur, quæ prima in orbe suo luxuriæ facem excitauit, cap. 36.

Granatorum.) Quidã carbunculi appellatione granatos nostros cõplectuntur, dubito autẽ an uerum id sit: siquidem carbunculus, testante Alberto, lapis cẽsetur omniũ pretiosißimus, & aliorum cõparatione, uelut aurum ad metalla. Aristoteles uocat eum Gnomonem, sigillum, & gemmarum regulam. Is lapillis omnibus sui formam imprimit, atque interim non læditur. Sed quoniã apud gemmarios uulgaris hæc gemma neque dignitatem, neque precium habet, ideo quoque legitimam esse nego, sed primam hyacinthi speciem, ut paulò antè diximus: quãuis Georgius Agricola inter carbũculos numeret, & carchedonij uoce manifestet: Aspectus est nigrioris, quàm amethystus. In emporijs aut à gẽmarijs facilè habentur, atq; pro Rubinis uti licebit. Tractat de ijs copiose Plin. lib. 37. toto 7. cap. Venio nũc ad

ad ſmaragdos. Soli hi gemmarum, ut inquit Plinius, inter reliqua eius miracula li. 37. c. 5. & Solinus in Polyhiſtore c. 20. contuitu oculos implent, nec ſatiãt. Duodecim genera produntur, qui ex Scythia adferuntur, cæteris eſt honor & gratia maior. In horum penuria Iaſpidem uirẽtem ſupponito, quoniã pares fermé uires Smaragdo edit, ſicut Galenus nono ſimplicium, & Dioſcorides 5. c. 93. memoriæ prodiderũt optimi ac probatiſsimi, uiriditatem iucundiſsimé non modò ſplendentẽ, ſed etiam ex liquido translucentẽ retinentes. Idẽ dicitur Limoniates, ut Plinio uidetur. Hic non poſſum non adſcribere, quas natura dotes habeat, referente ſic ad uerbũ doctiſs. Georg. Agric. 6. de Nat. foſsil. pag. 289. Smaragdo motus obſcœnæ uoluptatis ualde eſt pernicioſus. ſiue enim mas, ſiue fœmina, dũ cõmiſcent corpora, ſic eũ geſtet, uel in annulo, ut contingat cutem, diſrumpitur. At cum comitiali morbo, tanquam cum hoſte capitali ita pugnat, ut uel ipſe uincat uim morbi minorem, uel à maiori uincatur. Illo modo manet integer & ſolidus, hoc in aliquot frangitur partes. Itaque reges & diuites eum de collo puerorũ ſuſpendentes, & geſtantes in annulo ſæpius periclitantur, ſi poſsint illius uiribus pellere horrendum iſtum morbum. Quidã Arabum doctrinam imitantes, aduerſus putridas ac malignas febres, miré hanc gemmam prædicant, quos longa, & non minus erudita epiſtola inſignis philoſophus, & clariſsimus ætatis noſtræ medicus Aloiſius Mundella Brixienſis cõuincit. Hoc loco unicé cauendum, ne uiridis marmoris fruſtis, aut cryſtallo falſario illudamur. Quem plura de eo delectãt, ad Albertum lib. 2. c. 17. & Iſidorum 14. cap. 3. confugiat. Germanicé ein Smaragd. Gall. Eſmeraude, Ital. Smeraldo. Cæterum omnes iſti lapilli ſeparatim ab Aromatis, ſummo ſtudio atteri & friari debent ſuper lapidem marmoreum

eum Porphyriũ uulgò dictũ, affusa pauca aqua rosarum, aut buglossæ, & nequaquam in mortarijs æneis, nisi ægros maximo discrimine exponere uelimus. Porrò quos hodie Pharmacopolarum uulgus in Officinis suis seruat lapillos pretiosos, à pretio nomen habere debent minimè: quoniam cùm magno indigni sint, ideo paruo æstimãtur. Conuenit itaque emptio merci, quippe inutilis negligendaq; merx, magno conferri nõ debet. Sed reuera sic bonorum medicorum opinioni, non sine decumbentium noxa imponitur, ut taceam eorundem existimationi plurimum hoc dolo decedere. Vt autem utrisque rectè fiat, admonendus est cum ciuilitate Medicus, ne id uitrorũ genus (ut ferè nihil aliud sunt) ægrotis suis præscribat: deinde laborandum ut æger appetere desinat: nisi alia ratione potius uitiũ corrigere, atq; errori succurrere uelint medicamẽtarij institores. quod illis non erit difficile, cùm à gemmas tractantibus tolerabili emptione, præsegmina aut minutißimas gemmarum micas (quibus illi ad ornatus gratiam uti nequeunt) habere queant: & cupido emptori iustum earundem pretium indicare, & soluere negantibus subtrahere. Etenim eo modo medicorum uoluntati simul ac ægrorum neceßitati fiet satis, de quorum utroque admodum esse sollicitum Seplasiarium decet.

Doronigi.) Quanquã ita in uulgatis codicibus legatur, tamẽ Doronicum rectius. Suspicatus sum aliquando ob uocis uicinitatem Dioscoridis Dorycnion esse, sed scripturam expendens, suspicionem protinus mutaui. De hoc nusquam apud uetustos Græcos. Vnus Actuarius, quod equidẽ memini, Doronicũ, id est, carnabadium, & zarnabi habet. Serapion cap. Simpl. suorum 335. Haronigi. Certè conferenti mihi Mauritanorum compositiones in doronico, cum recẽtiorum Græcorum atque eorũdem sectatorum Carnabadio,

uel Carnabo, eandem omnino rem ſcribere uidentur. Officinæ Romani cognomine proſtituũt. Ruellius lib. de Sirpib. 1. c. 29. et 3. c. 36. à Paulo Mamiras uocari credit: olim fucatæ, nũc ueræ oſtẽduntur ex Alexãdria Aegypti. Inſuper copioſe effodiuntur in comitatu Vueidẽſi, haud procul à Rheno, in ſyluula, zum Lõgen uocata, inter Heimbach et Rõmersdorff, ſed uiribus inferiores.

Sem. Alfeleniemiſck.) Id eſt, ocimi, nẽpe baſiliconis nobiliſs. Nulli dubiũ quin Arabica hæc dictio ſit, de qua multi multa cõmentantur. Serapion cap. Simpl. ſuorum 156. Berengemiſch ſcribit, quod interpres ozimũ garyophyllatũ uertit: & cõtinuo c. ozimũ non garyophyllatum tradit. Nobis ſatis erit baſiliconis eximie redolẽtis ſemẽ hic inijcere, quod in roborandis cordis uiribus celebre habetur apud Arabes, & eorũ imitatores: quapropter in iſto Electuario additur. Porrò qua ratione ozimum in ſerpyllum tranſeat, exponit Theophraſtus de Cauſis Plantarum 5. cap. 8.

Coralliorum rubrorũ.) Rubrum ac nigrũ Dioſc. 5. c. 86. memorat, quibuſdã lithodendron, quaſi lapis arboreus: etenim in mari ad promontoria ex ſucco lapideſcẽte cõcreſcit. Plin. lib. 32. c. 2. Solinus in Polyhiſt. c. 8. & Georg. Agricola ad finẽ 4. lib. de Natura foßiliũ, quomodo & quibus locis naſcatur, edocẽt. Auicenna c. 124. 2. Tract. in albũ, nigrum, & rubrum rectè diſtinguit, quamuis alij atq; alij intermiſti colores intercurſent. Omnium laudatißimũ eſt colore florido, rubens, frangibile, odorem fuci marini ſiue algæ habens, quàm ramoſißimum, forma fruticis. Simpliciter ſcriptum de eiuſmodi intelligitur, quod ſtudioßimè conteri debet, ut paulò ſuperius de gẽmis admonui. Albũ probatur, rubro leuius, rarius, & ſpõgiarum inſtar inane. Eius hiſtoriã elegãter ac ſuauiter pingit Ouidius 4. Metamorph. Pingit itẽ Marbodeus

eus c.20. Quod uerò nunc paßim in Tabernis uenale expo
itur, tam alienum est à genuino, quàm ignauus asinus à ge-
eroso equo est dißimilis, quippe scabrosum uidetur, lapi-
leum, totum inane, concauum, & lacunosum.

Been albi & rubri.) Quod hic & alibi ab Arabi-
bus medicis, & eorum sectatoribus, Beē appellatione uenit,
diuersum est ab eorundē, atque etiā Græcorū Myrobalano,
quam insuper balanum myrepsicam siue unguentariā ijdem
Græci appellant, quod diligenter ac luculēter ostēdit Ianus
Cornarius in Gal. per locos lib. 5. ex quo coniunctas myroba
lanorū uoces & significationes discere uolētes poßunt. Lō-
gior ego fuerim, si omnia quæ tam multis locis de ijs dicta
sunt, coaceruare hoc loco cogitē. Interim cognoscere opor-
tet, Græcorum balanū myrepsicam, & Arabum, diuersam
esse, si eidem scriptori credimus: quanquam alij plures longè
aliter sentiant: quia, Mesue autore, c. 12. simp. formā triangu
lam habet, auellanæ magnitudinē, medullam intus leuem &
unctuosam, uires uomitorias simul ac deiectorias. Hic palàm
conuincuntur, qui cataputiam constituunt. Putat Cor-
narius nucem moschatam nostram non esse alterius gene-
ris, quàm myrobalanorum Græcorum, fortè quæ Galeno
Chrysobalanus uocatur: sed eius sententiam euertit, cine-
reus color, acutus ori sapor, & quòd myristicæ nucis nus-
quam meminerint ueteres Græci. Actuarij interpres in An-
tidoto Dia moschu, loco been albi & rubri, hermodactylū
candidum, & puniceum substituit, quod etiam facit My-
repsus prima Antidoto & 30. sed non probo (nisi aliam ipsi
rem intelligant) quādo utriusque usus letalē uim obtineat,
atq; hic cor roborantia expectātur. Sunt qui ben, behem, &
behen legant: sed scribant & legant quomodocūque uelint,
ego uehemēter dubito, an eæ radices, quæ nūc ubique à me-
dicamen

dicamentarijs in Antidota assumuntur, ueræ ac genuin
sint, cum prorsus inodoræ atque inefficaces habeantur. D
ligendæ saltem ex ijs (quando aliter fieri non poßit) firm
& quàm maximè recentes, aut quod malim, Pentaphyllo
nis ac Pimpinellæ, aut ex Hali Abbatis doctrina, syluestri
pastinacæ radices substituendæ erunt. Vtinam eam adhu
superi felicitatem largiantur, qua mihi liceat apud herba
riæ medicinæ peritum tamdiu agere, donec in eiusmodi do
ctrina integrè erudirer: Certè me non puderet uel in extre
ma senecta discere, quod sapientiæ titulo turgidos quosdam
refugere scio, apud quos celebrius habetur mendaciter redo
cta retinere, quàm mediocrem diligentiam, ad ueritatē con-
sequendam impendere. Nec solo mendacio & inscitia con-
tēti, sed malitiā eidem adijciētes, in bonos uiros rabie qua-
dam insaniunt: ita demum & calamitosam ignorantiam, &
detestandam inuidiam prostituentes, dum studiosos atq; in-
dustrios medicinæ nouæ hæreticos appellant, præsertim si
exactam simplicium cognitionem iamdiu collapsam & ne-
glectam, ad Diosc. ac Galeni doctrinā (qui reliquos omnes ab
omnibus iure superasse credūtur) peruestigare atq; restitue
re in integrū conātur: quod haud segniter, sed benè feliciter
facit D. Ioānes Echtius Medicus eximius, apparato desti-
natoq;, ad huiusmodi institutū, horto spatioso, quē exoticis
elegantibusq; herbis iamdudum Coloniæ instruxit. Etenim
id est uiri huius propositū, ut nihil ad artis medicinæ sum-
mam neceßitatem, & absolutam exercitationē prætermit-
tere uelit. Quapropter quotannis magno labore, atque ære
ex Italia, Gallia, Anglia, & uniuersa Germania, peregrina
semina conquirit, ut quod hactenus ambiguū, et minus oris
nostris intellectum fuit, liquidò ac uiua facie cognoscatur.
Nec me quispiam istiusmodi, ad animi fauorem, aut affectus
obsequium

obsequium dicere arbitretur, cùm idem omnes, quibus innotuit, sedulò testificabuntur. Proinde mihi quoque est charissimus & studiorum dulcissimus comes: nam facit quod paucissimi solent homines, cùm honorem suum, & artis opera mecum partiatur, seruetq; incredibilem fidei constantiam, quæ omnem amicitiam perennem facit: Estq; hæc adeò mihi mentio suauissima, in quam sermonis ductu, & occasione ita ferente incidi, quò omnis posteritas (modò dexter aliquis huic sit labori genius) beneuolum simul ac consentientem inter nos animum, ac præclaram Echtij eruditionem agnoscat prædicetq;.

Zurumbet.) In dubium hæc uox distrahitur, quoniam Serapion cap. Simpl. 271. ex autoritate Isach, proceram arborem in Oriente enascentem: Auicenna cap. 747. lib. 2. herbam definit. Christophorus de honestis, Zurumbeth cum aspiratione, aut sine ea scriptũ disiungit. Quid autem reuera sit, ad finem Dianthos aperuimus, nimirũ quod Græci Arnabo, Auicenna cap. Simpl. 749. Zarnabo. Non puto apud nos inueniri. Falluntur qui zedoariam existiment, uelut ex utriusq; historia palàm fit, tametsi non negauerim in Zurũbet penuria aut inscitia, zedoariã tutò posse accipi, uelut quoq; cassiam, siue cubebas, Serapionis testimonio fretus.

Foliorum auri & argenti.) Aurum metallorũ omnium præstantissimum pretiosissimumq; est. Illi puro color est fuluus, nitor præcellẽs, maximè polito, natura singularis & eximia. Igni liquescit & funditur, nihilq; de magnitudine sua deponit, argento mollius. Plinius argentum gigni purũ negat, sed isti omnes Germaniæ metallici reclamant. Manardus utrunq; non nisi ad decorem, & ostentationẽ putat conducere, ac Mundella neutrum cordi lætitiam adferre credit, prima epist. Si quis tamẽ uti uolet ad cordis affectus animiq;

mœrores pellendos, sumere licebit auri & argenti malleati siue laminati (quale nunc malleis quidam cudentes in papyraceis libellis instar subtilissimorum foliorum reponunt) uel tenuissimè supra porphyrium lapidem læuigati, quantum su præscriptum pondus requirit, quanquam longè efficacissimũ arte chymica solutum, ac potabile exhiberetur. Consulantur medici, & monetarij probi. Ego paucissimos, aut potius nullos esse arbitror, qui aurum & argentum purum putum (cuius meminit Gell. lib. Noct. Atti. 6. cap. 5.) uidelicet excoctum omniq; aliena materia carens, & prorsus emaculatum, attamen ad plenam puritatẽ exactum (cuiusmodi Zenodotus Colophoniũ iudicat) hic usurpẽt, cùm id uix monetariorũ unus orbe nostro agnoscat aut tractet. Vtrũq; quò mollius, eò pulchrius pronũciauit Plinius 33. cap. 6. quod hodierna ætas auaritia plenissima (ut quæ infinita atq; insatiabilis sit, neq; copia neq; inopia minuatur) retinet & probat. Hic si auri rationẽ quis subducat, scriptulos duos, & grana quinq;, triginta duorum stuferorum Brabanticorum pretium postulare comperiet, excepto argento. Budæus auri unciam, sedecim Francicos, & octo solidos ac semissẽ ualere dixit 3. lib. de Asse, taxatq; pro ea summa, nouem solatos aureos. Moschum & ambram pleriq; intermittunt, quoniam cerebrum feriunt, & dolorem capitis inducunt. qui uerò nullã inde noxam sentiunt, & quando affectus postulat, tunc pro necessitate admisceri possunt, ex medici consilio. Præterea per se terantur margaritæ, lapides, & corallium exactissimè, ut etiam attritum digitorum fallant. Reponitur hoc æuo absque melle Electuarium, ueluti eiusdem generis omnia.

Electuarium lætificans Nicolai Alex.

℞. Melissæ, corticum citri, garyophyllorũ,

gallię

galliæ mosch. mastiches, croci, cinnamomi, nucis moschat. cardamomi, neheremisch. *been albi & rubri, zedoariæ, doronici, sem. ozimi maior. ozimi garyophyllati, ana unciam mediam. * Succedanea accipiātur.
Moschi quantū est decima pars unius drach.
Deinde sumantur chebularum numero xx.
Emblicarum triginta.

Contusa coquantur in tribus libris aquæ, donec ad unam redeāt, colētur: In colatura mittatur libra una mellis, ac simul bulliant ad mellis cōsistentiā: postremò addātur species.

Electuarium lætitiæ Galeni, quod refert Præpositus.

Rec. Succi pomorum dulcium odoratorum, succi cydoniorum arom. uini ueteris, succi boraginis, florum basiliconis, aut seminis eius, croci, zedoariæ, xylobalsami, garyophyllorum, corticum citri, galangæ, macis, nucis moschatæ, styracis calam. ana drach. duas, & semissem.
Ambræ, moschi, camphoræ, ana drachmam mediam.
Anisi, rasuræ eboris, thymi, epithymi, ana drachmam unam.
Margaritarum, osis è corde cerui, ana drachmam mediam.
Limaturæ auri, & argenti, ana scriptulum medium.
Zacchari albi quod sufficit. Fiat Electuarium.

CRONENBVRGIVS.

Priorem descriptionem habēt usuales codices, autore Præposito, sed quam ex Alexādrino cognomine suo transcripsit Rhaza nono ad Almansorem, cap. 13. de Melancholia similem prorsus tradit, dissimilem Mesue in Antidotario, titulo Electuarij Sarbotheng, quam penè recenset Rhazes 5. Continentis: Et rursus non multum dissimilem cap. de Cura Maniæ, ac melancholiæ sanguineæ. Et amplius aliam Villanouanus lib. 2. Breuiarij, cap. 25. Ego equidem Alexandrini compositionem præstantiorem & minus corruptam arbitror, ac retinendam esse suadeo, ut quæ grauiter olentia siue fœtentia tam abundanter non recipiat, quæ iam nunc homines fastidire, atq; odisse cœperūt: Et promptius absq; succis, moscho, chebulis, ac melle retineri potest. Posterior autem unde Galeni uocetur, non possum conijcere, siquidem hic zedoariam, galangam, macim, nucem moschatam, ambram, moschum, camphoram, & ossa è corde cerui non nouit: neque margaritas, aurum, argentum, aut zaccharum suo tempore quisquam usurpabat. Credo itaq; eadem inscitia, qua pleraq; alia, hanc quoq; eidem ascriptam fuisse. Porrò qui priorem suscipiendam suadent, animaduertant.

Neheremisch.) Interpres Auerrois 5. Colliget, & Auicennæ ad finem Antidotarij sui, Arculanus cap. de Melancholia, Matthæus Syluaticus, Montagnana, Petrus de Ebano exponunt Rosam asini, aut semen eius, id deinde pæoniam interpretantur. Ego autem nusquam legi, hanc corroborare, aut melancholiā purgare: proinde malim aliud simplex accipere, quod plus rationi medicæ innitatur, qualia censentur garyophylli, lignum aloēs, macis, flores buglossæ, aut rorismarini, aut similia: quamuis tamen Andreæ Vesalio cap. supradicto in Rhaza, ex ueteri lectione, Neheremisch,

pæoniam

æoniam uertere placuerit. Suaserim omnino radices dictamni uulgaris subdendas.

Seminis ozimi maioris, & garyophyllati.) *Hic intellige semen utriusque Basilici, nobilißimi, & minus nobilis.*

Lithon Tripon magnum Nicolai Alexandrini.

Reci. Nardi, zingiberis, xylobalsami, acori, cinnamomi, peucedani, meu, melanopiperis, leucopiperis, macropiperis, saxifragæ, ana drach. xx.

Opobalsami, garyophyllorũ, costi, Rheupontici, glycyrrhizæ, cyperi, tracachãti, Macedonici, chamædreos, seminũ apij, ammeos, asparagi, basilici, urticæ, citri, ana drach. x.

Folij, croci, schœnanti, casiæ ligneæ, bdellij, mastichæ, Ireos, Amomi, seminum ligustici, granorum solis, Seminũ petroselini, sileris, sinoni, cardamomi, sem. anethi, euphorbij, lapidis lyncis, olei nardini, muscelini, ana drachmas quinq;.

Mellis quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Ab effectu, quòd calculos imminuat, uocatum est. Idem sequenti mox capite minus ponit. Præpositus ex octaua ponderum parte transcripsit, quem est secutus Arnaldus Villanouanus, atq; alij. Superest expositionem eorum adiungere, quorum hactenus nulla mentio facta est.

Peucedani.) *Radices eligi debent foris nigræ, intus albæ, crassæ, liquoris plenæ, graui odore, recẽtes, firmæ, acri*

facultate præditæ, cariem non sentientes. Durant quinq; au sex annos, autore Theophrasto 9. Plant. cap. 14. Succum null in re prodesse, & semen quoq; inutile prodit, cap. 22. illum ta men præcipuè cõmendat Diosc. deinde radices lib. 3. ca. 47. & Plin. 25. cap. 9. Officinæ contrario ferè studio, magis proban radices aridas, lignosas, odore iucũdo, uocãtq; Fœniculũ porcinum, Germanicè Harstrang, & Sewfenchel. *Gall.* Peucedane ou queue de porceau, *Ital.* Pucedano. *Non credo has legitimas esse.*

Opobalsami.) *Hoc loco quidam oleum philosophorum, aut balsamum artificiale dictum, sub eodem põdere substituunt: sed ij aduertant, quam potißimum rationem reddere debeant, si res in ueram disputationem ueniat. Cordis hic oleum Iuniperi ponit, quod non improbo.*

Rheupontici.) *Quod Diosc. lib. 3. pingit, non esse nostrum uulgare, multis uerbis in suo simpliciũ examine Brasauolus contendit: ac euidentius Matthiolus in Dioscoridẽ Cõmentarijs suis monstrat. Præterea nec eiusdem centauriũ ma ius, quod tamen ego semper magnis coniecturis credidi, uelut etiam nunc. Appono autem Rheuponticum nostrũ, quando etiam in succidaneis, quæ Galeni nomine circunferuntur, id licere permittatur: aut Rheuponticũ genuinũ hoc æuo cognosci cœptũ. Hiero. Tragus li. 1. ca. 42. herbã uulgò* Akeley *appellatam. Gall.* Ancolie, *Ital.* Aquilegia. *singulari diligentia Centaureum Germanicum probare nititur. Sed iste etsi haud pœnitendam operam in restituendis simplicibus collocarit, hic tamen errasse, aut sanè parum oculatè rem tractasse mihi uidetur, quando utriusq; herbæ diuersa in plerisq; notis est facies, quod uel me tacente liquidò cognosci potest conferenti. Sed danda est uenia optimo uiro, qui hominum uitæ sine suo commodo, & impensis, & laboribus prodesse uoluit,*

lesse uoluit, atq; innumeras priscorum autorum herbas restituere, ac illustrare proprijs nominibus cœpit. Vnde iure illi habendæ sunt gratiæ. Quo autem nomine Aquileia dicta sit ueteribus, mihi nondum constat.

Vrticæ.) Ab urendo dicta, ueteribus celebratißima herba, ut eius laudes Phanias physicus, scribente Plinio 22.ca. 13. condiderit: nunc propter aculeatam & improbam mordacitatē, notißima plebi uniuersæ, apud nos uulgò Nessel, siue Netel dicitur. Gall. Ortie, Ital. Ortica. Mirū sine ullis spinarū aculeis, lanuginem ipsam esse punctoriā, & attactu solo, pruriginē, pustulasq; cōfestim adusto similes concitare: unde Attici cnidam, quasi pruriginosam uocant. Duas existere species Dioscorides lib. 4. ca. 79. scriptum reliquit: sed plures Plin. 21. ca. 15. quas uiua facie delineauit Fuchsius. Nouem sese in Germania obseruasse testatur Hieron. Tragus ca. 1. tres urentes, & sex mites, ac decimā quoq; aliunde apportatam ait, Germanica appellatione Rōmisch nessel, quasi dicas Vrticam Romanam. Gall. Vrtie Romaine, Ital. Ortica maschio. Hic certa coniectura ducor, quam Diosc. subiungit, nomine Galiopsis, Latinis Vrtica labeo dicta, herbarijs insuper quibusdam, nescio quàm uerè, Scrophularia maior, ficaria, Millemorbia & Castrangula, purpureo siue in rubrum declinante, tenuiq; flore, ualde affinē esse Plinij Lamio, quæ tactu non mordet, nam omnino similis est, nisi quòd hanc herbam album florem habere dixerit 22. cap. 14. Vulgus absq; discrimine Taub & Todte Nessel. Officinæ Vrticam mortuam appellant, quasi surdastram, ut quæ tangenti hebes, minimeq; urens sit: nam & Plinius mitißimam hanc affirmat. Colligi debent ac reponi ex siccis locis. Eius radices carnibus incoctæ, elixationem earum accelerant, quòd Plinius solùm syuestris radici aßignat.

Lapidis Lyncis.) *Lynx animal est, ex luporũ ceruario rum genere, uisu acutißimo, pelle uaria, maculosóq; tergore. Vnde Maro, Et maculosæ tegmine lyncis.* Diosc. lib. 2. cap. 73. Solinus in Polyhistore, ca. 8. & quidã alij, uulgari quadã opinione, ex lyncũ urina, lapidẽ fieri autumãt, Lyncurium uocatum. Credidit Demostratus eadẽ naturæ lege, succinum gigni, flauum quidẽ ex urina maris, album ex urina fœminæ. Idem cùm Diocles & Theophra. credidißẽt, eos erroris insimulat Plinius lib. 37. cap. 3. Ac quemadmodũ Dioscorides 1. cap. 93. ex ueterum memoria, corticũ albæ Populi & nigræ particulatim cæsum, & sulcis stercoratis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre scripserat, ita Theophrastus hoc ipsum Lyncurio tribuit. Vulgus itidem ad quæuis credenda procliue, eandem opinionem imbibit, ex poëtarum opinor fabulis inchoantem, nam manifesta sunt carmina Nasonis:

E quibus ut memorant, quicquid uesica remisit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

Cui subscripsit Marbodeus cap. 41. dum ait:

Vertitur in lapidem, qui stillat ab inguine lyncis,
Lyncurium dicunt, lapis est tamen hic pretiosus.

Videtur itaque uaga atque anceps Lyncurij historia, unde arbitror eam frigidè Hermolaus Coroll. cap. 302. attigit, & Marcellus nihil de ea pronunciauit. Ego autem Dioscoridem ac Plinium sequutus, commentitium credo, quicquid alioqui graues autores, de lapide ex urina lyncis concreto, posteritati mandarunt. Interim Lyncurium inter succini genera constituo, quòd proprietate sua ad se pennas alliciat, uelut succinum ipsum, paleas, festucas, culices, & similes res attrahat, autore Dioscoride. Plinius ea appellatione gemmam æuo suo uisam negat. Porrò quem hodie in seplasijs spongiosum, grauem, subnigrum, & quadantenus cinereo colore lapidem ostentant,

ostentant, nihil minus est, quàm genuinũ Lyncuriũ, siue succini genus, cùm nullã facultatẽ edat, quod docti omnes confitebuntur. Proinde nulla ratione hoc loco accipiendum suadeo, sed potius corticem Populi albæ, quem urinæ stillicidio prodesse dixit Dioscorides.

Olei muscelini.) Huius mixturã reperio dubia fide apud Thesauri aromatariorũ, & Luminis maioris scriptores quam haud immeritò ob incertitudinem, aut potius confusionem repudio. Lege commentarium Vnguenti Aragon. Nunc in Officinis hoc Electuarium in puluerẽ tantùm redactum tenuissimũ, si facultatẽ suam ritè exerere debeat, absq; ulla liquoris admistione reponitur. Et hæc de ingredientibus breuiter dixisse sufficiant, copiosius alia loca suppeditabunt.

Electuarium pliris Arcoticon Nicolai Alex.

Recip. Cinnamomi, garyophyllorum, ligni aloës, galangæ, spicæ, nucis moschatæ, zingiberis, spodij, schœnu anthos, cyperi, rosarum uiolarum, ana drach. decem.

Glycyrrhizæ, folij, cardamomi, piperis longi, myrtillorũ, styracis calam. mastiches, samsuchi, balsamitæ, basilici, corticum citri, ana drachmas sex.

Gemmarum, been albi & rubri, corallij, serici combusti, ana drach. tres.

Camphoræ scriptulos duos.

CRONENBVRGIVS.

Ex eruditis hanc denominationem corruptam esse, nemo non dubitat. sed legendũ πλήρης ἀρχηγȣ, id est, principis absolutum Antidotum. Myrepsus 149. intermisit gemmas. Præ-

positus adiecit Leucopiper & Moschum, atque dosim mutauit. Ego, hunc uelut etiam Camphoram, & sericum negligo, cuius rationem retrò dixi. Gemmas intelligo margaritas, imitatus Arnaldum de Villa noua in Antidotario suo In hoc nihil est amplius obscuri, tantùm exactam componendi quisque artem expendat.

Electuarium ad stomachicos frigidum Nicolai Myrepsi, Antidoto 207.

Rec. Sandali albi & rubri, ana drach. unam, & semissem.

Spodij, berberis, seminum portulacæ, scariolæ, melonum, succi glycyrrhizæ, rosarum, uiolarũ, nenupharis, ana drachmam unam.

Zacchari dissoluti in aqua rosarũ, librã unã.

Formetur Electuarium solidum, aut in usum reponantur pulueres.

Electuarium conferens stomachicis calidum eiusdem, Antidoto 208.

Rec. Cinnamomi, zingiberis, ana drac. duas.

Garyophyllorum, galangæ, ana drac. i.

Nucis moschatæ, spicæ, ligni aloës, cardamomi, macis, ana drachmam mediam.

Confice ad modũ superioris. Si uerò subdititiũ uentris facere uolueris, adijciatur uncia una scammonij triti, & turpeti boni uncia una, & semis. Deinde adde zacchari libram unam, aut quod satis esse uidebitur, & stillatitij liquoris quantum opus erit.

CRONENBVRGIVS.

Est aliud stomachicum laxatiuum ab eodem scriptũ Antidoto

doto 36. prorſus diuerſum. Poſſunt ſanè huius generis medicamina multiplicia parari, non ſolùm in Electuariis intra corpus accipiendis, uerum etiam foris, in ſuffimentis ceratis, epithematis, ſacculis, atque aliis ſimilibus adhibendis. Oſtendit quoque Meſue in proprio Antidotario, ſimiliter Arabes ſcriptores nobis magnam earum compoſitionum ſyluā, potiſsimum ſub uoce Suffuf. Præpoſitus ex Myrepſo mutuauit, eoſdem imitatus eſt Placentinus cap. 16. de Medicinis. Intelligo autem in phlegmagogo, ſolum Turbit ponendum: in cholagogo ſcammoniū per ſe miſcendum, nequaquam uerò utrunque in uno medicamento, niſi id fiat iuſſu ac conſilio Medici, utrunque humorem ſimul purgare uolentis.

Roſata nouella Nicolai Alexandrini.

Rec. Roſarum, glycyrrhizæ, zacchari, ana uncias tres.
Cinnamomi uncias ſex.
Garyophyllorum, nardi, galangæ, zingiberis, nucis moſch. zedoariæ, ſtyracis, cardamomi ueri, apij, ana unciam unam.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

CRONENBVRGIVS.

Myrepſus Antidoto 204. eandem compoſitionem narrat. Itaque palàm eſt ex hac deſcriptione Præpoſitū non eſſe huius genuinum parentem, & in omnibus ſimplicium ponderibus effcrēdis hallucinatum fuiſſe. Quapropter nos parentem quàm uitricum manifeſtare maluimus. Si in puluere aſſeruare quis uoluerit, zaccharū omittatur, donec in formam ſolidam uertere uelit. Nec uideo quid diutius nos hic remorari debeat, ſi quæ dicta ſunt ſæpius, meminerimus.

Tria Santali Nicolai Alexandrini.

Rec. Santali albi, rubri, citrini, Rosarũ, zacchari, ana solidos duos, id est, drach. tres.

Rheubarbari, spodij, succi glycyrrhizæ, Seminis portulacæ, ana solidũ unũ & mediũ, id est, drachmas duas, scriptul. semis, grana quinque.

Amyli, gummi Arabici, tracachãti, Seminum melonum, citrulli, cucumeris, cucurbitæ, ana solidum unum, id est, drachmam unam & semissem.

Camphoræ scriptulum unum, & semissem.

Alij quadruplum pondus rosarum adijciunt, in maiori æstu stomachi corrigendo.

CRONENBVRGIVS.

Quòd Præpositi titulo legitur, ex Alexandrino transcriptum est. Myrepsus Antidoto 213. Violarum unciã mediam adscribit. Haud dißimile multum est inter pastillos nume. 63. repositum. Iam interpretaturus quædam simplicia primò se nobis tria santalorum genera offerunt, de quibus certum est nihil scripsisse antiquiores Græcos. Sed interim uix placet opinio asserentium, Arabum esse inuentum, quandoquidem Aëtius, Actuarius, & hic noster Nicolaus, Græci omnes, frequenter eorum meminerint, nisi hos ab illis mutuasse dicere uelimus. Quicquid autẽ sit, nolim magnoperè de ea re contendere, aut diutinam instituere litem, cùm nihil talis conferat inuentio, nisi etiam inuentis rebus appositè utamur. Hodiè ostenduntur in publicis Officinis tria ligna, quæ santali nomen habent, album quoddam, rubrum, & luteum, quod recentes flauum, ac citrinum dicũt, cæteris odoratius.

Imò

mò solùm inter alia odoratum, ac proinde etiam præstantius, & per se scriptũ id poni debet. In Indiæ densißimis syluis nascuntur, ut per Lusitanorũ nauigationes edocti sumus. Et hic obiter indicandum, de illorum facultate Manardũ ac Brasauolum ex diametro dissentire: ille calfacere, quotidianæ experientiæ innitẽs, hic refrigerare autorũ Arabum testimonijs putat: quod, quomodo probari poßit, nescio, si redolentiam luteorum in primis santalorum expendimus. Iacobus Syluius uulgaria santala ex cedro esse potius, quàm uera asserit, atque hæc nostratia calfacere, genuina autem tertio ordine frigida, secundo sicca affirmat. Nos nihil definire possumus, quando Cedrum nunquam uiderimus. Atque ista de Santalis dicta breuiter sufficiant.

Solidus, pondus est unius drachmæ cum dimidia, ac solo nomine, ab Hexagio & aureo differt. Reliqua ex suprà citatis locis petenda.

Electuarium Regium Mesuæ.

Rec. Pinearum mundatarum uncias octo.
Amygdalarum mundatarum uncias sex.
Zacchari albi libras quatuor.
Aquæ rosatæ libram unam & mediam.
Olei rosati, & amygdalarum recentiũ & dulcium ana unc. tres.
Cinnamomi electißimi drac. octo, semis.
Garyophyllorum drach. tres.
Ligni aloës drachmas quatuor.
Santalorum citrinorum drach. tres.
Ambræ bonæ drachmam unam.
Moschi drachmæ unius sextã, id est, scriptulum medium.

Electuarium

Electuarium alterum Regium.

Rec. Pinearum mundatarum uncias sex.
Amygdal. mundatarũ dulciũ uncias quatuor.
Zacchari albi libras quatuor.
Aquæ rosatæ, libram unam & semis.
Rosarum rubrarum unciam unam, & semis.
Santalorum citrinorũ drac. tres. & semissem.
Ambræ drachmam unam.
Moschi drachmæ unius sextam.

CRONENBVRGIVS.

Delicatius est sublatis santalis: durat ad uiginti dies integrũ, & hyeme paulò diutius. nam ob amygdalas & pineas, rancorem haud difficulter contrahit. Vtroque *superiori est usus plerunque* Ioan. Manardus, *sed à primo amouit oleum, ne uomitorium esset, & ab altero santalos, qui multis nõ sapiunt, quandoque addens cucurbitæ ac peponũ semina: aromata uerò prout sibi uisum fuerit moderans.* Ex Mesue di*dicisse uidetur* Myrepsus Antidoto 446. & 482. Nuncupan*tur autem hodie eiusmodi* Electuaria, *ac dulciarij panes, corrupta ex massa seu maza & pane uoce,* Marzepanes, & Marci panes, *maximè quando prædictæ res, ut amygdalæ, pineæ, pistacia, nuces, capponum caro, cum aqua dulci aut rosata humectantur, ad meliorem trituram, mox zaccharo, haudquaquam melle, in formam panis siue pastæ coactæ, & quibusdam aromatibus conditæ, modicè torrendo coquũtur.* In *horum genere etiam placentæ ac casei multorum operum diuersorúmque colorum comprehenduntur, quæ ex oryza, interdum tritici exquisitißimi polline, amygdalis, mulso, melle, aut lautius minúsque fastidiosum, ex zaccharo & lacte: interdum uino, & ouorum luteis*

conditurisq;

onditurisq; sumptuosis apparãtur. Et magna est eiuscemo=
i omniũ diuersitas, cùm aliæ liquidæ in patellis fundantur,
leinde tempore & accessione glutinis piscium, concrescant:
Germ. Saffey, & Gelatina uocitãtur. Gall. de la gelee.
Ital. Gelatina. Aliæ igne induratæ solidæ permanent,
quædam postea colliquescunt. Supra solidiores sæpè magna=
tes honoris ac nobilitatis familiæq; insignia pingi, clypea
ostentari, symbola scribi, monimẽta patrum multa colorum
uarietate superinduci iubent. Sunt præterea suillæ, bouillæ,
ac casearię placẽtulæ: sunt item lactariæ, sunt pomariæ, py=
rariæ, ac similium fructuum, qui communi usu edendo sunt.
Interim multiplici figura proponuntur, dum quædam ob=
longæ, fastigiatæq;, in medio quasi dehiscente crusta tument,
quædam contrà breues depressæ, crustula integra. Aliquæ
uerò orbiculari specie, aliquæ triangulari, aliquæ quadran=
gulari conspiciuntur. Nonnullæ ex triticea farina, passulis,
caricis aqua subactis in feruentißimum oleum coniectæ co=
quuntur, Batauis meis Olykoecken, quasi oleacea liba
dictæ. Quinetiam ex candidißimo polline, lacte, ouorum ui=
tellis agitatis, & butyro subinde addito, sartaginea liba, in
orbicularem speciem, & ambitu circulato digeruntur, men=
sisq; apponuntur, & Hollandis potißimùm in delitijs: qui=
bus suapte lingua Panneckoecken appellãtur: Simili=
ter & ferraginea habentur, quæ cinnamomum, zingiber,
piper, crocum, garyophyllos, cum pauxillo subinde zaccha=
ro admista retinent: intraq; quadrangulare ferramentũ non
altè, sed in rudimenta tantùm fauorum internè cõcauatum,
quod longo manubrio cohæret, comprimuntur, & flagran=
te foco pauxillum torrentur, oblitis ferramenti parietibus
exiguo butyro: Nostri Iserkoecken dicũt. Frequẽs adhuc
consuetudo est in uoluptatibus, ne quid non hominis gulæ ex=
cogitatum

cogitatũ esse uideatur, cinnamomi, piperis, nucis myristicæ, zingiberis, seminum quorundam, citreorum, aranciorũ corticum, amygdalarum, singulorum zaccharo incrustatorum. Principum quoque coci omnia fructuum & ciborũ genera, adhæc orbes, patinas, pelues, phialas, calices, pocula, cyathos, cochlearia, ex puro zaccharo, ita formare, & in omnem figuram, historiali opere, fingere didicerunt, ut prorsus natiuam faciem singula ostendant, intolerabili herclè dispendio, & inutili ac superuacuo sanè labore, cùm uniuersa eiusmodi solùm comessationes producant, gulam oblectent, oculos pascant, uentrem satient, aut potius inebrient (cuius causa magna mortalium pars uiuit) & corporis moxmox perituri lasciuiem augeant. Pudor esse debet hominibus Christianis, tam multiplici uarietate, blandiri fastidio, ac saturum uentrem, ad corporis saburram, mẽtis corruptelam, animæ læsionem ac perniciem, noxijs sumptibus inuitare, mensas dapibus onerare, & epulas luxu reparare superbo: dum nihil in solennibus conuiuijs cogendis magnificentiæ prætermittatur, nihil in secundis mensis delitiarum uitetur, nihil peregrinorum eduliorum negligatur: modò terra, mari, cœloq; conquisitis lauticijs, insatiabili gulæ, ac profundæ ingluuiei seruiatur, improbam magis satietatis lasciuiam, quàm usum uitæ necessarium, aut frugalem honestatem exercentes. ô Deum immortalem, ideóne uiuimus, ut edamus, & epularum frequentia saginemur, (unde mox desidiæ, obliuiones, ignauiæ, & eiusmodi uitia gignuntur) an potius edimus, ut uiuamus? Scribit doctißimus Porphyrius, homines uentri mancipatos immundorum dæmonum uasa fieri. Vetus est sententia, difficile esse, imò impoßibile, delitijs & uoluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerunt. Contra naturam est, copijs uoluptatum sine uoluptate perfrui. Scribit diuus Hieronymus

onymus aduersus Iouinianum (ut medicos interim taceã) ſaturitate nimia morbos fieri, multosq; quod turpiter ingesserunt turpius egerere, quod Dion Syracuſanus Platonicus de Vitellio teſtatũ reliquit. Apud Ciceronem Cato ſuadet, tantum cibi ac potus adhibẽdum, ut reficiantur uires, non ut opprimantur: ac hominis menti (quod diuinum munus ac donum uocat) nihil tam eſſe inimicũ, quàm uoluptatem putat. Etenim hæc eſt rationi inimica, conſilium impediens, mentis oculos perſtringens, nullum habens cũ uirtute cõmercium. Porphyrius animum ieiunio expurgandũ præcepit. Maßiniſſa Numidarũ rex, ad nonageſimum uſq; annum ſine pulmento uictitauit. Mithridates Ponti rex ſtans ueſci ſolet, tantum abeſt, noſtro more, in plumis ut accumberet. Equidẽ ambitioſam menſam fortuna, parcam & neceſſariã uirtus apponit. Ac quorſum Satrapico, aut potius Sybaritico luxu exundãti implere ſpumantia pocula Baccho, atq; ita tranſigere noctes attinet? ſomno impẽdere dies, lucis & tenebrarũ ordine peruerſo? dum nec orientẽ ſolem, nec occidentẽ ſpectantes, ad faces & cereos uiuimus. Hos tu exiſtimas, inquit Seneca, ſeueriſsimè ac iuſtiſsimè ſcire, quomodo uiuendũ ſit, qui neſciũt quando? Timẽt uerò hi mortem, in quã ſe condiderunt, tam infauſti homines, quàm nocturnæ aues. Licet in uino unguẽtisq; tenebras ſuas exigãt, non cõuiuantur, ſed iuſta ſibi faciunt, & mortuis interdiu parentantur. Horũ itaq; corpora, qui ſe tenebris dicarunt, fœda uiſuntur, quippe ſuſpectior illis, quàm morbo pallentibus color eſt. Languidi & emarcidi albent, & in uiuis caro morticina eſt. Sic ille. Cõſtat itaq; naturã nos nõ produxiſſe ad cibũ & potum intemperantia conficiendũ, ſed ut opere quopiã inſigni uixiſſe nos teſtificemur, atque artiũ ingenuarum ſtudio famam quæramus. Dubito an ullum grauius ui-

tium meritò principibus uiris obijci immodico luxu, pro fusisq; crapulis queat. & cùm se rerũ omnium uictores uocari gaudeant, attamen turpi luxuria uincuntur, qua sol Metellus Pius, Romano imperio indignus iudicatus est, u refert Salustius, & ex eo Macrobius. Atque hinc prudẽtissimi morum censores, tot legibus latis turpem prandiorum & cœnarum ingluuiem, ac enormes sumptus coërcere uoluerunt, ne Respublicæ ex tali abundãtia, maiora quàm cre di poßit, detrimenta susciperent: siquidem eò res redierat ut indomita gula illecti plerique ingenui pueri, pudicitiam & libertatem suã uenditarent. Olim nobiliũ Germanorum mos erat, maximas res summa temperantia, cui erat affinis præclara sapiẽtia, magna cum gloria domi militiæq; gerere: nunc luxus omni genere saporum illecebris, & ganearũ popinationibus, partam gloriam, ac omnem uirtutem neglexere. ô mutatos mores, ô deplorandam execrandamq; uiuendi consuetudinem? Atque hæc multis multorum autorũ testimonijs, & uiuis etiamnum exemplis, commodè edoceri possent, nisi orationis multitudinem refugerem. At satis est alioqui uerborum: finem igitur faciam ubi præpotentes nostri seculi monuero, omnem superbum ac prodigum apparatum moderatione ac temperantia castigari oportere, cogitentq; quàm ingens uectigal parsimonia sit, & quàm miserè Lazarus frater, & caro nostra in toto orbe spreta iaceat, dum nos solidos è clibano boues apponimus, dum uoluptatibus, ultra honestatem, uolutamur, dum ferculorum frequentium mensas deprimimus, ac æstiuas niues, & hybernas rosas exquirimus, dumq; peregrinis & penè incognitis delitiarum generibus insidiamur, atque absque tibicinibus & cantoribus inferri aut opponi dapes, nefas existimamus. Et quis ferat istas, ut inquit Iuuenalis,

Luxuriæ

Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum.
Pœna tamen præſens, quum tu deponis amictum
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.
Hinc ſubitæ mortes, atque inteſtata ſenectus.
It noua, nec triſtis, per cunctas fabula cœnas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Sed deſino tandem palati momentaneam tentiginem amplius proſequi. Vt quid enim tuceta, tragemata, dulces offulas, condimenta: plerorumq; liborum genera, bellaria multiplicia Attica, ambitioſa edulia, peregrinos fructus ex Adonidis hortis collectos, aut ex zaccharo uariegato lenocinio formatos, quæ omnia in pontificum menſis, ut maiore uoluptate bibatur, apponi conſueuerunt, recenſere inſtituo? quid eorundem uarios parandorum ritus inſtruere tento? quandoquidem ijdem medicamentarijs peritis (inter quos eximia laude, & celebri fama præcellit Theodoricus Kalbandius Pharmacopola noſter, in interſignio Aethiopis) ac nobilioribus principũ cocis, ſint perſpectiſſimi: nec enim calamo, ſed oculo edocẽtur. Quapropter nos in præſentiarum his ipſis ſuperſedebimus, quoniam medicinam hoc in loco, non ganearum culinam tractamus. Nunc breuiter glutinis hiſtoriam ſubiungam. Dioſc. lib. 3. cap. 83. glutinum ligni ac tauri, ex boum corijs fieri tradit, quod quò candidius, eò probatius: nigrum & lignoſum dãnatur, Plinio teſte 28. cap. 10. præſtantiſſimum tamẽ fit ex auribus & genitalibus taurorum, quãuis in omnibus corijs mucor reperiatur: Germ. Leim. Gal. Colle forte, ou Colle de bois. Ital. Colla di carniceio. Eſt inſuper piſcium gluten, Græcis Ichthyocolla, optima, uenis carens & ſquamis, Põtica, quæq; celerrimè liqueſcit. teſtimonio Dioſcoridis

coridis, & Plinij lib. 32. cap. 4. nostri Hausenblaſs *appellant. Gal.* Colle de bouche, ou Colle de poiſſon. *Ital.* Colla di peſce. *Conficitur adhuc ex pellibus hœdorum, pedibus uitulorum, ſuum, caſeo, charta, & piſcibus pluribus. Eſt etiam Gluten Romanum, Serapioni maſtix interpretatum.*

Manus Christi perlati.

Recip. Zacchari albiſsimi & ſolidiſsimi libram unam.

Vnionum ſiue Margaritarum in mortario operculato confractarum, mox ſupra lapidem Porphyrium exquiſitiſsimè frictarũ, uelut initio aromaticorum electuariorum indicauimus, unciam mediam.

Cum aqua roſacea zaccharum diſſolutum coquatur, & fingantur rotulæ. Construitur itidem abſque Margaritis, & Simplex cognominatur, hoc modo.

Manus Christi abſque Perlis.

Recip. Zacchari albiſsimi libram unam.

Cum aqua roſarum diſſoluatur, & formetur Electuariũ. Ad iſtum modum noſtræ ætatis manuales ſeplaſiariorum libri habent, quos imitari Medicis placuit.

Electuarium Xyloaloës Meſuæ.

Recip. Ligni aloës (quod enim odoris excipiendi gratia coctum eſt, uim ſuam depoſuit) crudi, roſarum rubrarum, ana drachm. octo.

Garyophyllorũ, ſpicæ nardi, macis, nucis moſchatæ, galliæ moſchatæ, cubebæ, cardamomi

mi utriusq;, mastiches, cinnamomi, cyperi, schœnuanthos, zedoariæ, Been albi & rubri, folij, setæ crudæ, margaritarũ, corallij rubri, carabæ, foliorum citri, & corticum eius, Alfeleniemisck, samsuchi, sisymbrij, menthæ siccæ, piperis longi, zingiberis, ana drachmas quatuor.

Moschi boni drachmæ unius tertiam, id est, scriptulum unum.

Ambræ drachmam unam & mediam.

Confice melle emblicorum, & miua aromatizata.

CRONENBVRGIVS.

Hoc est ex ligno aloës. Rhaza in diuisionibus, & Auicena lib. 5. summa 1. Tracta. 3. duo alia demonstrant, sed illud communiter paratur, ubi explicandum.

Lignum aloës.) *Quod Dioscorides ac Paulus Agallochon, id Aëtius & Actuarius Xyloaloën, Arabes Lignũ aloës uocarunt, quanquam Aëtius lib. 16. cap. 137. eadem interpretatione Tarum quoq; inscribat, cuius meminit Plinius 12. cap. 21. Galenus ignorasse uidetur. Certißimum est superiori æuo nos genuinum non habuisse, quod legitimum, eximio odore nunc importatur. Idem in prunas coniectum, Aegyptios reges nidore oblectat. Lusitanorum pleriq; multas harum arborum syluas inuenerunt. Pandectarius inepte per flumina paradisi terrestris deferri somniauit. Iacobus Syluius uulgare illud uerius Aspalathum quàm Agallochũ credit. Ruellius Officinas frequenter illum pro Agallocho errore manifesto substituere ait. Serapion quatuor genera enumerat cap. Simpl. 197. Quòd uerò autor crudum appellat, ex Simeonis Sethi scriptura esse uidetur, recens ex arbore concisum, nondum terra aut puluere obrutum & fermentatum,*

mentatum, ut eius regionis incolæ facere assueuerunt.

Sansuchi.) Notiori uocabulo Maiorana, aliàs Amaracus uocatur: herba est iucundissimo odore, multi eam in delicijs habentes, in figulinis uasculis extra fenestras æstate, hyeme tepido ignis aut subterranei loci aëre, diligenter fouent. Plantam transferri posse, & Theophrastus lib. 6. cap. 7. affirmat, & quotidianus usus subscribit. Pingitur à Dioscoride lib. 3. cap. 38. Plinio 21. cap. 11. Serapione Merzenius dicitur cap. 296. Nostris Maioran, Gal. Mariolaine, ou Marone. Ital. Maiorana, & Persa. satiuam ac syluestrem pingit Tragus 1. cap. 9.

Sisymbrij.) Duo genera ostendit Diosc. 2. cap. 121. Primum inculto solo nascitur, menthæ hortensis similitudine, odoratius latiore folio, coronis inseritur. Theophrastus tamen lib. Plantarum sexto, cap. 7. & 5. cap. 8. de Causis earum, satiuum etiam reperiri scriptum reliquit, de quo in Syrupo ex mētha. Illius, sine ulla dubitatione, ab huius Sisymbrio dissidet, quod non erit difficile utriusque discrimen inquirenti agnoscere. In summa, ut ingenuè sententiam meam confitear, omnino Mentham aquaticam, Sisymbrium Dioscoridis primum existimo: hæc culturæ negligentia, degenerat in Mentham, ex testimonio Theophrasti de Plantis 2. cap. 5. atque Pliny lib. 19. cap. 10. Alterum Sisymbrij genus est Cardamina, Tabernis Nasturtium aquaticum, Sisymbrium aquaticum, & Cressio, notum omnibus olus, quodq́; passim crescere prope cannales stillicidiorum consueuit: Gaudet enim humidis, perpetuò uiret, ut hyemis etiam frigora facilè contēnat. Vulgaribus Brunnenkress, klein Bekenbom & Wasserkress. Gall. Cresson de ruisseaux. Ital. Cressono uulgare.

Menthæ siccæ.) Videlicet crispæ rubræ aromaticæ.

Eius

Eius species optime distinxit Fuchsius *cap. 110. simul imagines ad uiuam formam oculis obijciens: Græcis* Hedyosmos *menta, quoniam fragrantia mentem excitet, aut grato odore (ut* Plinius *19. cap. 8.) mensas, in dapibus rusticis repleat.* Nostra *lingua* Krause Müntz. *Gal.* Mēte, ou Bausme crespu. *Ital.* Mētha domestica crespa.

Electuarium ex Zingibere.

Hoc uulgare est, cognitumq; nō solùm Officinis publicis, uerumetiam domibus lautioribus, ac cœnobijs uirginum omnibus, ubi paßim paratum habetur, ad confortandum ac calfaciendum stomachum. At uariè conficitur, augendo minuendoq; zingiberis quantitatem, pro zaccharo. Tabernæ plerunque pro huius libra dissoluti in aqua pura, aut (quod efficacius est) absinthij, menthæ, aut similium herbarum, zingiberis unciam mediam immiscent, in puluerem prius redacti, formantq; Electuarium solidum. Mesue *quarta distinctione Antidotarij sui aliam confectionem nostris inusitatam refert. Sit uerò zingiber candidißimū & solidißimū: Itaque rufum, ac fraude doloq; malo corruptum contēnatur. Radicem hanc abundè Lusitani ex India, & ex Troglodytica Arabia magna conuehunt, per se, atque zacch aro conditum. Traditur à* Dioscoride *lib. 2. cap. 152. Possem de multis alijs profusius sermonem differre, nisi mihi persuasum esset, Antidota superius conscripta, Officinis etiam instructißimis sufficere posse. Et quorsum attinet nouiter inuentis compositionibus chartas implere? quando antiquorum præclarißima medicamenta abundè doceant codices: uelut partim ex ijs quæ hactenus ostendimus, partim adhuc plenißimè in sequentibus manifestum fiet. Discant igitur nunc res ueras cognoscere Pharmacopolæ, si modò (ut omni*

lege facere par est rectè medicamēta parare uelint, non contenti ignaua quadam magistrorum suorum doctrina: ac desinant contradicere ijs, quæ ignorāt. Idem faciant eorum ministri, neque temerè ex quibuscunque simplicibus constituant, neque in mediocritate subsistant, quæ ut laudem non meretur, ita sanè uitio carere non potest: sed singula diligēter expendant, uerane an falsa, per adolescentiam, imbiberint. Nā cõuenit modestis ingenijs & ueritatis studiosis, indubitata promptè suscipere, dubia per otiū inuestigare, ac meliora docentes audire: nullum tempus serum existimantes, quo aliquid studijs & operibus rectius adijcitur: siquidem in nulla disciplina grauiori discrimine peccatur, quàm in Medicina, ubi secus quàm oporteat res malè agnitæ, aut peruersè intellectæ, pro salute frequenter mortem non expectatam inferunt: & quod morbum pellere atque expugnare natum erat, eundem intēdere & tolerare, ministrorū inscitia inuiti comperimus. Sed de his satis, consequenter nunc dicā de Conseruis, Conditis, atque id genus cõpositionibus alijs.

Libri Primi de compositione medicamentorum Finis.

LIBER SECVNDVS, DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



VANDOQVIDEM superiori libro Antidota uniuersa Medicis nostris quotidiano usu cognita, & quæ sub ijs continentur Electuaria, appositis singulorum succinctis interpretationibus exposuerimus: opportunum deinceps est, secundum librum auspicari, in quo quidem de Conseruis, Cõditis, Robub, Locoh, & ijs propinquis, is seruabitur scribendi ordo, qui in nomenclaturarum primis uisitur literis. Cæterum uarie eas compositiones parant, qui cõdimentariam artem exercent, cuius ipsius cum Galeno non omnino rudẽ aut inexpertum Medicum esse uelim: nos autem in processu eas, quoad fieri poteſt, uera doctrina trademus. Placuit itaque ab Acori conditura libri huius initium facere, quam sequentibus uerbis apud Mesuen lego.

Acorus conditus Mesuæ.

Eius modus eſt, uelut Secacul conditum: adduntur tamẽ ad omnem partem eius, Secacul boni partes duæ.

CRONENBVRGIVS.

Quoniam omnia, aut ad alienum, aut ad suum facere quenquam oporteat arbitrium: meum equidem puto, huic diutius non esse inhærendum, quando uerum superioribus annis Acorum nec usurpauerint, nec cognouerint Taber-

næ, qui nunc, per doctißimos uiros, utpote Calamus odoratus noscitur. Porrò illius insipidi ac uulgaris Acori conditura satius est carere, quàm dubio eius nomine sæpe falli. Habetur apud Mesuen summa 4. cap. 8. de Aegritudinibus neruorum, alia confectio Acori, quæ ab alijs diacorum inscribitur hac ratione.

Dia Acorum Mesuæ.

Recip. Radicum secacul, acori ueri, pinearum mundatarum, ana libram unam, & mediam.

Primò radices Secacul ablutæ elixentur, donec penitus emollescant, mox pistillo ligneo adeò tundantur, ut lignosum nihil supersit, continuò mellis expumati libræ decem commisceantur, & lento igne coquantur, ac moueantur assiduè, ne ullum nidorem suscipiant, dum aquosus ille humor consumptus sit. Deinde pineæ tritæ diligenter adiungantur, postea acorum uerum, cum sequentibus aromatis:

Recip. Piperis unciam unam.
Piperis longi, garyophyllorum, zingiberis, macis, ana drach. quatuor.
Nucis moschatæ, galangæ, cardamomi, ana drach. tres.
Vniantur, & in usum reponantur.

Additio.

Eiusdem generis sunt Antidota conscripta ab Nicolao Myrepso distinct. 466. & 469. Hodie salgamarij, id est, conditorum uenditores, calami radicem in aqua maceratam sæpa submergunt, atque ad usus reponunt. Quomodo autem Secacul condiatur, paulò inferius exponam.

Conserua

Conserua buglossæ Mesuæ.

Paratur ueluti zaccharum uiolatum.

CRONENBVRGIVS.

Violaceum paulò pòst monstrabo. Interim *Apotheca-rijs discendum, uulgarem boraginem, buglossam esse uerã, quoniam* Dioscoridis *buglossæ descriptio lib.4.cap.112.ita paßim uocatæ* Borragini *conuenit, ut supra omnem cæcitatem cæcus sit, qui hoc non uideat: quod etiam euidenter* A-*uicennæ testimonio lib.2.cap.438. comprobatur, in scriptura* Linguæ *bouis.* Eadem Euphrasinon Plinio *lib.25.cap.8. uocatur.* Maxima *ac manifestißima non uidere, extremæ inscitiæ est: ægrè tamen diu consuetam de buglossa opinionem deserunt quidam* Herbarij *: sed ij discant eam* Dioscoridis Cirsium *esse, attestantibus* Ruellio, Hermolao, Leoniceno, Manardo, Syluio, Fuchsio, *uiris summis, & rei herbariæ peritißimis.* Vnus *tamen* Hieronymus Tragus *c.77.li.1.* Nicandri *ac* Dioscoridis *autoritati confidens,* Echion *decernit, quamuis plerique syluestrem buglossam eo nomine uerißimè intelligant.* Reuera *indecorum est, & detrimentosum, tantã ad hæc usque tẽpora extitisse buglosßi ac boraginis ignorantiam, quam* Medicinæ *initiati, haud sine pudore & dispendio negligere possunt.* Nam *qua facie quóue prætextu artem* Medicam *profitebuntur, si res tam necessarias ignorare conuincentur? nisi turpe non sit alicui, id profiteri, quod nesciat.* Floribus *præcipua uenustas ac gratia, qui hoc loco zaccharo condiri debent.* Herba *autem unico & singulari dono prædita creditur, ad animi lætitiam augendam, & subolent nescio quid iucundi folia.*

In

In Conseruam Enulæ campanæ censura nostra.

Hæc herba Germ. Alant, Gall. Aulnee, Ital. Lell Enola, & Enoa. rectius Innula diceretur, à Dioscori Helenium, quibusdam nectareum, à Mercurio inuēta, Vly si tradita, quanquam sint qui ab Helenæ lachrymis nata tradant. Cæterum manifestum est clarißimum ac uetutiß mum uatē Homerum, imò primū doctrinarum & antiqu tatis parentem, ut ait Plinius, nobile illud Nepenthes ph macum, irarum, omnis cladis, mœroris & tristitiæ obliuic nem adferens recensuisse, quod Helena Telemacho Vlyß filio, lætißima mœstißimo offert, Odyss.4. cuius histori Plinius 21.c.21. amplius 25.c.2. attingit. Quamuis nō nesci illud non ex Helenio herba, sed ex buglossa fieri, multis it suspicantibus, quòd Galenus eam uino iniectam, hilaritaten ac lætitiam inducere autor sit 6. simpl. Idem per loca 9.c.4 ex nectareo, eclegma colicis aptum memoriæ mandat. Nun autem Innulæ radicis ex montibus, aut sicco alioqui loco æstate collectæ, frequens usus est in Officinis, & sane multis admodum morbis medetur, Dioscoridis testimonio c.26.li.1 & Plinij 20.ca.5. Quare utilißimè propinatur in eclegmate, ex melle tußientibus, ex crasso humore, autoritate Galeni 6. simpl. Conditum eiusdem stomacho insuper utile est in passo, cuius formam monstrat Trallianus lib.3.ca.6. ex Albani uersione, ubi præclaras eius uires recenset, & Columella de re rustic.lib.12.cap.46. Insuper Ruellius de Stirpibus 2.ca.12. tripliciter. Paratur uerò hoc æuo sequenti doctrina.

Conserua Innulæ.

Radix bene purgata, derasa, in aqua donec emollescat

cocta

ucta tūditur: hinc per incerniculum siue cribrum colatur:
que huius purgatæ radicis uni parti, tres mellis spumati
iscētur, sicq; usui seruatur. Ego singulis libris, singulas un=
ias seminis fœniculi, & piperis: atq; binas drachmas semi=
is erucæ, ac petroselini indo. Hoc siquidē modo lōgè effica=
iorē experior. Colligēdæ radices in mēse Aprili, antequam
i folia uis omnis procedat: aut in mense Octobri, dum ea=
em in radicibus resideat.

Zaccharum rosarum Mesues.

Reci. Folia rosarum albarum aut rubrarum.

*Expandantur super tabulas in umbra, dum superfluum
umiditatis resoluatur. Rosæ uerò sint medij complementi.
Terantur in mortario lapideo: addatur zacchari optimi
riplum. In uitreato uase reponatur, atq; obturetur os eius
pergameno, soliq; ad tres menses exponatur, frequenter
mouendo.*

*Quidā ex immaturis rosis conficiunt magis adstringens.
Neque desunt qui forficibus rosas tantùm scindunt, ac ma=
nibus exactè conterunt unà cum zaccharo, deinde insolāt.*

CRONENBVRGIVS.

*Zacchara olim non ex floribus solùm, ut hac ætate Con=
seruæ, uerumetiam ex succis plantarū conficiebantur, quod
ex Actuario circa initium libri medicamentorum, & ple=
risque locis ex Myrepso satis cōprobari potest. Ego autem
ad sequentem formam instituo.*

Conserua Rosarum.

*Recip. Rosarū rubrarum (nam albis non utimur, nisi in
elicienda, per uaria instrumenta, aqua) electißimarum re=
centium semiapertarum, resectis unguibus siue extremitate*

alba,

alba, partem unam: zacchari electi, aut si abstersionem ma-gis requiris, rubri partes duas: pariter utriusque substant. in mortario, pistillo ligneo perfringe, ac subuerte diutißime et bene diligēter: atq; ita soli calido pluribus diebus, subinde sursum ac deorsum mouēdo expone. Porrò quantūuis rosæ tā exactè nō comminuātur, ueluti in uulgata opera fieri cō-sueuit, attamē diutina fermētatione, dū natiua & excremē-tosa quoq; humiditas resoluitur, optima euadit unitas, fitq́ mixtura lōge præstantißima, quæ eximium ruborem simul ac odorem retinet. Cauēdum interea ne ad summum uas im-pleatur, solet enim efferuescendo foras erūpere, nisi spatium transpirandi relinquatur. Myrepsus ex Mesue reposuit se-ctione 39. numero 8.

Cōficitur quoq; ex zaccharo, rosarumq́; succo pulchrius & suauius, quod inter bellaria numerari poßit, autore Ma-nardo lib. epist. 6. Zaccharum quàm albißimum instar fari-næ tenuißimæ teritur, atque superfuso tātum rosarū succo, quantum satis sit, placentulæ aut panes uaria figura confi-ciuntur, qui in sole quoad siccescant operti, linteolo dimit-tuntur: demum in totum annum reponuntur. Hoc præter id quod delicatius est, eò adhuc cōmuni zaccharo rosaceo præ-stat, quòd uires mouendæ alui obtineat.

Conserua Violarum Mesuæ.

Eius modus est sicut zaccharum rosatum: Indigent tamen uiolæ longiori expansione & insolatione.

CRONENBVRGIVS.

Dubitat Manardus, & negationem putat addendam, ut scilicet intelligamus non esse soli exponēdas, uel longo tem-pore asseruādas, quod ego malim: siquidem uis earum facilè

resoluitur

esoluitur. Apud Actuarium Iosachar legitur, id est, succus uiolarum saccharatus: cuius generis nunc habetur Iuleb ex succo uiolarum & zaccharo, de quo in syrupis. Debẽt autẽ hic auferri stipites & caliculi illi externi, ne quid præter ipsos flores supersit, atque ita duplo saccharo cõmisceri. Paratur etiam delicatißimum Electuariũ solidum, ex succo florum uiolarum, & zaccharo, mirè uiolas ipsas redolens.

Additio.

Ad eandem artem multiplices conditura ex herbarum folijs aut floribus fieri possunt: nempe ex Absinthio, Capillis Veneris, Maiorana, item floribus Nymphææ, id est, Nenupharis, Genistæ, Cichorij, Lauandulæ, Betonicæ utriusque, uulgaris uidelicet, & alterius generis, (de quibus suo loco) Saluiæ, Pæoniæ, anthos siue libanotidis, id est, rorismarini, calendulæ, quæ herba Græcis Chrysanthemon, à flore quasi perpetuo aureo (licet hac appellatione quoque nonnullis Buphthalmus, & quædam Ranunculi species, Hollandis Butterbloemen, comprehendantur) Latinis Caltha (de qua Plinius lib. uigesimoprimo, c. sexto) uel Calthula dicta uidetur, quam uocem deinde Officinæ in Calendulam commutarunt. Quanquam uerisimile etiam sit, sic nominatam esse, quòd omnibus mensium Calendis, id est, cuiuslibet mẽsis initio fruticare comperiatur. Atque hinc fit, quòd nonnulli florem omnium mensium appellent. Hieronymus Tragus, nobilißimus Herbarius, aut uerius artifex herbarum peritißimus, Catanancem alteram nominat, quã nostrates Goldtblũm, Germani superiores Ringelblũm, Gal. Souci, ou Soucie, Ital. Calendola, cap. 46. lib. 1. Sed his omißis dico, quòd simili ratione componi potest ex floribus Persicæ arboris, Rhodacine uocatæ

tæ Aëtio, primo uolumine, atque alijs Græcis, cuius anceps est historia: nam Dioscorides libro primo, Theophrastus libro quarto, capite secundo, ubi Perseæ faciem exhibet, & tertio, capite quinto, Persicam in Aegypto nascentem memorans. Galenus 2. Alimentorum. Paulus libro septimo, Plinius decimotertio, cap. 9. ac decimoquinto, cap. decimotertio, manifestißimè Persicam nostratem à Persea Aegypti separant, quos autores Hermolaus, Ruellius, Brasauolus, & Matthiolus imitantur. Virgilius uerò Marcellus nullum discrimen agnoscit, Columellæ & Nicandri interpretis in Theriacis autoritate fretus, ubi cōmodè etiam Pliny scripturam deducit, quando in Aethiopia letalem arborem translatam in Aegyptum innoxiam extitisse asserit. Simeon Sethi, & inter recentiores Amatus Lusitanus eandem quoque arborem intelligunt. Quicquid sit ut nondum satis constat de Persea, ita maximè indubitatus est de Persica arbore consensus, cuius quatuor genera Plinius 15. cap. 12. & Palladius in Nouembri suo titulo 7. enumerant. Paulus 1. cap. 81. tria, uulgus nunc plura, nunc pauciora constituit, & reuera plurimæ sunt in speciebus differentiæ. Officinæ medicæ indifferēter flores usurpant, ac duplum aut triplum illis zacchari adijciunt.

Citra condita Mesuæ.

Accipe corticum citri mūdatorū à carnibus, & seminibus suis, & propriè tā magnorū, quàm uola manus capere potest, quantitatem pro arbitrio: funde super eos lixiuij puri tantū, ut submergātur, & mutetur quotidie semel, ad dies nouē: deinde aqua clara mergātur, donec dulcescant, & amaritudo eorum

eorum abſcindatur. Tunc uerò elixentur in aqua fontiũ plurima uaſe mundo, uſq; dum tenereſcãt: pòſt aquoſa ſubſtantia ab his expreſſa, perfundantur in lapideo uaſe, Iulebo zaccharato, per diem & noctẽ, quod triplã aquæ, & unam portionem Zacchari habet.

Deinde coquantur faciliter, ad modum penidiorum. Tunc ſeparentur cortices citri ab iſto Iulebo, & recondantur uaſe uitreo, & condiantur ſiue incruſtentur cum Iulebo roſato decocto, uelut Nabet, hoc eſt, ad craßitiem zacchari indurati, ut uidelicet cortices citri zaccharo duriuſculè cocto ueſtiantur. Sunt qui ambra & moſcho adiectis condiant.

Modus conditi de Citro, eiuſdem.

Accipe corticum citri, uel foliorum eius uncias quatuor.
Cydoniorum uncias duas.
Pomorum odoriferorum quatuor.
Diuidantur in fruſta, & adhuc accipe de ſpeciebus, quas diximus ſuperius (ſcilicet in melicrato condito. ſunt autem: Cinnamomũ, ſpica, garyophylli, zingiber, lignũ aloës macer, heyl, crocus) quantitatem eandem, & funde ſuper eã uini antiqui libras octo: biduo macerentur, poſtea aliquandiu coque leuiter, mellis deſpumati, & zacchari tabarzet ana libris duabus.
Aquæ roſatæ libra una.

Coquantur ad ſpißitudinem Iuleb: ad finem condiantur moſchi drachmæ unius quarta (id eſt, granis quindecim) ſi autem recens illud bidendum ſit, ſufficit parua eorum decoctio.

Conditum aliud de Citro, eiusdem.

Rec. Corticum citri uncias septem,
Buglossæ unciam unam, & mediam (in alio men thæ siccæ, sed hoc in uetustis exemplarib. non legitur.)
*Marmacur unciam mediam.
Ligni aloës*aureum unum.
Garyophyllorum aureos duos.
Terantur & affundātur uini boni libræ quatuor, permittantur diebus tribus, deinde admisceantur Zacchari tabarzet libræ duæ.
Coquantur atq; aromatizentur Galliæ bonæ aureo medio.
Croci drachmæ unius quarta, id est, granis quindecim.
Mastichæ drachma una.
Moschi drachmæ unius sexta, id est, granis decem.

*Manardus Melisso phyllō, id est, melissā īterpretatur.

*Alii au reisemissem.

Electuarium ex Citro, eiusdem.

Accipe corticum citrorum aureos xx.
Garyophyllorum, ligni aloës, cinnamomi, macis, galangæ, ana drachmas duas.
Moschi * drachmas quinq;.
Cardamomi, zingiberis, ana drach. unam.
Cum melle excipiantur secundum artem.

* Alij scriptulum medium.

CRONENBVRGIVS.

Citrea mala Latinis insuper Hesperica, medica, citromala Aßyria dicuntur: quibus annumerat Barbarus Nuptialia, Corall. cap. 176. prægrandia, & melonū orbiculata facie, uulgò

uulgò Citronē. Gall. Citrōs. Ital. Cedri, ò Citroni. Theophrasti ætate, & Plutarchi quidem auorum memoria, gustauerat ista poma nemo, ut Athenæus scriptum reliquit. Nūc in Portugallia, Italia uniuersa, & Hispania, eorum arbores sunt admodum triuiales, ut nullus sit delitiosus hortus qui ijs careat. In horū genere ponuntur quoq; Aurātia siue Arantia mala, auri colore, Virgilio aurea dicta, ut quidem ego interpretor, nostris Pomerantz: Gall. Oranges, Ital. Aranci: & quæ ex uiridi in luteū languescunt citreola: quæq; luteo colore nitent Citrangula, & herbaceo uirentia limonia: quia hæc omnia ferè priuata specierum nomina à Citro deducuntur. Ianus Cornarius indubitatis coniecturis Arantium malum, olim ab autoribus, & maximè Galeni tēpore Romæ, Cestianum malum appellatum fuisse scribit in secundum librum Galeni, per Loca, cap. 1. cùm tamen ab omnibus in Citrorū genere reponantur. Et Plinius lib. 15. cap. decimoquarto à Cestio, Cestiana fuisse Romanis cognominata, autor est. Et Galenus eodem loco, in cibis cocta, in dolore capitis ex ebrietate propulsando, exhibet, quod sanè de nostris Aurantijs dici nequit. Quin & Galeno incognita fuiße cēsentur. De istis prodiderunt Theophrastus 4. Plantarum, cap. 4. Dioscorides 1. cap. 131. Athenæus tertio Dipnosophistæ. Plinius duodecimo, cap. tertio, Palladius in Martio, titulo 10. Quin & Virgilius quoque Maro eleganter hanc arborem nobis ob oculos ponit secūdo Georgicorum. Macrobius tertio Saturnaliorum, cap. 19. Solinus cap. 49. Sotion rei rusticæ celebris autor, iubet pomum citri studiose gypso perlini, ut toto anno inoffensa integritate illæsum omni uitio seruetur. Idem non putrescere promittit, quæ aceruis hordei fuerint obruta. Ex Græcis Aëtius ultimo sermone, cap. 128. Citrati confectionem ostendens, sic ait:

Corticis citri electi, uel foliorum eiusdem unciæ octo.
Vini sextaria duo.
Mellis sextarium unum.

Corticem aut folia in uino septem diebus madefacito, deinde uino per colũ traiecto, mel admisceto. Actuarius species addit, atq; Antidotum Dia Citrinon appellat. Idem è citrinis catharticum, id est, purgatorium scribit, in hæc uerba.

Catharticum ex Citrijs Actuarij.

Carnis & corticis citrij mali simul sumito libram.
Aquæ sequisextarium.
Mellis heminam.
*Myrepsus turpetũ addit sect. 27. Piperis, * scammonij, singulorum unciam.

Citrium in tenues taleolas dissectum, in aqua ad semisextarium decoquito, inde melle decoctioni excolatæ adiecto, rursus ad congruam consistentiam lixato: postea citrio reliquisq; contritis mulsam coctam adijcito, & in unitatem redactis utitor.

Additio.

Eadem penitus uerba leguntur apud Paulum lib. 7 cap. 5, (quamuis ca. 11. dissentiat) & Aëtiũ lib. 3. cap. 92. Rursus parum ab Actuarij medicamẽto euariat, in ponderibus, altera Nicolai Alexandrini compositio cap. 184. multum autem prior cap. 182. Similiter tres à Myrepso positæ. Ab ijsdẽ paruo discrimine Serapion de Antidotis cap. 35. & Auicenna li. quinto, summa prima, Tract. 7. Amplius Tract. 4. atq; Hali 10. Practicæ distunguntur. Cæterùm hoc tempore in mona

sterijs Ve

lerijs Vestarum paßim soli cortices citrorũ,& aranciorum carne nudati,in aqua purißima, uel uino cocti, abiecta pulpa, condiuntur simpliciter cum melle: nonnunquam etiam species induntur. Nos uerò post macerationem, denuò in zaccharo clarificato tantisper arte coquimus, donec concrescant in eo,mox exemptos supra sportulas reponimus, dum solidè circumferri queant, estq; conditura sapore gratißimo. Ad eandem doctrinam, omnium penè fructuum cortices, ac ipsi quoque fructus parari possunt, præsertim Limonum, Persicorum, cydoniorum, myrobalanorum, & similium.

Confectio ex Cydonijs Mesuæ.

Rec. Carnium cydoniorum coctorum in uino, mellis despumati, ana lib. iij.

Decoque faciliter, donec strigmentosum reddatur, deinde admisce.

Cinnamomi, garyophyllorum, cardamomi, galangæ, ana drach. unam.
Darseni, id est, cinnamomi crassi, drach. tres.
Zingiberis, piperis longi, maceris, ana drach. quatuor.

In affectu calido, urgente neceßitate coquantur cydonia, in aceti tertia parte, aut media. Interdum affunditur dimidium succi granatorum acidorum, ad pondus cydoniorum: quandoque etiam quarta portio succi citri, cum supradictis speciebus, aut sine ijs, aut cum sequentium singulorum partibus æqualibus.

Spodij, berberis, Sem. acetosæ, trium santalorum, rosarum rubrarum.

Vel cum alijs pro multiplici medicãdi scopo paratur: sub-

inde moscho, aut caphura, aut utroque conditur: nunc insuper zaccharo, nunc melle.

Confectio ex cytonijs facta, cum succo cytoniorum Mesuæ.

Rec. Succi cytoniorum, mellis despumati, ana libras tres.

Aceti boni, puri libras duas.

Placido igne coquantur, continenter spumam auferendo, ad mellis spißitudinem. Tunc *insperge,*

Piperis longi, zingiberis, cinnamomi, ana unciam unam.

Garyophyllorum, ligni aloës, ana unciam mediam.

Moschi drachmæ unius tertiam.

Quandoque fit sine speciebus, quandoque cum speciebus alijs, pro usurpantium neceßitate. Fit *etiam cum zaccharo, aut modis uarijs.*

CRONENBVRGIVS.

Scribit paulò pòst Cydonia condita fluxum uentris & uomitum sistentia, scribit medicamentosa alia, atq; alia: præterea tam multiplex est huius compositionis apud omnes autores, & numerus, & modus, ut mihi sanè hîc inuestiganti usuuenerit, quod quibusdam uiatoribus in triuio consistentibus: dum ob incertitudinem coëuntium uiarũ, quam potißimùm ingredi debeant, nesciunt. Lego *etenim apud* Galenum Cydonites *placentam ex* Iberia *&* Syria Romam *conuectam, ex melle tantùm, ac cotoneorum carne paratam, lib. 2. de* Alim. *facultatib.* Præterea *apud* Paulum *illiusmodi compositiones quinq;,* Aëtium *tres,* Trallianum *quatuor, amplius apud* Nicolaum Alexandrinum *tres,* Myrepsum *locis diuersis inuicem*

em differentes octo, Actuarium unam: neq; etiam pauciores apud Arabas: nam Serapion septem, ac totidem Auicenna congerit, Mesue alibi insuper quinq;, ut recentiorũ turbam prætercam. Non mirum igitur si cunctabundus substiterim. Porrò ut nihil tam est difficile, quin quærendo inueniri possit, ita quoq; mihi graue non fuit, ex multitudine ista concinnitatem siue unitatem quandam recolligere: atq; id tentaui eò diligentius, quò uberiorem tam laudatæ, in stomachi intẽperiebus, potissimùm cibi fastidio laborantibus, cõfecturæ fructum perciperem. Quod autẽ Mesuæ (ut hinc exordiar) primo loco medicamen scriptum habet, nusquã alibi reperio: sed alterum illud, sexto de Sanitate tuenda, ad finẽ, quodammodo referre uidetur Galenus. Hoc idem explicat Paulus lib. 7. cap. 11. Alexander Trallianus 7. cap. 8. Serapio de Antidotis cap. 20. in secunda descriptione, (tres enim ponit) & Auicen. quarta Tract. 3. summa prima, lib. 5. conueniunt. Atqui non possum non ad nauseam usque Arabum illiteratos falsariosq; interpretes abominari, suauissima Galeni documenta, merasq; sermonis delitias, tam insipido uerborum condimento, horridaq; linguæ barbarie inficientes, simul ac corrumpentes. Verùm ut omnes rem ipsam intelligant, statui in medium utriusq; dictionem proponere: Inquit Arabs, aut potius Arabicus interpres (nam horum maximè imperitia eos uitiauit:) Accipe Citonia magna muza, & munda ea à granis suis, & suis corticibus, & cõtere ea, & extrahe ex succo eorum duo Kist (sunt libræ tres) & permisce cum eo mellis mundi, quod sit ei æquale, & ex aceto libras duas, & in descriptione alia libram unam, & unciam unam, & semis, & eleuetur & decoquatur super ignem lenem, de prunis, cum facilitate, & tu despuma spumam eius: deinde permisce cum eo zingiberis uncias tres, & piperis albi uncias duas

Decoquatur ſupra prunas iterum, donec fiat ei ſubſtanti
mellis, ſicut facis medicinas ad os, &c. Nō lubet amplius il
inhærere, proinde Galeni elegantem ſermonem, ut ex uerbi
ſuis in Latina uerba conuerſus eſt, in fine tuendæ ualetudini
fideliter referemus. Accipies, inquit, ſucci malorum cotoneo
rum, quæ dulciora maioraq; ſunt, ac minus acerba, quæq
noſtrates in Aſia Græcè Struthia uocant, ſextarios Roma
nos duos, quibus mellis optimi tātundem miſcebis, aceti ſex
tarium unum, & ſemiſſem. Hæc cùm ſuper prunas modico
coxeris, & ſpumam detraxeris, immittes zingiberis uncia
tres, piperis albi duas: dein rurſus in ſimili igni recoques, do-
nec mellis craßitudo exiſtat, qua utique craßitudine, ſtoma-
chica medicamenta præparari ſolent. Hoc uerò medicamen-
tum etiam ijs, quibus inualidum iecur eſt, ſalutare imprimis
eſt. Lege, ſi placet, totam dictionem apud ipſum autorem.
Idem octauo ſecundum locos, ad finem capitis quarti, duas
eiuſmodi compoſitiones aßignat. Nunc uide ac iudica, diſerte
LECTOR, quantum inter hunc & illum interſit: non
minus herclè, quàm inter lucem & tenebras.

Ad rem igitur propoſitam redeuntes, Aëtius eadem peni-
tus uerba recenſet libro nono, cap. 24. Paulus loco ſuprà cita
to medicamentum aliud oſtendit ex malorum cotoneorū pu-
rorum libris tribus coctorum, in uini peruetuſti ſextarijs tri
bus, quibus tandem Piperis, aniſi, liguſtici, ſingulorum con-
tritorum unciam admiſcet. Atq; inferius adhuc duo, quæ mel
recipiunt, & aliquot aromata: ſed diuerſa interim ſunt à
Meſue. Inſuper Aëtius ſimplicißimum docet lib. quintò cap.
141. ex ſextarijs quatuor ſucci cydoniorum excolati, mellis
ſextarijs octo, aquæ pluuialis ad tertias coctæ ſextarijs duo-
decim. Cæterùm duo illa Alexandri Tralliani ſeptimo, ca. ſe-
ptimo, quod repetit undecimo. cap. primo, ac duodecimo
cap. 8.

ap.8. Rursus aliud 7. cap. octauo à superioribus dißident. Ex omnibus istis Rhapsodiam consarcinauit Myrepsus sect. 27. De Nicolai Alexandrini, & Actuarij medicamentis infrà memorabo. Atque hactenus Græcorum, iam Arabum cõpositiones ita conciliandæ: tertia Serapionis cap. 16. de Antidotis est Auicennæ secunda, si crocum apponas: præterea capite uigesimo, ubi tres ille pingit, prima fermè eadẽ est cum Auicenna, li. 5. Tract. 3. & ibidẽ tertia illius, est huius quinta. Ad hæc ultima Serapionis titulo Ingiba citoniorũ, est Auicennæ lib. 5. Tract. 7. penultima, duas siquidẽ scribit. In summa, omnes istæ ex Græcis originem habent, quæ interdum ex cotoneorũ succo, interdum ex carne eorum confici solent. Operosa & peregrina est compositio Columellæ libro 12. cap. 45. Palladius ex cydonijs & melle parat in Octobri, titulo 20. quam commodè Melomeli Dioscorides, & cydonomeli quinto, cap. 18. ac Columella loco suprà signato, cap. 45. Melimeli dixit, ad quod allusit in Xenijs Martialis, dum canit:

Si tibi cecropio saturata cydonia melle
Ponentur, dicas hæc melimela licet.

Quamuis à natura eiuscemodi mala habeãtur, sicut Dioscorides, & reliqui scriptores ostẽdũt, mustea Varrone olim appellata lib. primo, cap. 59. quasi præcocia. Porrò hac tempestate in diuitũ culinis, cydonia utriusque generis intus & foris purgata, in quatuor partes diuisa, zacc haro optimo cõdiuntur, singulari suauitate. Aut coquuntur in syrupo facto ex una parte aquæ pluuiæ recentis, & duabus zacchari, ad consistentiam. Aut succo eorundem malorũ cum zacchαro ad spißitudinem, ac succus cydoniorum dicitur. His nunc absolutis, ad purgantes cydoniorum cõpositiones peruenio, quarum prima erit Mesuæ.



Confectio Electuarij Dia Citoniten, educens choleram, Mesuæ.

Rec. Succi cydoniorum libras tres.
Mellis tabarzet libr. duas. Ita genus quodd[...] mellis electum, & album uocant Arabes.
Scammoneæ unciam unam, & mediam.
Galliæ bonæ, garyophyllorũ, zingiberis, ma[...]stichæ, piperis longi, cinnamomi, nucis mo[...]schatæ, ana drach. tres.

Confice omnia simul.

Si autem uis, ut cholerã & phlegma expurget, misce Scãmoneæ drachm. quinque, Turbit drachmas duodecim.

Si tãtùm phlegma, omissa scãmonea, appone Turbit drac[...] uigintiquinq;, Carthami excorticati ad pondus Scammoneæ.

Si autem atram bilem euacuare cõstituisti, uice prædictorum, adde helleborum nigrum, uel epithymum, uel polypodium: Et quibusdam cum melle, alijs cum sacchare fit: Amplius cum succo cydoniorũ, aut cum carnibus, & succo ipsorum, aliquando cum carnibus tantùm.

CRONENBVRGIVS.

Similis omnino generis est Scãmoniũ in Cotoneo coctum, apud Galenum de Alimentis primo, ante sermonem de Tritico, & 3. Simpl. cap. 14. Atque hic certa suspicione, aut potius coniectura ducor, Mesuen ex alio siue Græco siue Arabe scriptore, hanc confectionẽ transumpsisse, cuiusmodi est conditum ex Cydonijs Aëtij lib. 3. cap. 89. relatum in hæc uerba:

Oxyporion purgans ex Cydonijs Aëtij.

Conditi ex cydonijs, quod ad coctionẽ in stomacho faciendam parare consueuimus, sumito

mito quantū est cochleariū, & addito scammoniæ scriptulos duos, & bilem absq; molestia purgabis.

Quòd si Lathyridis, quam Ruellius Cataputiā minorem [...]*ctione Officinis paßim cognita, uerißime interpretatur,* [G]*ermaniæ uulgo* Springkraut, Springkörner, [T]reibkörner, *& alijs quibusdam* Speikraut, *ac* [S]cheisskraut: *quia folia paucißima gustatu uomitū, &* [a]*luum magna ui deijciunt. Gal.* Espurge. *Ital.* Catapu[t]ia minore. *Syluius contrà, Ricinum magnum dixit, sed* [r]*ectius cum Ruellio pronunciasset. Etenim Mesuæ duplex* [R]*icinus, magnus ac paruus notatur. Ille insuper Regiū gra*[n]*um, Mauris peculiariter Kerua, Græcis* κίκι, *&* κρότων, [O]*fficinis Palma Christi, Germanis* Wunderbaum, *nostratibus* Mollēkraut, *quoniā cùm in hortis seritur, talpas fugare uulgò asseritur. Gallis* Paulme Dieu. *Italis* Gira sole, fagioulo Romano.

Si itaque Lathyridis grana uiginti posueris, pituitā educes: sin polypodij aut epithymi drach. quatuor, melancholiam.

Ab Aëtio non multum distat Serapionis descriptio 1. cap. 16. de Antidotis. Potentiùs educit purgatio à Paulo lib. 7. cap. 5. producta, quæ habet,

Malorum cotoneorū tostorū uncias quatuor.

Piperis unc. sex. Myrepsus sect. 27. nume. 5. drachmas sex.

Scammoniæ drachmam. Myrepsus drac. tres.

Mellis uncias quinque. Myrep. uncias sex.

Trita exhibentur cochleario, instar unciæ, aut pro uiribus. Tradit idipsum Aëtius 3. ca. 91 sed piperis drac. duas, scāmonij drach. sex inijcit, & cochleare unum dare præcipit.

Huic

Huic adstipulatur Actuarius cap. de Medic. purgātibus. A dit tamē 16. ex æquali piperis quantitate, zingiber, quema modū Oribasius lib. de Medicaminib. Atque huic affinis Serapionis 2. compositio, cap. 16. eodem lib. ut suprà. Vitic autem drach. quatuor pro uncijs quatuor substituit. Au cenna solum tres drach. in 3. descriptione lib. 5. Tract. 3. M repsus sect. 27. sex illa cathartica ex cydonijs pharmaca, horum scriptis corrasit, & præterea aliquot oxyporia sec 37. proposuit.

Dia Cidoniu magnum Nicolai Alexandrini.

Rec. Cinnamomi, garyophyllorum, spicæ zingiberis, melanopiperis, ana drach. nouē.
Mellis libras quinque.
Ligni aloës, maceris, galangæ, zedoariæ, glycyrrhizæ, ana drach. quatuor, & semis.
Succi cytoniorum libras tres.

Confice sic: Succum colatum, cum melle in uase stagnato, lento igni ad spissitudinem decoque, & sublato ab igne puluerem immitte, & benè commisce: cumq; tepefactum fuerit, in uase repone.

Additio.

Exponit idem Dia Cidoniu minus cap. continuo, & Oxyporion Dia Cidonion cap. 703. quod Plinius lib. 24. cap. 14. Oporicen uocat. Nicolaus Myrepsus Antidoto 113. ac Præpositus aliter pondera distinguunt, posterior cardamomum apponit, & glycyrrhizam intermittit, paratq; cum libris tribus cotoneorum elixorū mundatorum, ac mellis puri lib. quatuor, & media. Ego malim zaccharū accipere, simul ut

elegantior

gantior & ſolidior compoſitio euadat. Nunc ſummatim
æ dicta ſunt repetam, quò ſermo omnis ſit manifeſtior.
uoties itaque ſimplex medicamentum uolo, quod Cydoni-
n uocant quidam, abſque ſpeciebus compono, ex mâlis in-
is ac foris purgatis, conciſis, & in aqua ſiue uino modeſtè
ctis, donec tabeſcant, tandem ſuperfundo zaccharum cla-
ificatũ & coctum in pluuia, donec omnino cooperiantur,
imul coquo ſemper ſpatha mouendo, ad Emplaſtri craßitu-
inẽ, mox in pyxides ligneas transfundo. Quoties uerò com-
oſitum, Meſues primam confectionem in uſum reuoco, tan-
ùm loco mellis zaccharum recipiens: poſtremò ſpecies ca-
efacientes immiſcẽs: aut ſi ita uſus ferat, refrigerantes inter-
lum, & utranq; per ſe repono. Atqui laxatiuum inſtituens
Paulum ſequor. Conſueuit præterea uinum è cotoneorũ ſuc-
co, cydonites, melites, & melinum quoque uocatum, parari,
cuius rationem lege apud Dioſcoridem lib. 1. cap. 131. ac rur-
ſus 5. cap. 18. Similiter apud Conſtantinũ Cæſarem lib. 8. cap.
16. Nicolaum cap. 1053. Actuarium cap. de liquoribus medi-
catis. Myrepſum ſect. 17. numero 29. & Plinium 23. cap. 6.
Promptißimè paratur ex ſucci cotoneorum ſextarijs quin-
decim, & uno mellis expumati: ita haud facilè in acorem,
Dioſcoride teſte, degenerat.

Secacul Conditum Meſuæ.

Accipe radices eius albas, amplas, teneras, fo-
ris cortice purgatas, meditullio priuatas,
pollicaribus fruſtis conciſas: mox in ſingu-
larum uacuum, particulam zingiberis, ſiue
garyophylli humecti inſere. Deinde zac-
chari pondus unum, & mellis duplum, aut
mellis ſolius triplum affunde ſingulis par-
tibus

tibus radicum: coque leniter, donec diss-
luantur.

Et tandem ex speciebus aromaticis, iustam
quantitatem appone.

CRONENBVRGIVS.

Simili equidem ratione radices Eryngij, *fœniculi, petro-selini, atque aliæ eliquatæ & sectæ condiuntur.* In *præsen-ti uerò constructione primò dicendum uenit, cuius plantæ ra-dix* Secacul *censenda sit.* Christophorus de honestis, *in expo-sitionibus* Mesuæ, *Secacul falsò* Iringum, *cum* Serapionis *in-terprete decernit. nam certũ est* Iringum, *siue (ut melius di-cam)* Eryngium, *aliam esse herbam à* Secacul, *ut non solùm* Græci, *uerumetiam* Arabes *testantur, diuersa utriusque ca-pita facientes.* Manardus *quoque multis locis ab* Eryngio *distinguens, eius herbæ radicem esse putat, quam* Dioscori-*des lib. 4. cap. 5.* Polygonatũ *uocat,* Itali Fraxinellam *uel ge-niculatam, uulgò* Sigillum Mariæ, *uel* Salomonis *(promiscuè enim utroq; nomine utuntur docti) uelut apertißimè testa-tur epist. lib. 5. prima, & 4. libri noni, & rursus secunda un-decimi.* Iam *in eadem esse sententia* Eurytium Cordum, Mar-*cellum,* Ruellium, Brasauolum, Amatũ, *& quotquot de sim-plici medicina commentarios edidere, si unum* Matthiolum *Senensem excipias, notius est, quàm ut à me multis demon-strari debeat.* Fuchsius *in latifolium & angustifolium parti-tus est; sicut* Tragus, *qui studiosè* Laureolam Dioscoridis *fa-cere nititur lib. 1. cap. 132. quod nunquam apud me obtinebit.* Germanica *uoce* Weisswurtz, *quasi alba radix, nostra* Latinam *magis sonante* Frawen sigel. *Gall.* Signet de Salomon, ou Geniculiere. *Ital.* Frascinella, ò Ginocchietto. *Porrò quamuis* Iacobus Syluius *lo-co* Secacul, Eryngium *condiri mauult, non eiusdem radicis*
opinione

nione inductus est, quam planè diuersam agnoscit, sed eiuſ=
n facultatis, & maioris suauitatis. Sic quoq; faciũt Offi=
æ nostrates, Eryngium pro Secacul usurpantes. Deligant
que peritiores Pharmacopolæ utram uelint, medicis ta=
en indicantes. Serapio cap. de Conditis 35. & Auicẽna lib. 5.
mma prima Tract. 8. Secacul ex India adferri scribunt. Ra=
x melle, aut potius zacchаro condita, gustu perfectior, &
auior redditur. Neq; etiam hoc loco celandus nimium tri=
alis quorundam de Eryngio error, quem ita retectum ha=
ctote Eryngium & Centumcapita, eadem est herba, quan=
muis Plinius diuersis locis, diuersas herbas pingere uidea=
r, lib. 22. cap. 7. & 8. Et licet Serapion cap. Simpl. suorũ 96.
istincto, sed cõtinuato sermone de Astere Attico atq; Iringo
oceat, utrunq; Centumcapita nominans, non tam herbarũ
uàm speciei diuersitatẽ innuit, quãdo palàm est duplici ge=
ere Eryngiũ, radice nimirũ foris alba & nigra, ac spinarũ
culeis acutioribus aut retusioribus paßim inueniri: alte=
am Dioscoridis herbam 3. cap. 21. recensuit, alteram subti=
uit. Quando uerò Asterum Atticum scribit Serapio, pror=
us cum Dioscoride conuenit lib. 4. cap. 105. Erunt itaque eæ=
lem genere herbæ Eryngium ac Centumcapita, Germanicè
Mansstrew, & Wurtzelen sonder end. Hollan=
dis, quasi radices sine fine. Gall. Chardõ à cent testes,
ou Panicault. Ital. Iringo. diuersæ ab Astere Attico
siue Inguinali, quam sæpè contemplatus sum in horto D.
Echtij, Germanicè braun Sternkraut. Gall. Herbe
de l'estoile, Petit muguet, Aspergoutte mi=
neur. Ital. Stella d'Athene, After attico por=
poreo, ò Bubonio & Inguinale. Qui autem mihi
non credunt, sed amplius dubitare uolunt, utriusque scriptu=
ram excutiant, & comperient me uera loquutũ. Iusta quan=
titas

titas intelligenda, ut de sese manifestum & suauem sapore edant. Syluius pro duabus libris conditi, singulorum aroma tum unciam mediam accipiendam præcipit.

Zingiber conditum Mesuæ.

Rec. Zingiberis recentis, si haberi potest, ue saltem humectati, partem unam.
Mellis partes tres.
Zacchari partem unam.

Coquatur uelut secacul. Quidã accipiunt secacul, & zin giberis humectati, ana partem mediã, & fit delicatius. Qui dam condiunt speciebus alephanginis, id est, aromatibus, ali aliter. Modus autem humectationis eius est, sicut diximus d chebulis, ac propriè ut perfundatur aqua, deinde sepeliatu arena, sitq; zingiber album, mundum, recens.

CRONENBVRGIVS.

Ex Occidente apportatur nunc, & melle & zacchar clarificato conditũ zingiber, quod uiride siue recens uocant Interdum Speciarij Antuerpiani per mangoniũ, aridas ra dices, tempore diuturno, nunc acerrimo lixiuio, calce, quer noq; cinere, nunc muria, nunc dulci aqua humectant, mace rantq; donec mollitiem contrahant, deinde adiecto melle, siue zaccharo cocto asseruant. Hoc ipsum de myrobalanis, limo nibus, cydonijs, citriorum, & arantiarum corticibus, garyo phyllis, & id genus alijs fieri potest.

Rob ex Ribes Mesuæ simplex.

Rec. Succi Ribes libras decem.

Coquatur faciliter, dum consumatur tertia ipsius, deinde coletur, & resideat donec clarescat: postea multa facili tate in uase uitreo ad spißitudinẽ efferuescat: aut exponatur

soli,

li, dum pinguescat, & cõseruetur. Et scito Rob herbæ acetosæ eandem obtinere uirtutem.

CRONENBVRGIVS.

Arabes indifferenter Rob siue Robub dicunt, & est succus ex floribus, uel fructibus, uel herbis expressus ac defæcatus: deinde calore solis aut ignis crassatus in tantum, ut longo tempore citra corruptionẽ conseruari queat. Atq; id forsasse est, quod à Simeone Medico Constantinopolitano ῥοῦς uocatur, quã uocem ait χύλισμα fructuum florumq;, liquidius tamen, cum melle conditum significare. Cæterùm Arabes per dictionẽ Rob, intelligunt omnem succum crassiorẽ: cùm uerò simpliciter proferũt, Rob uini, aut Sapam (de qua mox) designant. Diosc. de Omphacio siue agresta, id est succo uuæ acerbæ nondum maturescentis loquens lib. 5. cap. 4. absque melle per se incrassari permittit. Actuarius mel adijcit, diciturq; Omphacomeli, quasi Omphacium mellitum, iubetq; ad unã mellis partem, triplum succi admisceri: atq; alibi uni portioni succi, duplum zacchari. Myrepsus sectione 37. numero 89. sesquialteram eligere maluit. Sed ista potius ad Syrupũ agrestæ pertinent: proinde ad id quod propositum erat, reuertamur. Est autem Robub (uel Mesue teste) succorum depuratio, & inspissatio ignis aut solis caliditate. Amplius in Rob myrtino. Omnis quidem syrupus factus ex succis, si inspissetur, præter mel & zaccharum, uocatur Rob. Item Auicenna initio quinti libri de Syrupis, & Robub ait: Differentia quidem inter Syrupos & Robub est, quòd Robub sunt succi inspissati per seipsos, & syrupi sunt decoctiones. Huius farinæ est ab ijsdem Miua dictum, succus fructuum coctus, donec sapæ aut mellis spißitudinem contraxerit. Sapa fit musto ad tertias decocto, diciturq; mustum igni coctum, cuius doctrinam in Commentarijs Syrupi

ex epithymo trademus. Atqui de ſucco Ribes, ac de ipſa herba uel frutice, Arabes ſoli tradidere, ut liquet apud Serapionem cap. 241. Simpl. Auicennam lib. 2. Tract. 2. cap. 588 & apud Hali abbatem 10. Practicæ, nuſquam Græcorum mentionem facientes, quod tamen ubique in primis Serapio facere ſolet, modò apud eos legiſſet. Poteſt itaque purus ſuccus igne aut ſole percoqui ad conſiſtentiam. Hoc ad diſcrimē alterius cum zaccharo parati, ſimplicis nomine inſcribendum cenſeo: alterum compoſiti appellatione decerno. Fit iſto modo:

Rob ex Ribes compoſitum.

Recip. Succi Ribes defæcati, libras ſeptem, zacchari albi lib. quinq;.

Simul leniter in duplo uaſe (cuius uſum poſtea indicabimus) ad iuſtam ſpiſsitudinem coque, ut abſque mucore ſimul & nidore conſeruetur. In pleriſque Officinis habetur eodem titulo Syrupus, qui ad modum acetoſitatis citri rectiſſimè componitur.

Appendix.

Delinquit Guinterius Andernacus paſsim in uerſionibus ſuis, Ribes, Rubum Idæum interpretans, cùm Idæus fragaria cenſeatur, quantumuis Plinius in Ida tantùm naſci dixerit 24. cap. 14. & lib. 16. cap. 38. nunc frequenter in lucis & opacis ſponte ſua prouenit. German. Erdtbeſien *ſiue* Erdtbeer: *Gal.* Fraiſier, *Ital.* Fragaria. *atq; inſuper in cultioribus hortis pro delicijs habetur, ob gratū fructus ſaporem: humi oritur, unde canit Virgilius: Humi naſcentia fraga. Etſi ſciam Tragum noſtrū lib. 3. cap. 11. dum tria Roborū genera aſsignat, aliā ſpeciem Rubei Idæi manifeſtare.*

tare, quã noui, utpote in horto D. Echtij excrescentẽ, Germ. Hymbern. Gal. Framboisier. Ital. Rouoterregno, ò Ampomola. Sed nunc satis sit, in præsens parũ attentũ ac simplicem Lectorẽ obiter admonuisse, Ribes nõ esse Rubum Idæum. Cæterùm Ribes Officinis iam omnibus, Arabũ puto dogma sectantibus, notißimi sunt fructus, quorum nullã antiqui mentionem habuerunt. Serapion tamen cap. Simpl. 241. oculari fide monstrauit. Germa. S. Iohans beerlin dicuntur. Gal. Groussellier rouge, Ital. Ribes. Quare de ijs sermonẽ differre longius desino. Tragus lib. 3. cap 22. in Rhamni censu enumerat, ac peculiariter, Grossulam hortensem & rubram uocat. Sed ut cœptũ opus exequar, sciendum eodẽ parari artificio, Robub ex agresta, acetosa, cerasijs acidis, cornis, quæ à nostratibus uulgariter Cornellen, Germaniæ superioris quibusdam welsch Kirsen, Coloniensibus Teernen uocantur: Gal. Cornoilles. Ital. Cornole. Arbor ipsa Cornus, de qua Dioscorid. lib. 1. cap. 135. Theophrastus 3. Plant. cap. 12. & Plin. 16. cap. 27. in marem ac fœminam distinguunt. Iamdudum alteram uidi in Gruningano agro, apud reuerendum & integritate & humanitate bonis uenerandum uirum Dn. Gerardum Zuuollensem Abbatem Vuieremensem, qui cùm præter exquisitam sacræ Theologiæ cognitionem, summam ingenij industriam, tum maximam consiliorum saluberrimorum uim poßideat, omnibus non modò gratus, sed gratißimus esse debet. Parari similiter quoque possunt ex cydonijs, granatis, moris, oxyacãthis, pomis, pyris, prunis, persicis, atque id genus fructibus quàmplurimis. Quanquam hodie tantùm Syrupi ex plerisque asseruentur. Sed est inter hos ipsos fructus magna saporum distantia: nam quidam dulces, quidam austeri, nonnulli acidi, nonnulli acerbi re-

periuntur. Proinde *ſtudioſè in his animaduertendum, ne in conſideratis imponant diuerſæ, contrariæ, ac omnino pugnantes eorum qualitates, dum promiſcuè, citra exactam conſtruendi rationem, in uſum recipiuntur.* Terminantes *ergo hic ſermonem de Conſeruis, Conditis, & Rob: tranſibimus conſequēter ad Loch, recepto ita in Apothecis Pharmacopolarum uocabulo.*

Loch ad Aſthma Meſuæ.

Recip. Scillæ aſſatæ drach. quatuor.
Id eſt Ireos. Radicis * liliȷ cœleſtis drach. duas.
Hyſſopi, praſsiȷ, ana drach. unam.
Myrrhæ, croci, ana drachmam mediam.
Excipe melle deſpumato.

CRONENBVRGIVS.

Quod hodie ferè omnes Loch, *id Græci* Elegma, *eclegtū, & eclegma:* Latini *eligma, delingibile, linctum, illinctum, delinctum, & lincturium uocant: præſtantius quò recentius: nam uetuſtate rancorem, ac horrendum lentorem cōtrahit.* Hali 10. *practicæ caput ponit de* Labucis, *id eſt,* Lohoc, *ſiue, ut uulgò dictitant omnes,* Loch: Solentq; *& ueteres, & recentiores etiam, in hunc uſque diem* Arteriacas *ex ipſa pharmaca appellare, & in* Arteriacis, *hoc eſt, aſperæ arteriæ, aut circa laryngis muſculos contingentibus uitijs uſurpare.* At *multiplex talium medicamentorum diſcrimen exiſtit, quod ego ex* Galeno de Remedijs *localibus* 7. *cognoſcere uolentem diſcere malo, quàm ex his commentarijs, in quibus neque uim, neque qualitatem* Pharmacorum, *ſed ſimpliciter apertam eorūdem uſualium artem, in pharmacopœorum potiſsimùm gratiam, tractandam nobis propoſuimus.* Galenus *ad lenem, & non fumantem ignem, in*

duplo

luplo u afe coquebat eiufmodi:& quãuis mellis acrimonia, propter quandã utilitatẽ, tolerari poßit, fumi tamen nulla est utilitas. Ad rẽ itaq; accedentes, Serapion fuprafcriptũ Loch habet Tract.2.cap.xxiiij.quanquã Mefue ex eodem diuerfum memoret cap. de Afthmate. Diofc. libro fecundo, capite 164. ad fingulas fcillæ affæ partes, adiectis octonis tosti falis, cochlear unum aut alterum exhibet ieiunis, ad emolliendam aluum. Quinetiam affatam fcillam ad multa utiliorem fieri fcriptores omnes prodidere, quoniam affatio pariter ac elixatio, eius uehemẽtiam obtundunt reprimuntq;. Si autem tofta fit, maiorem affumit acrimoniam, humiditate largius affumpta, ac ob id purgatior redditur. Scillam grandem luto oblitam torret Chryfermus, corticemq;, ac quod in fundo durum eft, detrahit, 9.compofi. pharma.local.capite fecundo. Vide infuper Diofcoridem & Mefuen cap.proprijs. Hodie eam turba miniftrorum noftrorum fermento farragineo, aut polline, id eft, tritici flore circundat, & in furno torret. Ex his conftat, non effe nouum inuẽtum affandæ fcillæ. Mefues compofitio, uncijs duabus & femiffe mellis excipitur. Hali crocum ac myrrham omittit.

Loch ex caulibus Serapionis, cap. de Curatione phthifis, fine febre.

Recip. Aquæ caulis libras tres.
Mellis mundi libram unam.
Coquantur fimul lento igne, donec aqua confumatur, remaneátque folum mel: deinde fiftici excorticati & triti bene mifceantur. Propinantur drachmæ quinq; ex lacte afinæ, aut mulieris, aut caprarum. Interdum adiecta media libra aquæ: & drachmis dua-

bus libystici rursus coquitur.

Mesue uerò cap. de Tußi humida, simplicius format, nēp ex succo caulium, sapa, & melle. Sed huius temporis Tabernæ aliquot publicæ, ab utroque diuersum conficiunt hac arte, methodo haudquaquam absurda:

Loch ex caulibus uulgare.

Recip. Succi caulium rubrorum expumati libras tres.

Zacchari rubri, mellis puri cocti, ana libram unam, & mediam.

Pro more apparatur, spatha continuè agitando, ne comburatur, donec crassescere cœperit. Ad finem misce.

Croci optimè triti drachmas sex.

Additio.

Caulem satiuum uulgarem Dioscorides lib. 2. capite 113. braßicæ appellatione comprehendit: & in eius historia, coctum succum deuoratumq;, ademptam uocem restaurare, autor est. Similiter ex Antonij Musæ doctrina, Galenus per locos 7. cap. 2. testatum reliquit, quem alij Græci imitantur. Braßicæ laudes peculiari calamo prosecutus est Chrysippus. Celebrarunt etiam Pythagoras, Athenæus, Diphilus, Cato, Varro, Plinius, ac quotquot de re rustica scripserunt. Variæ eius species cernuntur & numerantur Plinio 19. cap. 8. quæ ad tria genera, ueluti quoque ueteres habent, referri possunt. Primum est magnis & latis foliorum alis, ruri cōspicuum, in uiridi purpurascens, communiter Caulis uocatum Theophrasto 7. Plant. cap. iiij. quòd nulla temerè herba, caule ampliori procedat, Germ. lang oder breyter Köl, *Gal.* Chou, *Ital.* Cauolo di prima specie. *Se*

cundum

undum est preßius, pusillo, & crispo foliorum explicatu, quod propterea nostrates Crispum caulem nuncupant, hoc est, Krausz Kôl, Gal. Chou crespe. Ital. Cauolo crespo. stomacho utilis, aluum leniter molliens, & succi bonitate præcipua. Tertium genus, Theophrastus syluestre, Plinius propriè Cramben uocari tradidit 20. cap. 9. quanquam Dioscorides seorsum de illo, & marina braßica, sermonem instituat. Est insuper alia braßica, prægrandi capite, folijs penè innumeris, uelut in orbem contractis, & conclusis. Hanc opinor uerisimili coniectura, Plinius Cumanum seßile, Romani Lacuturres à loco appellabant. Nostri à capitis similitudine Capitatã, Kappisskraut, interdum à colore albam braßicam nominant. Gal. Chou cabu. Ital. Cauolo capuccio. Hanc Agrippinensis tractus, & superioris Germaniæ rura dulcißimam edunt, inferioris uerò non usque adeò probam: tametsi in Zelandia, Oceani Germanici insula, optima ac suauißima quoque proueniat (nimirum gaudet, aliturq; contactu marinæ aquæ) ea frequentia, ut finitimas ditiones sub hyemem impleat. Audiui qui apud Geldubæ castellum, & in Nouiomagensi agro tam grandes, ut miraculi causa, braßicam in forum allatam, quæ triginta libras põdere excederet, uidissent. Habet insuper Batauophrysia Braßicam capitatam, folijs rubentem, dulcem sanè, quàm frigora tantùm cõmendant. Apud Colonienses, alba illa Braßicæ capita integra elixantur, & in tertium diem in umbra cellantur, ut quicquid aqueæ humiditatis adhæserit, exudet: tum mediocriter sicca, cum aceto & sale condiuntur, atque in amplis uasculis, non aliter quàm in Hollandia carnes, aut farcimina salita, in annuum fermè usum conseruanda reponuntur. Quidam uerò piperis integra grana, alij Iuniperi semina

inſpergunt. Illud *tamen retinendum non arbitror,* Braßi*cam ſæpe* Raphani *etiam nomine uenire, quod* ex Plinio *li.* 17. *cap.*24.*probari poteſt,dum ſcribit:* Q*uorundam natura non necat quidem,ſed lædit odore, aut ſucci mixtura, ut raphanus & laurus uitem.* Olf*actrix enim intelligitur, & tangi eam odore mirum in modum.* Ideoq; *cùm iuxtà ſit, auerti,& recedere, ſaporemq; inimicum fugere.* Hinc *ſumpſit* Androcides Medicinam *cõtra ebrietatem, raphanum mandi præcipiens.Sumpſit uerò hæc* Plinius ex Theophra*ſto,ubi* 4. Plant.*cap.* 20. *ipſißima uerba leguntur, ſed loco raphani braßicam habet interpres.Auget teſtimonium* Iu*lius* Pollux *lib.*6.*cap.*9. Raph*anus,inquit, qui & crambre, ſecundum* Ariſtotelem *quoque in lib.*de Animal*ibus, ſic dicentem,*Raph*anus, quem nonnulli Cramben uocãt.* Plinius *inſuper lib.*11.*cap.*32.Raph*anũ dixit, ubi* Ariſtoteles Bra*ſſicam lib.*5.*cap.*19. *Atque iſta uidebantur mihi de* Braßica *&* Raph*ano commonefacienda, ut quæ herbæ non parum multum nomine,uirtute,formaq; apud omnes* Medicos *ſemper differre credantur,nos tamen pro una eademq; ſubinde intelligi oſtenderemus.*Q*uod eò magis arbitror,quò & priſci autores,& popularis fama,braßicam uitibus, atq; adeò earundem liquori nobilißimo aduerſari,conſtanter aſſerũt: cuius contrarium nos quotidie oculariter in* Germaniæ*, ac aliarum regionum uitiarijs, & potatoribus quoque uidemus.* Neque *enim ebrietatem braßica uulgaris auertit, aut impedit, neq; mutuò dum iuxta ſeſe plantantur, refugiunt, aut locorum propinquitate enecant.* Vnde *neceſſe eſt alterum confiteri, uel nos uerã braßicam ſiue caulem nõ habere:uel pro hac raphanũ (priſcis* Cramben *etiam uocatam, teſte* Athenæo *lib.*1.*)in eiuſmodi antipathia intelligi oportere,cui naturalem quendam inimicitiæ affectum, cum illa*

eſſe

esse nouimus: quod Plinij insuper, & aliorum scriptorũ testimonio, suprà probauimus: quamuis Aristoteles, atq; eius discipulus Theophrastus, non tam re quàm uoce discrepent. Quæ uerò Marcellus c.111. lib.2. Commentariorũ, similiter Barbarus c.349. de Crambe recensent, intermittere hic uoluimus, ne nominum multitudo & prodigalitas, quæ ubique odiosa esse solet, nouam ambiguitatem ac hæsitationem mediocribus ingenijs offundat.

Loch ex Papauere Mesuæ, & est Diapapauer.

Recip. Papaueris albi drach. xxv.
Amygdal. dulcium excorticatarum granorum pineorum, gummi Arabici, tragachanti, succi glycyrrhizæ, ana drach. decem.
Amyli, seminũ portulacæ, lactucæ, Cydoniorum, ana drach. quatuor.
Croci drach. unam.
Penidiorum alborum uncias iiij.

Syrupi de Papauere quantum sufficit: Et sit propriè syrupus ex capitibus papaueris albi & nigri, et semine lactucæ, & uiolis.

CRONENBVRGIVS.

Nõ multum dissimilis scriptura est apud Nicolaũ Myrepsum Antidoto 135. eodẽ tit. plerique hoc cum Dia Codione confundunt, de quo plenius in syrupo papaueris. Nonnulli Diapapauer quoq;, ut ex ipso Mesue colligere est, appellari contendunt. Quicquid sit, nihil ægrorum interest, quomodo quis nominibus propriène an impropriè utatur, quoniam non ex ijs illorum pernicies, sed in peruersa rerum notitia pendet, quod diuinum quoque Platonem indicasse

Galenus 11. methodi testatur. Proinde *nomina cōtemnere, & res ipsas inuestigare expedit.* Inuenio *in tenuibus fluxionibus* Dioscoridem *è capitibus papauerū per se in aqua ad dimidias coctorum, additoq; melle, eclegma facere, quod efficacius redditur, si hypocistidis et acaciæ succus adijciatur.* Inuenio *adhuc utilem compositionem apud* Nicolaum Myrepsum Antidotis 115. *rursus* 151. *atq; aliam apud* Serapionem *de Antid. c.* 23. & Auicennā *lib.* 5. Tract. 5. *nomine* Diacode, *ad tußim ex caliditate & siccitate:* Imò *etiā diuersas apud* Mesuē *c. de* Tußi *catharrali, atque* Placētinum *de Medicinis c.* 16. At *superius scriptum ferè plerunque componitur.* Papaueris *satiui genus unum, semen candidum proferens, aßignauit* Dioscorides *lib.* 4. *ca.* 54. *quod hic requiritur, etsi duo syluestria eodem ca. quoque recenseat, attamen in uniuersum omnia hæc ab hortorum cultoribus feruntur.* Vnde Plinius *lib.* 19. *ca.* 8. *uelut domestica tria genera numerauit.* Videtur *autem in primis hortense appellasse* Dioscorides, *uel quòd frequentius in hortis seratur, uel quòd eius usus potißimū in alimētis, ceu domesticus cibus, expetatur.* Etenim *semen eius in panem olim densabatur, & tostum in secūda mensa cum melle edebatur, atque hodie apud plerasq; gētes cum placentis miscetur.* Vulgus *nostrum* Mankop, Germani Magsamē *uocāt.* Gall. Pauot, Ital. Papauero.

Gummi Arabicum, & tragachantum.) *Tum hic, tum in sequentibus arteriacis, aqua rosacea macerari sino ad diem, deinceps tero, ac reliquis admisceo.*

Succi glycyrrhizæ.) *Videlicet recentis & rancoris expertis.* Fit *ex decocto illius cū aqua & colatura expressa, succus spissatus, ad solem uel ignem.*

Amyli.) *Optimum est* Chium, *deinde* Creticum, *mox* Aegyptum. Dioscorides *ex eo appellatum esse tradit, quòd sine*

ſine mola fiat,lib.2.c.93.ſicut Plinius 18.c.7.fit non ſolùm ex tritico ſimpliciter,ſed etiam Zea, & illius puriſsimo, quod Siligo uocatur,ex qua adeò Marcus Cato de Re ruſtica, c. 87. Amylum conficere docuit. Officinæ ueram uocē, & pleraque alia in Amidon deflexerunt. Rarò ſolet in menſam uenire,niſi Medicinæ cauſa,pulticula,ex butyro cum zacchаro,leniendi pectoris gratia,ex ea parata. Germaniæ fœminæ amylo utuntur,ad uela capitis ſpiſſanda,ac dealbanda, quæ manibus comprimendo, mox concutiendo ſenſim deducunt,& ad focum placidè ſiccant. Sed quando ſiliginis uox apud pleroſque multum à uera ſignificatione detorta ſit, lubet eius declarationem ſubijcere. Eſt itaq; Siligo, Plinio autore,lib.18.c.9.ex qua lautiſsimus panis,piſtrinarumq; opera laudatiſsima: & cap.8. Siliginem propriè Tritici delitias uocat. Galenus quoque primo de Alimentis, ca.de Tritico, teſtatur ſiligineū panē eſſe ſynceriſsimum,ſummumq; præſtare alimētum. Autor libri de Renum affect.dignotione, & medicatione,de panum differentia ratiocinans,ſiligineū panem efficaciſsimum. Paulus 1.cap.78. firmiſsimum decernit. Atque Græci hac uoce utentes,puriſsimam tritici farinam, quam florem propriè dicimus,ſignificarūt,eumq; amyli uice uſurpari poſſe teſtatum reliquit Galenus lib.7.de Cōpoſi. pharmac.per Locos,ca.1. Panis inſuper laudatiſsimus Græcis pariter ac Latinis,ſiligineus appellatur. Ex his manifeſtiſsimum fit,eum panem,quem noſtra lingua Rockenbrot, *Gall.* Pain de ſeigle, *Ital.* Pan de ſegala. & Grob brot, *quaſi craſſum panem,nequaquam ex ſiligine fieri,ſed ex eo frumēti genere,quod ſine dubio Secale, & farrago apud Plinium 18.ca.16. uocatur. Nam panis huiuſmodi cibarius eſt ater,pōdere grauis,ad arcendam pauperum famem præcipuè expetitus,qui inueteratus acorē contrahit.*

trahit. Et *hæc indicare necessarium fuit, quò nimis iamdiu uulgi de siligine opinionē infringerē.* Interea *diffiteri nolo, siliginis uocem ambiguam, aut uerius inconstantem esse, ut quæ uariè ab autoribus usurpetur, quemadmodum & tritici: unde* Tragus *ex instituto utriusque historiā explicans,* Ruellius, Barbarus, & Marcellus, *atq; summatim ad unum omnes recētiores & uetustiores, nihil de eiusmodi frumētis constanter, & pro comperto uerè iudicant.* Quapropter *nemo uelim nos acerbius ad pronunciandum urgeat, præter ea quæ suprà explicuimus.*

Seminis lactucæ.) *Vtinam hic* Apollo, Aesculapius, Mercurius, *aut alius quispiam herbarius deus, nobis istius plantæ diuersitatem, specierumq; distinctionem manifestam aperiat.* Nam *lego* Dioscoridem *lib. 2. cap. 129. duo duntaxat genera, unum satiuum, syluestre alterum, ostendisse, &* Galenum *similiter, hortense Græcis paßim* Thridacen, & *syluestre iisdem propriè* Thridacinen *appellatum 6. Simpl. 2. Aliment. & 2. Composit. phar. per* Locos, *cap. 1. Sed cùm ob succi, aut lactis potius liquorem* Lactucam *nominatam cogitem, ac multas herbas illud emittere cognoscam, quomodo quæso distinctim omnium harum figuras discernere, ac cuique speciei nomen suum tribuere possem?* Amplius Theophrastus *lib. 7. cap. 4. Plantarum, &* Plinius *19. c. 8. tria eius genera manifestant, ac quidā recentiores constituunt, quod ex* Columella *lib. 11. cap. 3. etiam intelligere est.* Quomodo *autem seri & curari rectè oporteat, ex eodem scriptore &* Palladio, *in* Ianuario *tit. 14. edocetur. Cæterùm ut ego quoque nunc, id quod res est, breuiter expediam, triplici differentia satiuam lactucam reperio. Siquidem alia est sessilis, capitata braßicæ depressæ modo, in rotundum orbem coacta, succi plena, sed minus sapida. Altera rectis folijs as-*

surgit

ſurgit uiridior, & paulò citius amaritudinem inducit: poſtrema, criſpula, pallidiore folio omnium dulciſſima. Veteres ad ebrietatem retundendam, lactuca ad finem ciborum ueſcebantur: ad aluum uerò mouendam, initio: cuius rei Martialis eſt teſtis, hoc carmine:

Prima tibi dabitur, uentri lactuca mouendo Vtilis.

Noſtrates uere, & tota æſtate cœnas ab ea incipiunt, meruitq; inter olera palmā obtinere, quoniā nō tam ægre, quàm alia conficitur, neque uitioſum in corpore ſuccū generat. In bilioſis æſtuantibusq; ſtomachis iuſculo, in quo pullus gallinaceus elixus eſt, utiliter incoquitur. Qui uerò ſæpius ea utuntur, ad Venereum luctum imbelles redduntur, perdit enim genituram: ob id Pythagoriſtæ Callimachum poëtam ſcripſiſſe teſtantur, Adonim à Venere in lactucis ſepultum: quo ueluti inuolucro poëtico, ſignificatū eſt, ad Venerea fore impotētes, qui multa lactuca ueſcūtur. Atque eadem de cauſa ab Eubulo mortuorum cibus uocatur. Sed iſta forte præter inſtitutum. Venio ad ſylueſtrē Lactucam, quæ Officinis noſtris Endiuia dicta eſt, cùm tamen non ſit, ut in eius ſyrupo monſtrabimus. Herba uulgaris eſt, paſſim per uineta, & incultis locis creſcens, folijs in ambitu laciniatis, aſperis & amaris, lacte calorifico, ex teſtimonio Theophraſti 7. Plantarum cap. 6. Componitur autē hoc Loch, omnibus ingredientibus exquiſitiſſimè iuxta artem diſſolutis, quorum doctrinam obiter tradidi initio Aromarosati: & ſpeciebus in puluerem redactis, cum libra una ſyrupi ex papauere.

Loch è Pino Meſuæ.

Recip. Granorum pini drach. triginta: Codices uetuſti uiginti.

Amyg

Amygdal. dulcium, auellanarum assatarũ, dragaganti, gummi Arabici, glycyrrhizæ & succi eius, amyli, capillorum Vener. Radicum Ireos, ana drach. quatuor.
Carnium dactylorum Keiron, drach. triginta quinque.
Amygdalarum amararum, drach. tres.
Mellis passularum, zacchari tabarzet, butyri recentis, ana uncias quatuor.
Mellis tabarzet quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Conifera arbor pinus est, coni ipsi siue pineæ nuces, et nuclei pinei, ab omnibus Græcis nunc Strobili uocati, tußi & pectoris uitijs auxiliãtur, per se aut ex melle sumpti, autore uetustißimo Diosc. c. primi libri 74. De herba autem Latinis dicta Strobilus, & Carduus, Græcis Scolymos, Columellæ Cinara, dabitur fortasse aliàs melior tractandi occasio. Nicolaus Alexandrinus in lib. suo Pharmac. c. 200. alijs uerbis constituit, & inscribit Diastrobilion. Ex Arabibus Serapion Tract. 7. c. 21. bis, Loch de granis pini scribit. A quo distat Auicẽna lib. 5. summa 1. Tract. 5. & Hali 10. practicæ. Aliud huius generis Conditum refert Placentinus ca. 16. de Medicinis. Iam ad quorundam enarrationem accedam. Dicerem hoc loco de pinorum fructibus, qui in Pharmacopolijs pineæ sunt uocatæ, nisi alibi id factum esset. Proinde ijs omißis, ad alia me conuerto. Sint autem fructus recentes à pelle mundati, & aqua dulci macerati, ad igneam quãdam eorum facultatem castigãdam, priusquàm in eclegmate ponantur. In sua nuce potißimùm seruantur.

Restituendæ etiam sunt duæ mendæ ex antiquis exemplaribus: prior est granorum pini ʒ. xxx. ubi ʒ. x. expungi debẽt.

Altera

Altera mellis passularũ &c.3. iiij. quo loco uerissimè unciæ reponendæ sunt, ueluti nos fecimus.

Amygdal. dulciũ excort.) Duplices sunt, amaræ quas Græcas nominauit Cato, cui Columella non repugnat lib. de Arborib. c. 22. nec Macrobius li. 1. c. 18. ac dulces. Probãtur plenæ, integræ, duræ, siccæ, fragiles, intus albissimæ. Vires ostendit Diosc. lib. 1. c. 139. Galenus 6. simpl. & 2. Alimen. Paulus lib. 1. Plinius 23. c. 8. atque alij scriptores, proprijs locis, ubi inter alia earum iuuamenta, quinque aut sex ante potum ex amaris sumptæ, ebrietatem arcere perhibentur: cuius historiam refert Plutarchus de Medico Drusi Cæsaris comessatore, & causam explicat Athenæus 2. Dipnosophistarum, amaritudinis uidelicet ui, humorem desiccante ac depascente. Idem tentantes gulosi nostri potores, & quotidiano hoc crapulæ amuletum usu habentes, nihilo secius à Baccho obruuntur ac prosternũtur, ut cogitare necesse sit, Vicisti tandem Bacche, uicisti. Quomodo autem amaras amygdalas, dulces quis facere possit, Theophrastus de Causis plantarum 1. c. 21. atque alij rei rusticæ autores manifestant. Obseruandum quoque est, quòd Marcellus feles ex esu amygdalarum amararũ, sicut Dioscorides uulpes mori indicauit.

Auellanarum assatarum.) Et hic est notissimus fructus, multifarias, pro natali solo, sortitus tũ Græcis, tum Latinis appellationes, quæ sunt Leptocaryon, nux Põtica, Heracleotica, Prænestina, Abellina. Arbor ipsa Corylus: fructum meliorem ac copiosiorem feret, si plures uirgas habuerit. Variæ earum species reperiuntur, ueluti Iuglandiũ: Rotundæ etenim sunt, oblongæ, albæ, rubeæ, agrestes, & domesticæ, quas omnes recẽset Theophrastus lib. 3. c. 15. ac Macrobius Saturnaliorum 3. c. 18. Quid uerò in auellanis sit Iulus,

ab

ab eodem edocetur c.7.ac Plinio 16.cap.30.Modus torrendi uulgaris est.

Mellis passularum.) *Est, autore Manardo, in quo bullierint passulæ usque ad liquationem, aut uuis paßis intus purgatis, & uigintiquatuor horis maceratis, probeq́; coctis ac expreßis per se, quæ quidem colatura ad mellis lẽtorem percoquitur.*

Zacchari tabarzet, & mellis tabarzet, quantum sufficit.) *Exponit hanc dictionem Manardus per Mel, succũ ipsum, ex quo per cocturã fit zaccharũ, quod tamen nondum exiccatum sit: Syluius Mel album intelligit. Gummi aqua capill. Veneris dissoluantur, & pinorum fructus, & amygdalæ, & auellanæ depellatæ cultello exquisitißime concidantur. Similiter caro dactylorum, deinde cum reliquis pulueribus, & liquidis diu agitentur.*

Loch ex pulmone uulpis Mesuæ.

Recip. Pulmonis uulpis siccati, succi glycyrrhizæ, capillorum Veneris, seminum fœniculi, anisi, ana partes æquales.

Confice cum zaccharo decocto in aqua quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Hanc Officinæ paratam seruãt compositionem à Mesue, cap.de Phthisi, ex Galeni autoritate scriptam. Auicenna item cap.de Cura ulcerum pulmonis, suppresso Galeni nomine, absque ponderum distinctione refert. Diosc. uerò li.2. cap.35. Galenus 11. Simpl. Plinius 28. cap. 10. cæteriq́; penẽ omnes scriptores, uulpinum pulmonẽ resiccatum suspiriosos iuuare asseuerant: cuius causam occultæ proprietati assignat Ioãnes Ambianus ad finem 2. libri de Abditis rerum causis: rectè igitur à pulmone uulpis inscribitur. Quidã uice

zacchari

zacchari (quod hic rubrum esse debet) mel substituunt, sed hic admonendus erit Medicus. Modus parandi pulmonem uulpis est: Scinditur recens ex uulpe uenatu capta, & iuuene, pulmo probè purgatus per uenas, deinde uino albo odore tepido abluitur, donec sordes omnes exuat: mox exẽptus siccatur umbroso loco aut furno modicè calido: postremò absinthij folijs siccis tegitur, atque in usum seponitur.

Loch ex radicibus Altheæ magistrale.

Recip. Medullæ radicum altheæ diligenter à meditullio, hoc est, interiori bacillo mundatarum, abrasáq; extrema pellicula tenui, probè lotarum coctarúmq; in aqua pluuiali, donec emollescant, libras duas, quibus admisce Mellis expumati cocti libram unam.

Ista igni admota simul facillimè, in duplici uase aßiduè coquantur, dum spissata mellis craßitudinẽ acceperint. Deinde ab igne ablatis ac refrigeratis addantur.

Glycyrrhizæ rasæ unciæ tres.

Passularum exacinatarum cribratarum uncia una & media.

Pulmonis uulpis siccati, Seminis bombacis, ana scripuli duo.

Tritis omnibus moueantur, quo modo unguentarij unguenta præparant, atque ita in duplo uasculo, quod diploma Græcis uocatur, coquitur: Pharmacoplæ cum Chymistis Balneum Mariæ appellant. Eius usus est, quoties coquendorum uires, ignis uehementia aut uiolentia dißipari, uri, siue offendi quocunq; modo nolumus. Hermolaus in Dioscoride Dupondiarium uertit.

Althæa.) *Ab excellentia effectus, quibusdam Aristalthæa dicta, monente Plinio 20. cap. 21. grande huic folium, & in syluestrium maluarum genere numeratur, ut omnes pariter affirmant. Theophrastus 9. de plantis, cap. 19. Hibiscum appellat, cuius radices eo nomine cōprehendit Aëtius 12. ca. 33. A Galeno 7. simpl. Anadendromalache, quasi arborea siue arborescens malua, quamuis aptiori uoce, satiua malua uulgò* Rōmsche Pappeln *appelletur. Gall.* maulue de iardin. *Ital.* Malua coltiuata. *A Constantino Cæsare li. 15. ca. 5. Dēdromalache, Officinis Maluauiscus & Bismalua nūcupatur, nostris* wissen Hemst, *alijs* Ybisch wurtzel. *Gall.* Guimauues. *Ital.* Maluauisco.

Seminis bombacis.) *Eius recentis usus frequens est in tußi & pectoris malis, apud recentiores non pœnitendo remedio, etsi Dioscorides, aut Galenus, aut ueteres nihil de eo tradiderint: Plinius tamen lib. 19. ca. 1. eius meminit in hæc uerba: Superior, inquit, pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui Goßipiō uocant, plures xylon, & ideò lina inde facta xylina. Paruulus est, similemq́; barbatæ nuci defert fructū, cuius ex interiore bombice lanugo netur. Nec ulla sunt ei in candore, mollitiáue præferēda. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratißimæ. Ista Plinius. Nostris hac ætate Cotonū, Bombasum, uulgò* Koton *ac* Baumwoll, *id est, arborū lanugo dicitur. Gall.* du cotton. *Ital.* Bābagia. *Aduersus frigora pleriq; uestibus interserūt prudenter & salubriter, nā manifestè calfacit & siccat. Audio nunc insuper in Cypro, Creta, & Sicilia insulis, & in Gallia quoq; copiosißimo prouentu seri, unde ad nos comportatur.*

Loch è Scilla Mesuæ.

Recip. Succi scillæ, mellis despumati partes

conuenientes.
Decoquantur in substantiam Loch.

CRONENBVRGIVS.

Omnino eandem compositionem reddit ca. de Tußi humida, partes æquales sumens. Pari modo Auicenna Tract. 5. lib. 5. summa prima. & Alsaharauius, inter Arabes scriptores nequaquā infimus, in Practica sua, cap. de Difficultate anhelitus, cum una uncia scillæ, libram unam mellis spumati miscet. Sed nemo existimet hoc Arabum esse tantùm medicamētum, quandò Dioscorides scillam cum melle coqui, & in delinctu sumi tradat lib. 2. cap. 164. Galenus lib. de Pharmac. cōpos. secundum Locos septimo, cap. 6. haud dißimilem confecturam scripsisse Asclepiadē testatur, cuius uerba sunt: Scillæ crudæ succum exprimito, eiq́; parem mellis Attici mēsuram addito, & ad prunas admota coquito: cui adstipulantur Aëtius lib. 8. cap. 57. & Actuarius cap. de Antidotis. Plinius uerò Dioscoridi subscribit libro 20. ca. 9. Ceterū succum è scilla exprimi docet Galenus, pro puero epileptico, quem legant uolentes. Eundem etiam modum enarrat Paulus Aegineta capite lib. 7. undecimo. Atq́; ex recētioribus Manardus epist. 6. lib. 13. Sed Officinarij nostri succum è scilla eliciunt, postquam crusta obducta utcunq́; adusta sit, in fornace modicè calido, ea abiecta, in lapideo mortario calente, cum pistillo ligneo contundunt, deinde in petia ligatam rara, fortißimè exprimunt, continueq́; priusquàm intepescat, melle adiecto medicamen conficiunt, utili equidem consilio, quoniam ita acrimoniam amittit, teste Gal enos. 8. simpl.

Loch sanum & expertum Mesuæ.

Recip. Cinnamomi, hyssopi siccæ, glycyrrhizæ, ana unciam mediam.

Iuiubarum,ſebeſten,ana numero triginta.
Vuarum paſſarum abſq; acinis, ficuum ſiccarum, dactylorum pinguium, ana uncias duas.
Fœnugræci drachmas quinq;.
Capilli Veneris manipulum unum.
Aniſi,fœniculi,Ireos,calaminthæ, ſeminis lini,ana drachmas quatuor.
Hæc omnia coquãtur in libris quatuor aquæ, ad libras duas, colaturæ expreſſæ admiſce Penidiarum libras duas. Coquantur ad ſpiſsitudinem mellis: deinde proijciãtur ſuper ea minutiſsimè cõciſa, trita & cribrata.
Pinearum mundatarum drach. quinq;.
Amygdal. mundatarum,glycyrrhizæ, tragachanti,gummi Arabici,amyli,ana drac. tres.
Ireos drachmas duas.

Miſceantur ſimul omnia, & ducantur continuè dum medicamen maturetur, & album euadat.

CRONENBVRGIVS.

Solus Meſue huius eclegmatis autor eſt, ac nihil præter quorundam declarationem dicendum ſupereſt.

Hyſſopi ſiccæ.) *Nimirum quæ in ſuperficie humiditatem amiſit.*

Iuiubarum.) *Quas nunc Arabum ſchola Iuiubas, Græci Zizypha, Galen. 2. Alim. Serica appellat: quod equidem pluribus edoceri poßit, niſi id operoſum pariter, ac tædioſum foret. Proinde tãtum autores citabo, è quibus ſtudioſos diſcere uelim: Sunt autẽ Serapiõ ca. ſimpl. 87. Auicẽna lib. 2. cap. 371. quibus etiam ſubſcribunt Rhazes & Auerrois. Plinius, item Valerianus 4. de Re medica lib. cap. 46. Plinius*

Natural.

Natural.lib.15. cap. 14. Paulus, Aëtius, & reliqui omnes in idem conueniunt. Quapropter zizypha esse, quæ Galenus loco suprà indicato Serica appellauit, ego sanè dubitare diutius nequeo. Columella 9. cap. 4. duo genera decernit, rutilum & album. Plinij temporibus Italiæ innotescere cœperunt. Nos quoniam ad finem properamus, longiorem historiam texere ex uoluntate nolumus. Seruãtur autẽ in uinũ mulsum coniecta, substratis ipsis, & incumbentibus folijs harundinũ.

Sebesten.) Vetustißimis Græcis incogniti fructus, at Paulo, Aëtio, Actuario, & Plinio lib. 2. cap. 53. ac septimo, ca. 3. nomine Myxarum intelliguntur, & diminutiuè myxaria, ut mutua scripturæ collatio indicat. Officinæ paßim Sebesten appellitant, ut quæ lubenter Arabum uocibus gaudere soleant, & rebus ipsis abuti. Plinius lib. decimotertio, cap. quinto arborem Italiæ familiarem testatus est, sed hoc æuo rarißimam esse cognosco.

Vuæ passæ.) Dicuntur solis calore siccatæ, aut à patientia, ut autor est Plinius lib. decimoquarto. cap. primo. Nos uuas orientales aridas hoc nomine dicimus. Earum multæ sunt differentiæ, uelut etiam ficuum: unde ingens quoque pro morborum ratione discrimen habetur, quod Medicis expendendum relinquo. Cæterùm uuarum passarum faciundarum ratio legitur apud Constantinum Cæsarem lib. 5. cap. 50. Palladium 11. titulo. 22. & Columellam 12. ca. 16. Hoc autem loco sufficit dulces absque acinis apponere, quæ pectoris angustiæ, tußi, exasperatis faucibus conueniunt, docente Galeno septimo & octauo per Locos. Quomodo uerò uuæ seruentur, uelim diligentiores apud Galenum 2. Alimentorum, Plinium 15. cap. 17. Columellam, & reliquos de Re rustica scriptores inuestigare.

Dactylorum pinguium.) Videlicet dulcium,

absque oßibus, qui Cariotæ ab autoribus appellantur, de quibus infrà in diaphœnicone.

Fœnu græci.) *Hippocrates Epiceras, Theophrastus Buceron dixerunt. Galenus plantam hanc in Asia Aegoceron appellari, à seminis similitudine, tradit lib. 1. per Loca, cap. 1. Dioscorides lib. 2. cap. 94. Fœnu græcum uocat. Plinius 24. cap. 19. inter alia nomina Romanis Siliciam dictam, testatus est. Columella rusticis Siliquam lib. 2. cap. 11. Varro Siliculam dixit. Quomodo tractare in totum oporteat, à Catone & Palladio edocetur. Pestis eius est, in ipso ortu, Hemodorum herba, ex testimonio Theophrasti lib. 8. cap. 8. Notißimum hodie semen Officinis, & Mulomedicis, uulgò* Fenugreck & Bockshorn. *Gall.* Senegré, ou Fenegrec. *Ital.* Fienogreco.

Fœniculi.) *Id à Græcis Marathron, nunc sicut olim notißimum. Quapropter omnes autores picturam eius præterierunt. Hic, & ubiq; simpliciter scriptum, de semine intelligitur. Radices autumno collectæ, & à sordibus probè purgatæ, per medium secantur, mox contorquendo, fungosa illa medulla, quam retinent intra se, eximitur: deinde filo traiectæ suspenduntur: uulgò* Fenchel *dicitur, Gall.* Fenoil. *Ital.* Finocchio. *Traditur à Dioscoride lib. 3. cap. 65. ac Plinio 20. cap. 24. satiuum & erraticum.*

Seminis lini.) *Id uulgò notum Dioscorides testificatur lib. 2. cap. 95. quod nunc ad unum omnes diffiteri nequimus. Audacia quæ ex lino fiunt miracula, Plinius in proœmio 19. libri enarrat. Et mox primo cap. de eius Satione, generibus diuersis, sicut alij rei rusticæ scriptores, sermonem prosequitur. Quoties eius in Medicina usus erit, semina Græcis Linospermata tantùm usurpanda. Quod uerò elaboratum, ac in fila tractum habetur, domesticum est, ad plerasq; rei dome*

rei domesticæ necessitates, prorsus expetitum, cuius tractandi historiam operosam recenset festiuiter, optimus uir Hieronymus Tragus lib. 1. de Plantis, cap. 116. Hactenus enarrationem rerum absoluimus.

Componitur autem hoc ordine: Iris, semina, dactyli: deinde passulæ, ficus coquantur in libris quatuor aquæ purissimæ. Postremò cinnamomum, hyssopus, capillus Veneris, calamintha, donec libræ duæ remaneant. Expreßioni adde Penidiarum libras duas. Coquantur leniter ad prunas, hoc est, ad mollem, & non fumantem ignem, (fumi etenim nulla est utilitas: & hoc perpetuò circa omnium huiusmodi medicaminum præparationem obseruandum) ad mellis spißitudinem: postquam intepuerint, immisceantur comminuta exquisitißimè reliqua aromata. Gummi uerò in aqua rosata sufficienti dissolui possunt: mox pistillo ligneo agitentur, & circunducantur donec medicamen albescat: quod fiet si diutißimè baculo ligneo uersetur ac moueatur. Et sic de Loch, & similibus confectionibus, finem faciam, quoniam plures in tabernis neq; reperiuntur, neq; parantur. Quare non expedit his diutius immorari. Consequenter igitur (quando nihil hactenus præterijsse mihi uideor eorũ, quæ in nobilißimis & maximè frequentatis Officinis parari consueuerunt) ordine Alphabetico, de Syrupis tertium librum exordiar.

LIBRI SECVNDI FINIS.

LIBER TERTIVS,

DE COMPOSITIONE

Medicamentorum,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



QVAE ſint antidota, & quomodo ritè apparari debeant, optime Lector, primo horum uolumine diſſeruimus: Similiter quæ Conſeruæ, quæ item condita, Locoh, quæq; ijs habentur propinqua, præparandorumq; artē, in proximo ante hunc explicuimus. Reliquum nunc eſt, ut Syruporum compoſitiones pro uiribus cōſideremus. At priuſquàm id aggrediemur, dicendum hic uenit, eas antiquißimis Græcis penitus incognitas fuiſſe. Ex poſterioribus Græcis, Simeon Medicus, qui Græcis ὁ μάγιστρος cognominatur, σύροπον διὰ ῥόδων conficere docuit, expreſſo nimirum torculari ſiue trapetio ex roſis nondum flacceſcentibus ſucco, & ad ſolis æſtum coacto: unde iſta dictione mihi id ſignificare uoluiſſe uidetur, quod Arabes per Robub, ut ſuprà etiam monuimus. Architrenius Adrianopolites, qui ἐπιτομὴν τῶν παρὰ τοὺς παλαιοὺς σκευασίων ad Michaëlem Ducam Conſtantinopolitanum regē conſcripſit, euidenter Syrupi uocabulum indicat, ita 2. lib. ſcribens: συρόπων ἐστὶ ἀποχύλισμα τῶν καρπῶν, ὥσπερ ὀπὸς ἀποσυρόμενος. hoc eſt, expreſſus de fructibus ſuccus, quaſi dicas ſuccus extractus. Voluit enim ultimis uerbis dictionis etymon coniectari, quoniam ſcilicet ἀπὸ τοῦ σύρειν τὸν ὀπὸν, id eſt, ab extrahendo ex uiridibus fructibus ſucco deductum ſit: quod Manardus epiſt. 1. lib. 13. innuit, modò uox Græca haberi debeat. Porrò recentiores Græci,

qui

qui Gotthicis & corruptis temporibus, præcepta de re medica posteris tradiderũt, Syrupi dictionem non reformidant. Nihilo tamen minus ego constanter Arabum, ut frequentissimum medicamẽ, ita etiam uocabulũ esse existimo, & prorsus ex ea Officina prodijsse, qua Rob siue Robuba: quibus uocibus non tantum pleni ferè sunt illorum libri uetustißimi. uerùm insuper discriminatim, & Robub (de quo suprà) & Syruporum conficiendorum integram doctrinam præceperunt, quamuis in rebus ipsis miserè lapsi sint, dum ubique in humoribus & quantitate & qualitate noxijs concoquendis, eorum usum præscribant: quos potißimum Auicennæ sectatores imitati sunt, quoniã non in aliud quàm humorum concoctionẽ, compositos fuisse Syrupos existimarunt. Quocirca cõmuni nomenclatura Digestiuos more suo appellant, qui quidem error maior nunc apud omnes doctos censetur, quàm ut aut honesta ratione excusari poßit, aut ego copiosius insectari uelim, cùm solus calor moderatus coctionem omnem perficiat. Nemo itaque ueterũ Græcorum Syrupum cognouit, sed ijs ætate posteriores, ex Arabum monumentis, unde deinceps tanquã per manus Officinæ nostræ plus æquo istis addictæ, acceperunt. Constat etenim suprascriptos autores, nempe Simeonem & Architrenium, post Rhazen & Isaacum Medicinam docuisse, quãdo horum testimonio subinde illi utantur. Similis sanè generis est dulcis illius potionis cõmemoratio, apud Aëtium lib. 5. post Febriũ tractationem cap. 134. & Actuarij potiones febricitãtium inscriptæ, quarum usus ad febriles cruditates ac æstuationes, item ad aliarum ægritudinũ incommoda fuit: quæ quidem potiones, nõ modò dulcedine sua, ægrorum palatũ titillabant, uerumetiam haud exiguam recuperandæ ualetudinis spem promittebant, dum partim sitim extinguentes, præcipuas partes

roborabant: partim obstructiones aperientes, putredinem auferebant, crassa attenuabant, atque aliam ac aliam facultatem præstabant. Qui uolet, conferat Aëtij dictionem cum nostris appellatis Syrupis, & uerisimillimum me indicasse opinor agnoscet. Nam constat eiusdem dulcedinis ac intẽtionis causa, nimirum ad sopitas coctiones naturales suscitãdas & saporis gratiam, utrasque potiones, & antiquitus, & etiamnum dari solitas: qua ratione nihil ab illis, quas Aëtius recenset, compositionibus dißident. Myrepsus ille Nicolaus, qui græcè de componendis medicaminibus Opus scripsit, solus Drosaton, huiuscemodi cocturã appellat, ueluti sect. eiusdem Operis 8. manifestißimè intelligimus: quæ uox nũc apud omnes medicos prorsus exoleuit. Cæterum quamuis Columella Latinus autor: oliuæ cõdiendæ genus Syrupam nominat, attamen eam dictionem Romanè & purè loqui uolentibus improbamus: nam malim credere de medio rusticorum (quorum palato potißimùm inseruit) quàm ciuium nitore profectam. Ex Syruporũ genere eße uidentur potiones, quas nostri homines inter præparatoria pharmaca, ex dupla portione aquarum medicatarum, & una Syruporum referunt, & Actuarius Zulapium, uulgò nunc Iuleb appellant. Nihil equidẽ à Syrupis uocatis differt, nisi quòd ad tam exactam coctionẽ non perducatur, & aquæ liquorisue alterius admistione, subinde liquidius reddatur. Hinc Medici nostri parcẽdis sumptibus, uel ægrorũ palato consulturi, pro affectionis discrimine, nũc pusillũ, nũc multũ aquæ arte chymica ex herbis extractæ affundentes, Zulapia cõponunt. Porrò nihil aut admodum parũ refert quomodocunq; dicamus, modò integrè & rectè ipsos conficiamus. Neque enim hic appellationũ ambiguitates, neq; autorũ cõtrarietates pertractare, sed res præcipuè ipsas, nimirum Syruporum cõponendorum

nendorum absolutam doctrinam tradere decreuimus. Sed tamen priusquam eam aggrediamur, uolo prius quædam de illorum differētia aperire. Est itaque Syruporum ratio, haudquaquā una & simplex censenda: nam qui ex zacccharo aut melle cum aqua tantùm, aut ex uino & melle (Græcis propomata peculiariter appellati) siue insuper ex herbis, aut floribus singulis constituuntur, materiæ distinctione, simplices appellantur: non aliter sanè atque simplicem potionē dicimus, quoties mero aut aqua alicuius herbæ fasciculus incoquitur. Atqui uariam materiam recipiunt, ab operosa structura cōpositi uocantur: sicut insignia quorūdam medicorum pharmaca nempe Theriaca Andromachi, Mithridatium, Esdra, & similia, Composita nuncupantur Cæterum simplicis Syrupi usus, seculo nostro per se perquàm rarus est: uel quòd bona pars profitentium, ob magnam hominum in uictu studijsq; intemperiem, nullum prorsus simplicem morbum fieri pertinaciter credit: uel quia indoctior se haberi arbitratur, atque adeò à Pharmacopœis (quos si Dijs placet eruditionis nostræ arbitros statuimus) respui existimat, nisi multiplices Syrupos, eosq; omnes uariè mistos, in compositionibus suis receptularijs cōfundat. Ex eiusmodi farina quidam est Gruningæ Phrysiorum (in qua ciuitate nos ad octēnium, publico ære, artem professi sumus) medicinam, magno fastu simul ac imperitia factitans, Guilhelmus nautifex, cuius multæ ἰατρικαὶ etiamnum apud me chartulæ delitescunt: in quibus non artem præclaram, sed prorsus malam sine ordine, sine methodo, ac sine ratione confusionem meram uidere licet. Atque interim dici uix potest, quantoperè sibi placeat, Phormionem iure quispiam existimet è Comœdia: similiter quantoperè prædicari soleat à sibi ad unguem simili Apothecario, Alberto Cransio, quem nunc omittimus, & pietatis,

tatis, & humanæ fragilitatis memores, cũ mortuis cõuitiandum nõ eſſe, ex naturali philoſophia olim didicerimus. In cuius uicem ſucceßit Guilhelmi frater, qui dum non admodum bonus eſt puerorum formator, malus dici poteſt pharmacopœiæ æmulator, ut qui artem hanc ne à limine ſalutarit, attamẽ toleratur, uili potius lolio, quàm lauto obſonio dignus. Verùm iſti ſeſe mutuò ſcabunt, traduntq; operas reciprocas. Atque hæc nimirum eſt inſignis illa, & recondita exercitationis ſapientia, per quam artium præclarißima medicina, eò loci deducta eſt, ut niſi à uiris in omni literarum genere præſtantißimis occurri cœptum fuiſſet, non modò ipſam artem, ſed nomen quoque propemodum perdidiſſemus. Sed cõtemnamus eiuſmodi medicorum fæcem, ad Syrupos redeũtes, qui ſimplices cenſentur, quando cũ melle, zaccharo, & aqua ex ſingulis herbis & floribus tantũmodò efficiuntur. Compoſiti uerò, cum præter dicta aromaticas inſuper ſpecies, ac diuerſa ſimplicium genera accipiunt: quorum uſus in morbis compoſitis, & diuturnis affectionibus maximè habetur. Qui ſi exactius diutiusq;, nempe ad maiorem craßitiem excoquantur, breues uulgò appellari ſolent, quòd liquoris pars maxima, ignis uiribus abſumpta ſit. Atque hos, coctionis ratione, quàm diutißimè uelut integros & præſtantes conſeruare ſolent pharmacopolæ, qui ut à gratijs, ita ab omni humanitate ſunt alieni: per quos nimirum frequẽter bonus etiã Medicus, felicis curationis ſpe, & expectatione deſtituitur: ſiquidem non in annũ unũ aut alterum, breues iſtos ſeponũt (illi in primis, quibus Apollo non admodum fauet) uerùm in aliquot luſtra retinere cogũtur. Quos ſi naribus admoueas, mucidi uermiculoſi, & uirulenti apparebũt. Cæterũ Longus dictus, ad tam exactam liquoris ebullitionem nõ decoquitur. Etenim ſatis eſſe putant noſtri, ſi pauculo tempore uis herbarum

arum & aromatũ in ijs persistat: neque enim supra quartum aut quintum diem seruandum censent. Præter hos, & *alios subinde cõstruunt, quos neque paßim proponũt omnibus, neque apud quosuis institores medicamẽtarios reperias: sed apud eos tantum, qui medicis quibusdam seorsum famulantur.* Quoniam autem non nisi à maximis ingenio & eruditione magistris consarcinantur, Magistrales appellitãtur. Efficaces quoties multis ac diuersis affectibus æger torquetur, & pluribus intentionibus satisfacere studetur. Horum nulla certa forma tradi potest, quòd pro ingeniorum ac iudiciorum discrimine, singuli ferè aliam atque aliam speciẽ sortiũtur. Atque ex his uniuersis, quidam pellucidi, quidam ueluti obscuri conspiciuntur, quod ex rerum ingredientiũ substantia, cocturaq́; accidit: quæ fermè incommoda, oui albuminibus concußis (uelut ad finem huius libri indicabimus) corriguntur. Omnia uerò ista in sequentibus apertißime constabunt.*

Syrupus acetosus simplex Mesuæ.

Rec. Zacchari boni albi, partes v.

Funde super illud in uase lapideo (in æneo enim æruginosum quiddã contrahit) aquæ fontiũ dulcis & claræ partes quatuor. Exiguo igne decoquantur, semper pertuso cochleari abijciẽdo spumã eius, ad dimidias. Admisce nouissimo aceti uini albi clari partes duas in leni, in forti partes quatuor, & in mediocri partes tres.

Percoque in Syrupum.

CRONENBVRGIVS.

Certè hodie meritò iste Syrupus, ob multiplices & in specie discordantes

discordantes affectus, admodum est in Officinis receptus. Nicolaus ille Alexandrinus cap. 890. multo discrimine uariantem tradit: Similiter Hali 10. Practicæ suæ, & Auicenna 5. summa 1. Tract. 6. Myrepsus Drosato 38. tantùm non cum Mesue conuenit. Sed hos sigillatim huc referre nolui, ne plus iusto longior sim, existimans mihi satis esse, si loca, ubi explicētur, indicauero. Aduerte hic non esse opus ouorũ albumine ad clarificationem inducendam. Hanc siquidem habebit integram, quando amplius spumam nõ edit. Caueant Seplasiarij plus aceti addere, nam medicus diligẽs ac industrius eius dosim, ubi expedire uidebitur, augere potest. At si quispiam tertiam quartámue iniecerit, postea id aceti pro arbitrio auferre aut segregare nõ poterit. Monendus igitur Medicus est hoc Syrupo usurus, tantùm ex duabus partibus aceti constare, ut si fortè plus adijcere uelit, sibi liberum relinquatur. Atq; hæc quoniam de aceti mensura ac modo paulò antè memorauimus, ne quid quantũ in me fuerit prætereatur, superioribus ad doctrinæ absolutionem annectere operæpretium fore arbitratus sum.

Syrupus de duabus radicibus cum aceto & zaccharo Mesuæ.

Rec. Radicum fœniculi, apij, ana uncias tres.

Eximatur meditullium, abradaturq; extrema pellicula tenuis, & in frusta radices concidantur.

Atq; hoc obseruari debet in omnibus radicibus aperientibus (ut Musa Brasauolus rectè indicat) quia earum cortex calidior, & magis aperitiuus, quàm meditullium. In frigidis uerò radicibus, & non aperientibus, illud relinquendum, uelut sunt cichorij, endiuiæ, lactucæ, simphyti, solani, & id genus aliarum. Est autem meditullium, quod est in radicibus intimum.

intimum.

Seminum anisi, fœniculi, apij, ana unciam unam.

Coquantur faciliter primò radices incisæ, paulò pòst confracta semina, in aquæ fontis libris decem, ad libras quinque. Post unam noctem denuò recalfacta decoctio, ut simplicia & humor attenuentur, manibus ac digitis ualenter exprimatur (quibus prælorum uice frequenter, in huiusmodi Syrupis, uti solemus.) In colaturam proijce zacchari libras tres. Circa finem cocturæ adde aceti libras duas, ac continuò spumam aufer, sicut in superiori dictum est. Si uerò solo aceto nō satis purgetur, adijce unum atque alterum albumen scopulis agitatum, & purißimum experieris, continēter despumando: donec debitam spißitudinem habeat coquendo.

Appendix.

Eundem Syrupum docet Serapion Tract. 7. cap. 23. nomine Secaniabin, & Auicenna libro 5. summa prima, Tract. 6.

Syrupus ex quinque radicibus, cum aceto & melle, qui Oxymel compositum dicitur.

Rec. Corticum radicum apij, fœniculi, petroselini, asparagi, rusci, ana uncias duas.

Seminum apij, petroselini, fœniculi, ana unciam unam.

Incidantur radices, quibus coqui cœptis semina confracta paululum admisceantur, & percoquantur in libris decem aquæ fontis, ad consumptionem medietatis. Inde post noctem fortiter exprimendo, postquam rursus caluerint (quod semper in huiuscemodi decoctionibus est obseruandū, quantumuis

uis non ubique à me indicetur, ut promptius tota uis exprimendo transpiret) colentur, & cum libris tribus mellis expumati fiat syrupus: Ad finem adde.

Aceti acerrimi uncias quatuor, pro qualibet libra Syrupi, hæ summatim opinor uncias uiginti constituunt, & despumetur, ut suprà monstrauimus.

Additio.

Ioannes Mesue aliàs Secaniabin de radicibus uocat, sed mihi quidem impropriè ita nominare uidetur: quandoquidem & ante illum, alius syrupus eodem nomine descriptus est. Paulò aliter ex decocto radicũ Actuarius pingit cap. de Serapijs, & rursus aliter alio loco. Est ubi citra acetũ compositum inuenias, eiusq́; usus tum est, cùm non tam incidere, quàm leuiter obstructos meatus aperire uolumus. Præterea si pro melle, eadem zacchari quantitas indatur, minus etiã incidet, sed palato procul dubio magis placuerit.

Radicum rusci.) *Myrtus syluestris est, Græcis oxymyrsine, chamemyrsine, myrtacantha, & myrsine agria, quam Dioscorides pingit 4. cap. 129. ac Plin. 23. cap. 9. Theophrastus myrtum cuspidatam 3. Plantarum uocat. Scribonij interpres Composit. 163. & Marcellus Medicus, cap. 26. de Medicamentis libro, Scopam regiam appellant, fortè quia ex folijs in plerisque Italiæ locis scopæ fiant: uulgus nostrum buxum acutam, Officinæ Bruscum, cùm Ruscum debeant. Opacis gaudet, neque alibi temerè nascitur. Germani* Meusdorn, *quasi muris spinam dicunt. Gall.* Brusco, ou murte sauuage. *Ital.* Pongi topi, ò Rusco. *Est præterea alterũ Rusci genus, quod arborũ proceritatem æquat, folio lato, duro, & per angulos aculeato, immortali ui*

rore,

rore, baccis rubentibus, & racematim collectis, in syluis paßim obuiũ, Germanis Waldtdistel, aut Stechpalmen. Gal. Hous, ou Housson. pueris etiam nostratibus in festo Palmarum familiare. Ruellius lib. 1. cap. 140. Aquifoliam arborem decernit, ac 3. cap. 136. alterum genus Rusci pronunciat. Tragus syluestre genus Lauri, Latinè Laurus spinea aculeigera, esse credit 3. Plantarum, cap. 54. Ingens est Serapionis error, affirmantis oxymyrsinen esse arborem ferentem fructum, Arabibus Cubebe uocatum.

Syrupus acetositatis citri Mesuæ.

Recip. Succi acetositatis citri libras duodecim.

Decoque in uase uitreato super prunas cũ facilitate, dũ cõsumatur tertia pars ipsius, deinde placidè subsidere permittatur, quod perfectè biduo fiet: tũ id quod est tenue, per colum laneum transfundatur. Accipe ex eo clarificato libras septem. Pone super ipsum ex Iulebo claro & depurato libras quinq;. Coquatur ad syrupi spißitudinem: aut si æstas fuerit, dimittatur in sole, donec eius aquositas consumatur.

CRONENBVRGIVS.

Syrupus iste uerius ex acido succo citriorum diceretur, quoniam interna citrij pars tota succus est, quibusdam tenuibus pelliculis demptis. Præstaret colare succum, per linteum rarum, sine expreßione, aliàs concrescit, & congelatur. Iuleb autem clarum, est zaccharum purißima aqua, cũ albuminibus ouorum, clarificatum, mox coctũ. Aut si præstantius requiris, accipe Iuleb ex succo citri paratum, aut etiam rosatum: Insolatur uerò ad sui custodiam. Ioannes Manardus ex limonibus, instar huius, parabat, quem placidum, efficacem, utilemq; ad restinguendam sitim, bilis feruorem,

uorem, pestilentes febres, & eas quas malignas ac contagiosas uocamus, comperi: saporem acidum edit, qui in illis potissimum expetitur. Insuper magis refrigerat & penetrat: Itaque ego sic construo.

Syrupus ex acido Limonum succo.

Recip. Succi limonum libras duodecim.

Post residentiam unius aut alterius diei, per colatorium laneum, absq; ulla expreßione, hoc est, ut subtile solum perfluat, coletur: absq; aceti aut albuminũ admistione. Etenim qui uehementer colum premunt, succum nimis turbidum ac crassum recipiunt: quare is tantùm sumendus, qui suapte sponte transfluit, cui zacchari albi clarificati libræ quinq; adijciantur, coquendo dum mellis craßitudinem accipiat. Qui autem celeriori aut impetuosiori igne, aut coctura utuntur, in solidam nimis cõgelationem cogunt. Conficitur adhuc duobus modis, ex doctrina Mesuæ, sole nimirum & igne. Si itaq; mora in sole perficiatur, clarior usque conspicitur: si igne, nisi diligenter coquatur, nimium crassescit. Commodum hic propter compositionis & scripturæ uicinitatem, alium appono ex corticibus citri, qui habet:

Syrupus ex corticibus citri Mesuæ.

Recip. Corticum pomorum citri recentium libram unam.

Coque in aquæ fontium libris quinq;, ad consumptionem duarum partiũ, & cum zacchari libra una, fiat Syrupus. Condiatur moschi granis quatuor. Sunt qui in Iuleb proijciunt ex corticibus citrorum partes conuenientes, propriè quando coctum est, & habetur suaue. Amplius quando submergitur in aqua decoctionis citri, seta tincta ex chermes est excellentior.

CRONENBVRGIVS.

Eundem scribunt Serapion Tract. 7. cap. 23. & Auicēna lib. 5. summa 1. Tract. 6. atq; Hali 4. Practicæ. Ego interea dū coquitur, duas uncias corticum citriorum prius humectatorum, in aqua simplici, deinde zaccharato, immitto, ut Syrupus præstantior sit. Sed Deum immortalem, quantū est in rebus inane, imò quantum est in rebus sollicitudinis & inquietudinis, dū nihil humana intermittit industria, non, ut ille inquit, per mare, per terras currit mercator ad Indos. pauperiem fugiēs, sed fruendæ lasciuiæ causa, omnia iugiter explorat: nec mora, nec requies, dū animum illecebris rerū formis lactat, dum corpus miris lenocinijs prostituit, dum adulterinis fucis pulchritudinis speciem affectat, dum periturum mox cadauer peregrinis coloribus inepte uelat politq;, deniq; dum per uarias uoluptates, diuitias suas uincere nequit. Hæc præter alia etiam sericū facit, quod ut dubia plerisq; opinione, ita nondum satis manifestata iactitatur, quodq; in usum publicū, dāno seueritatis, admissum est (ut Plinianis uerbis utar) quo ostentare potius corpora, quàm uestire primò Cæsaribus, deinde primarijs fœminis, pòst insuper idētidem uiris persuasit luxuriæ libido, unde ad nimis petulantes mulierum delitias, promiscuè productum est. Sed quādo usus eius necessarius, in isto syrupo parando uideri queat, nec me labor iste grauabit. Itaque subscribam, quæ mihi de eo sunt comperta. Fuit sericum & seta antiquis res, diuersa: nam hæc ex uermibus fit, & inter telas numeratur, de quibus Iulius Pollux ita disseruit: Bombyx est uermiculus ille, qui in aranearū morem tenuißima fila, & lanuginē, ad faciendas uestes sericas deducit. Aristoteles 5. Animalium lib. cap. 19. Vermem quoq; dixit, ex quo fila texuntur. Pausanias bestiolam esse scripsit, Seram uocatam, scarabei

magnitudine: cætera araneorum, sub arbore telas ordientiũ similẽ. Sunt autem Seres, populi Aethiopiæ uel Scythiæ, cõtermini Indiæ, qui eiusmodi animalcula panico ad quadriẽnium alunt, quinto anno recenti arundine, quam prædulci gustu auidius carpentia, dißiliunt, alioqui non ultra eum finem uictura: Aut aquarum aspergine inundatis frondibus, uellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant, ad obsequium. Hactenus Solini dictionem cap. 53. recensuimus, cui consentit Plinius lib. 6. cap. 17. ubi sericum in arboribus nasci, ac depecti, autor est, & in censu lini reputari. Quapropter Maro cecinit 2. Georg.

Quid nemora Aethiopum molli canentia lana,
Velleraq́; in folijs depectunt tenuia Seres?

Breuiter, mihi omnia omnium autorum monumenta diligenter uersanti, non minus confusa, quàm incerta totius historia uisa est: quanquam eorum sententia uerior decernitur, qui ex uermiculis sericum gigni arbitrantur. Eorum innumerabilis est copia per uniuersam penè Italiam, Hispaniam, Lusitaniam, & Galliam, ut nullo opificio lucrum maius expectetur. Mori potißimum folijs pascuntur, quod eleganter in Rustico suo Angelus Politianus uersu 122. typis Aldinis aßignauit,

Mox ubi iam sapiens cœpit frondescere morus,
Antè quidem sapiens, nunc ambitiosa, nec ullum
Quæ pariat pomum, sed serica pensa ministret.

Nemo quidem eorum uermium generationem, ac nutricationem iucundius & uerius reposuit (quod ego sciam) quàm Leonhartus Fuchsius lib. suo de Stirpib. cap. 197. Aëtius & Actuarius Cataxã appellant. Officinæ Setam crudã: rectius si Sericũ crudũ dicerent. Apud nos duplici specie habetur:

betur: Vnam appellant mulieres nostrates ungesponnen, oder roh Seid, quasi crudã setam, aut rectius seram, ac nondũ elaboratam, quæ sola, publico Senatus decreto, nostris emitur: Alteram gesponnen Seid, quando uidelicet singulari opere, hanc torquendo tractarint, estq; tunc elegantiori filo, & colore nitido. Dũ hanc rẽ studiose quærit Brasauolus Ferrariensis medicus, primò antiquorũ sericũ pronunciat Bombycem, mox hũc quoq; setam: deinde setã non sericũ, sed bombycẽ dicit. Vnde facilè demõstrari potest, quàm ipse sibi aduersetur, & rẽ adhuc aut nõ satis cognitã, aut malè distinctã magis confundat. Ego equidem nõ putarim, multũ operæ Medicis in eiuscemodi disquirenda impendendũ (quare miror illũ in Asia, in extrema orbis parte, in nouis insulis eã rem nutanti fide, æquè nouis, ut ueteribus scriptoribus traditam quæsiuisse, & quod magis est mirandum, nondũ uerè ac fideliter inuenisse) utpote cuius usum commodè isti negligere queãt: præsertim quando nihil etiamnũ de eius facultate certi habeatur. Sed nunc Mesues dictionẽ bene examinemus, setã tinctã ex chermes, & aqua decoctionis citri submersam, ad syrupi nobilitatẽ facere scribit: ubi sciendũ, setã aut serã, aut sericũ (nec refert quomodocunq; dicamus, modò quid sit intelligamus) nõ tãtũ chermes tingere, uerùm insuper addi alumẽ, gallas, arsenicũ uulgare, ac similia uenenata. Quare eius cõsuetudo iure fugiẽda, ut quæ nõ defendat, sed offendat uirtutẽ letaliter. At certum est, ex hac mistura resultare colorẽ rubrũ incõparabilem, qui splendore quodã & hilaritate alios omnes superat. Conuehitur etiã ex nouis iamdudũ repertis insulis chermesinũ granũ abundãter per se, in Hispaniã atq; Italiam, quo serica stamina rubro colore inficiuntur, & fœminæ uoluptuariæ, os genasq; elegãti rubore cõmendant, nimirum ut

placeat adultero cõiunx, proco puella: & corruptorē alliciat nupta, dum paulatim annis, feruente iuuenta, sensibus illabitur Veneris male suada cupido, quæ mentē pariter & animū mutans, faciles puellas, salacesq; mulieres, fœdis subijcit furijs, dū conuiuia, dū spectacula, dum choreas lætæ frequentant, dū picturata imago fallit amantē, & iura legesq; datas, ac fœdera libidine soluunt. Sed mittamus hoc hominum impurū genus, & ad chermes redeamus, ubi animaduertendū, alios chermes coccum existimare, alios cōtrà negare, atq; interea quid absolutè sit, nemo mihi ostēdere potuit. Putant multi coccū Theophrasto 3. Plant. cap. 16. nasci in robore, præsertim Ilice, ut & Plinio lib. 16. cap. 9. Quidā coccū uulgaris usus, & Granū tinctorū uocatū, eidē 24. ca. 4. Scolecion, quia cōstat rotunda inaniq; bacca, & ex huius medulla tenues exoriūtur uermiculi. Ego autē ex multa inuestigatione id scio, chermes infectoribus purpuræ, siue serici staminis, necessariā omnino materiam, granū esse paruum, asperū, durum, obscurè rubrum, siue puniceū, ex Thuringia, Polonia, & Orientalibus, & Occidentalibus plagis ad nos perferri, Germ. Karmesein greyn. Gal. Cramoisi. Ital. Cremesino, Hispanis Cōcinelle: sed quomodo ad herbarū radices id uelut granula nascatur, excauetur, & in uermem transeat, expedite dicere nō queo. Ac quāuis diligēter Brasauolum uerbose materiā tractantē reuoluerim, non potui cognoscere, ecquid chermes propriè, ecquid coccum interpretetur. Illud tamen scio, quod Græci & antiqui Coccon, id Arabes Chermes uocant, nam eadē est Serapionis dictio cap. 321. quæ Diosc. lib. 4. cap. 39. Coccon baphicon, infectorium, siue granum tinctorum scribentis, ex quo uestis roseo colore tincta, coccinea, quisquiliata, ac scoledata quoque uocari traditur, lingua Germanica

Schar

Scharlachrot. Gal. Escarlate, Ital. Scarlato, colore di grana. Atqui inter utrunq; granũ discrimẽ oportet agnoscere, quia sericũ, purpurissimũ, aut chermesinum, præstãtissima sane specie, tantũ inficiunt artifices, materia specialiter dicta chermes (quæ pimpinellæ radicibus adnasci scribitur) sed baccis siue cocco baphico (cui adhuc aculeata folia commixta uisuntur) pannum laneum fullones periti tingunt, splendescente colore roseo, qui antiquis dicitur Russatus, quo nihil aspectu gratius. Ex Valentia Hispaniæ oppido nũc præstantissimum aduehitur coccon, cuiusmodi olim ueste nobilitas sola, ac principes admirabili gloria utebantur, cuius etiamnum solenne uestigium apud amplis. Colonienses Consules extat: etenim ij quotannis toga, ex simili lana coloris rubri ac punicei facta, uirtutis eximiæ, & honoris supremi uice decorantur, quali nemo uirorũ in omni Repub. utitur: & iure id quidem, quia pretiosa celebrisq; uestis, honoratissimo & clarissimo loco constitutos tantũ decet. Nunc ad Syrupũ absoluendũ. Recte Brasauolus mauult coccum, id est, granum tinctorũ, rem innoxiam, quàm setã in chermes tinctã, substantiã ueneni participem: at ego neutrã, quoniam inde parũ efficaciæ, sed plurimum fallaciæ, ac malitiæ suspicor, nisi quis Auicennam imitatus, tractatu de Viribus cordis, sericũ crudũ apponendũ cẽseat, cùm id etiã aliorum testimonio, in roborando corde celebre habeatur. Dum autẽ ista cõmentarer, superuenit ingenuus ac studiosus admodũ seplasiarius Theodoricus Kalbandius, quo cum hanc de serico, cocco tinctorio, & chermes, opinionem meã disserere cœpi, atq; adeò disquirere, num setam Antuerpiæ, in celebratissimo inferioris Germaniæ emporio (in quo idẽ artẽ medicamentariã diu factitarat) in syrupũ hunc, ad Mesues scripturã, submergere soliti essent? Id cùm

ille negasset, & prorsus illum syrupum eo loci exoleuisse asseruisset, narrat se aliàs compositionem Alkermes parasse, in qua loco setæ tinctæ in chermes, cuiusdam doctißimi medici iussu, oblonga fila è sericis pannis roseis nondum rasis, propendentia acceperat, quibus equidem staminibus, succo pomorum dulcium, coctis, præstantißimo colore uniuersam confectionem infecerat. At rarißimè eiusmodi serica, uulgò Chermisina, ad nos perferũtur, cùm ferè plerunque in Turchia radãtur ac perficiantur. Ea itaque fila hic assumantur, quibus uidebitur. Porrò moschum quoq; omitto, ut cuius odore hominum plerique uehementer offendantur. Vicina huic dictio chesmes est, quæ non idem cum superioribus designat, sed uuas passas sine arillis, de qua opportuniori loco studiose explicabimus.

Syrupus ex Absinthio simplex Mesuæ.

Recip. Absinthij Romani, drachmas cẽtum.

Coquatur in libris tribus aquæ, ad tertiam partem, deinde fricetur manibus, coletur, & cum mellis, ac uini ana libra una, fiat syrupus.

Syrupus ex Absinthio compositus, eiusdem.

Recip. Absinthij Romani libram mediam.
Rosarum rubrarum uncias duas.
Spicæ drachmas tres.
Vini albi & antiqui, boni & odoriferi, succi cytoniorum purati, ana libras duas, & semissem.

Dimittãtur per diẽ & noctem in uase lapideo, deinde coquantur

quantur faciliter ad medietatem: Exprime & cum mellis duabus libris, fiat syrupus expertus & nobilis.

CRONENBVRGIVS.

In primis non uideo, quomodo in tam pauxilla quantitate uini, ista macerari & decoqui poßint. Ego aliquando expertus sum, cũ absinthio mediocriter sicco, sed omnino decẽ libras uini necessarias esse deprehendi. Sed si quis æquales portiones succi cydoniorum substituat, ualẽtius adstringet. Actuarius ex multis compositum refert cap. proprio, quem etiã octo simplicibus adiectis superat Nico. Myrepsus Drosato 12. Serapio Tracta. 7. capit. 23. diuersum à superioribus scriptum reliquit, quem primo loco recẽset Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 6. Idem habet tres alios. Atqui hoc loco si quis æquo perpendat moderamine, Syrupi istius amarorem, & cõtrà nostratiũ penè omniũ delicata eundem refugientium palata, iudicabit is tertiam absinthij partem, pro tota hac dosi sufficere, & sumentibus gratiorem iucundioremq; æstimari. Damnat reprobatq; alioqui crebrò uulgus, quod aut non satis intelligit, aut planè non intelligit. Idcirco illorũ hic gustui nos accommodantes, tãtum quatuor ex absinthio uulgari mediocriter sicco uncias inijcimus, ac paramus superiori Mesuæ doctrina: sed aquæ quantitatẽ augemus in simplici, & uini in composito, alioqui nullã costurã admittet. Idem mecũ fatebuntur, quicunq; eius periculũ fecerint. Aut quod magis laudo, Romanũ alio nomine Ponticum, quod multò minus est amarum, accipio: notũ enim est illud, quæ acerbam habent permistam facultatem, amica & utilia magis sunt stomacho: quæ uerò amara sunt, omnifariam infesta habentur. Quapropter etiam 11. Methodi Galenus ad iocinoris & uentris phlegmonas, Ponticũ præ alijs commendat. Est autẽ absinthiũ triplex, Romanum siue Pon

ticum flore ac folio cæteris absinthijs multò minore, odore quoque nō modo nō insuaui, uerumetiam aromatum quidpiam præferēte, cùm reliquis sit fœdus. Hoc Diosc. 3. c. 23. & Galenus 6. simp. & alibi præstātius in Pōto ac Cappadocia, in mōte Tauro nasci produnt: solū id gratum est stomacho, quoniā plurimā adstrictionē continet, & paucā amaritudinē. Reliqua duo genera impēdiò inimica sunt, nēpe cū amarore salsuginē præ se ferētia. Theophrastus pecora Pontico absinthio pasta pinguiora ac pulchriora reddi autor est, & ut quidā inquit, uolunt, sine felle. 9. Plantarū. c. 18. quod affirmat Plin. 27. c. 7. ubi insignes absinthiorū uires memorat, sicut continēter sequēti c. Romanū hodie apud nos in cultioribus hortis prouenit, & simpliciter absinthiū intelligitur, Germ. quibusdam Rōmische wermut, alijs Rōmische Alsen, Gall. Absince Pontic, ou Romain, Italic. Assenzo pontico. sanè hoc intelligit Mesue.

Alterum est marinū, quod Seriphiū uocant, copiosissimū in Tauro mōte iuxta Cappadociā, & in Taphorisi Aegypti: nūc quoque passim nascitur iuxta maris Hollādici littora, odore fœtēti grauissimoq́ꝫ: eo plerique tineas & uermes necant, ob id semen lumbricorū, ac mortē uermiū appellāt: quanquam alij peculiariter eam uim Sātonico attribuant: unde etiam Semen santi dici cœpit.

Tertiū est Santonicum uocatū, à Sātonibus Galliæ populis, apud quos magno prouētu gignitur, quēadmodum etiam hodie locis quàm pluribus nostris. Id opinor absinthiū uulgare, quāuis id Syluio inter tria absinthij genera ueteribus enumerata, nō fuisse cōprehēsum uideatur. Auicēna li. 2. c. 2. quinque species recenset, sed obscurat magis quàm illustrat.

Syrupus ex Agresta Mesuæ.

Modus

Modus operationis eius est, sicut syrupus de acetositate citri. Quidã cõdiũt garyophyllis.

CRONENBVRGIVS.

Nemini dubiũ uideri debet, quum antiquißimis uiris hæc compositio usitata fuerit. nam comperio similem ferme descripsisse Dioscoridẽ li.5.c.20. et Paulũ 7.c.15. Aëtiũ 5.c.136. Nicolaum Alexandrinum c.143. & Actuarium cap. de Liquoribus medicatis: quos imitati sunt absq; dubio Mauritani omnes, ut uidere est apud Serapionẽ de Antidotis, c.23. Auicennam lib.5. Tract.6. Insuper apud Palladium lib.9. tit. 13. Nostro uerò tempore Officinæ Mesuen sectantur. Addun tur etiam garyophylli, pro conditura atque fragrantia, atque in isto syrupo drachmæ duæ sufficerint, tametsi Placẽtinus totidẽ uncias adijciẽdas cẽseat: sed isto modo cõpositus, reuera acrior erit, quã & palato & facultati suæ cõueniet, Malim etiã loco mellis zaccharũ substituere, sequenti ritu.

Syrupus ex Agresta.

Succi uuarum, albarũ omphacinarum, id est, immaturarum collectarum ante maturitatem (in hoc etenim medium seruandum, ne omnino uirides, aut flaccidæ sint uuæ, debéntque ad diẽ unũ seruari, ut superflua humiditas absumatur) accipe hac arte collectarũ uuarum succi bene defæcati libras nouẽ. In uitreato uase ad tertias lento igne decoque, tunc libras tres albissimi zacchari admisce, simul ebulliendo, dum crassitiem syrupi contrahat.

Cæterùm quòd tres zacchari libras indiderimus, præter antiquorum præscriptum, id in gratiam ac uoluptatem palati

lati factum est: Iuuãtiora etenim sunt, quæ magis delectãt, iuxta illud Hippocraticũ: Parum deterior cibus & potus, suauior autẽ, melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus. Proinde cùm nobis persuasum sit, ægros magis affectare, quod minus est medicamentosum, quodq; citius de lingua discedit: ideo zacchari pondus adiecimus. Ita siquidem natura comparatum, ut nihil æquè ægri detestentur, ac medicas compositiones, quoniam indoctorum hominum pharmacis adeò quandoq; cruciantur, ut satius existiment semel mori, quàm eiuscemodi tormentis sæpe torqueri.

Superest, ut quæ de Omphacio cognouerimus, breuiter adijcere. Diosc. 5. cap. 4. succum acerbæ uuæ nondum maturescentis è Thasia uite, aut Aminæa, pronunciauit. Itidem Galenus 6. cap. 1. per Locos confirmauit: his subscribunt alij autores. Thasiam & aminæam uitem præcipuè laudauit, ob naturalẽ saporẽ fructus acerbum, unde Galenus 4. Simpl. cap. 7. tantùm huiuscemodi uitis fructum, & uinum acerbũ dixit, & in Italia circa Neapolim, & in Thuscia nasci tradit 5. de Sanit. tuenda. Nos rectè in hisce oris Germaniæ nostræ, succum uuarũ acerbarum siue acidarum accipiemus, quem depuratum per se lento igne, aut adiecto, ut mõstrauimus, zaccharo, ad compagem Syrupi uulgaris coquemus. Veteres insolare omphacium ad densitatem solebant, nunc alia uita aliaq; diæta est: quanquam & hoc commodè fieri poßit, ad multiplices usus. Germ. Agreſt uocatur, Gallice Verius, Ital. Agreſto.

In Syrupum ex Artemisia, censura nostra.

Non minus scitè quàm eruditè plerasque istius syrupi cõpositiones Musa Brasauolus cõfusiones ac multorum simplicium

pliciũ aperiẽtium absq; ordine collectiones uocat. At quod ille in omni fermè Italiæ ciuitate, apud Pharmacopolas fieri queritur, id ego quiritor ac deploro eò magis, quò pluries hoc scelus apud nos in Germania committitur: & paucio res quàm isthic monitores correctoresq; habemus. Nullum etenim est in una urbe Pharmacopolium, quod nõ alias at= que alias compositiones parat. Ita adulteria penè infinita, & barbaries plusquàm Scythica, ueram medendi artem in= fecit, non modò in hoc Syrupo, uerumetiam in mille simpli= cium cognitione, ac medicamentorum constructione, ut uix corrigi, aut in pristinum nitorem restitui, multis eruditorũ uigilijs, queat. Adeò indelebile uitium est, eluiq; non potens, ista circa inscitiam pertinacia quauis scabie ad sanandum rebellior. Legi ego ultra octo dißidẽtes inter se simili tit. Sy= rupos, qui omnes cũ ratione mihi suspecti sunt, ob imperitã simul ac erroneã ingrediẽtiũ cõmistionẽ. Et quorsum attinet eosdẽ huc cõuerrere, cùm tota ubiq; scriptura Luminariũ, thesaurorum, ac manu scriptorum codicillorũ eiusmodi næ nijs plena sit? Ex his etenim omnes omnia petunt, qui mihi dedita opera in artem conspirasse uidentur, dum non nisi medicinæ colluuiẽ quandam uersent, spretis non solùm bo= nis claßicisq; scriptoribus, sed omnibus insuper meliora mo nentibus. Mihi autem suffecerit ex omnibus hoc loco unum referre, qui me iudice magis uniformis, ex aperientibus exte nuitantibusq;, ad menses eliciendos, constat hoc modo:

Syrupus ex Artemisia Matthæi de gradibus.

Recip. Artemisiæ manipulos duos.
Pulegij, calaminthæ, origani, melissæ, persi= cariæ, sauinæ, maioranæ, chamædryos, hy= periconis,

periconis, chamæpityos, matricariæ cũ flo-
re, centauriæ minoris, rutæ, betonicæ, ana
manipulum unum.

Carpobalsami, costi, asari, radicis pyrethri,
ana unciam mediam.

Radicum apij, petroselini, fœniculi, asparagi,
rusci, saxifragæ, inulæ, dictamni, cyperi,
rubeæ tinctorũ, iridis, pæoniæ, ana unciam
unam.

Seminum iuniperi, libystici, petroselini, apij,
anisi, nigellæ, ana unciam mediam.

Casiæ ligneæ, cordumeni, id est, cardamomi,
calami aromatici, phu, ana unciam mediam.

Purgatæ ac contusæ radices primò bulliant in libris duodecim aquæ pluuiæ, mox appone semina pari modo confracta, postea simplicia fermè siccata & haudquaquam uiridia: quoniam propositus est scopus calfaciẽdi, aperiẽdi, atque educendorum mensium, quod aridis simplicibus efficacius (utpote acrimoniam & calorem obtinẽtibus maiorẽ) quàm recẽtibus perficitur. Itaque eiusmodi accipiantur ac incidantur, & circa finem adijciantur sauina, maiorana, chamædrys, chamæpitys, atque aromata, coquẽdo ad libras septem: tunc ab igne aufer ad horas duodecim, deinceps colentur, clarificentur, & cum mellis optimi expumati libris quinque, fiat Syrupus.

Annotationes.

Atque iste est autoris sensus dilucidè expressus. Ipsius autem uerba leguntur c. 24. praxeos, secũdæ partis, ubi tamen omnia ingredientia singulorum manipulo uno complectuntur: sed cum pace tanti uiri dixerim, mihi indeterminatum

pondus

pondus uidetur, radices per manipulos usurpare, quando alij alijs aut capaciores aut contractiores habeant. Itaque manipulum in unciam conuerti, propter incertitudinẽ. Syrupum istum nonnulli ex matricaria nominant, sed facilis est mutua uocum alteratio, cùm hæc artemisiæ species altera ramosa doctis plerisq; habeatur, que Febrifuga uulgò, & ab Auicenna lib.2.c.723. Vehuen, Serapione cap.simpl. 253. Achuen dicta. Non desunt tamen qui matricariam ad Parthenium referãt: repugnat autem constanter Hieronymus Tragus lib.1.c.47.ac 50.& eam chamomillam nobilem ueramq; asserit, odore mali, ex Plinij testimonio 21.c.30. Repugnat multa oratione Fuchsius in historia sua, cap.222.& Brasauolus, ubi planè Cotulam fœtidam uocatam herbam Parthenium decernũt, quanquam eadem uoce Anthemis, Artemisia, Amaracum, Mercurialis, helxine plerisq; autoribus, intelligantur. Otho Brunfelsius Tom.1. Parthenij differentes species octo numerans, copiose & ueterũ & recentium scripta recenset. Id indubitatum est, Artemisiã & matricariam appellatam, indifferenter hoc loco usurpari posse, si facultates expẽdamus. Et Fuchsius ex professo Artemisiam pingens c.13. tres eius species, ex Dioscoridis cap. 108.& 109.li.3.(quæ paßim apud nos, inquit, reperiuntur) aßignauit. Prima simpliciter Artemisia latifolia appellatur, cuius duo sunt genera, colore tantùm distantia: unum caule et floribus rubens, Germanis rot Beyfůsz dicitur, Gall. Armoise, Ital. Artemisia. Alterũ candicans caule, floribus uerò flauis, olim Parthenis uocata, autore Plinio lib.25.ca.7. Altera species tenuifolia, Officinis Matricaria, Germ. Mutterkraut, Hollandis Maertel, Gall. Espergoute, ou Benoiste, ou matricaire. Italis, Marella ò matricaria, quòd uteri (quem matricem

uocant

uocant) morbis medeatur. Tertia Monoclonos, *Tabernis omnibus Athanasia (quòd immortali luteoq; flore, nec celeriter marcescente fastigietur)* Trago *lib.1.ca.51.* Anthyllis, *plerisque* Tanacetũ, *Germanis* Reinfarn & Wurmkraut, *nominatur:* Gall. Tenaisie, ou Athanasie, *Ital.* Athanasia: *Eandem quidam Ambrosiam decernũt, sed* Hermolaus, Marcellus *cum* Plinio, *uagi nominis herbã esse dicũt.* Mathiolus *priuatim aliam uiua imagine ostẽdit. Illi cõgenerẽ herbã esse cõstat, quæ elegãtißimos flores profert,* Garyophyllos Indos *uocatos: etenim nulla re, nisi floribus, ab ista differt.* Hieronymus Tragus Calthã Plinij *putat, li.1.c.145. quoniã folia eius oleãt, nõ flores:* Fuchsius Violã *flãmeam appellat, uulgariter* Indianisch Negelin. *Gall.* Rosier, ou girofle d'Inde. *Ital.* Fiore Indiono. Ego *primus omniũ* Gruningæ Phrysiorum *in testa pro ædibus, magno aspectãtium miraculo reposui.* Ad Artemisiam *redeo: hanc etsi* Dioscoridis *quædam exemplaria triplici discrimine separent, attamen ipse duorum tantùm generum disertè asserit.* Vnde *celeberrimi aliquot scriptores illud caput spurium arbitrantes, in totum suppresserũt, uelut* Ruellius *in sua interpretatione.* Quin & Marcellus *ut ascititiũ prorsus damnauit.* Neq; *etiam quicquã de tertia hac specie apud* Gal. *neque* Oribasium, *neque* Paulum *lego, imò ne apud* Serapionẽ *quidem, cùm perpetua ac indubitata fide, omnes isti ex* Dioscoride *simplicia enumerare solent.* Quapropter *iure* Plinium *quoque hac ambiguitate circumuentum fuisse dicemus, ut qui* Ambrosiam *in locum tertiæ illius speciei, continuo sermone subiecerit libro uigesimoquinto, capite septimo, quoniam uerisimile non est,* Dioscoridem *tam propinquis capitibus eiusdem plantæ historiam tradidisse.* Cæterum *unus* Mathiolus *excellenti constantiq;*

stantique ingenio, quam reliqui omnes autores Matricariam uocarunt, atq; alteram Dioscoridis differentiam pronunciarunt, Parthenium decernit. Iudicent alij, & quam uelint sententiã cum ratione apprehendant. Ego hic satis esse opinor, doctißimorum hominum scripturas aperuisse.

Melissæ.) Hæc herba pingitur à Diosc. lib. 3. cap. 10. uocaturq; Melissophyllon, id est, apum folium, Latinis Apiastrum, quia plurimũ ea apes delectãtur, siq; aluearia perungantur, teste Plin. lib. 21. cap. 14. & 20. non fugiunt apes, nullo enim flore magis gaudent. Amplius citrago, aut citraria, à citri odore. Modernis Ozymum citratũ, Germanica lingua Melissen & Mutterkraut, Gall. Melisse, Ital. Apiastro, Cedronella, Melissa. Recentiorum quidam, aliud Apiastrum, folijs Marrubio nigro similibus, flore purpureo, uerißimè monstrant.

Persicariæ.) Hanc herbam recentiores in maculatã, & non maculatam diuisere. Si unquã eius meminerunt Dioscorides ac Plinius, id proculdubiò Cratægoni nomine factũ credit Ruellius 3. cap. 63. sed certè toto cœlo errat, reclamantibus notis penè omnibus, & doctißimis quibusq; de herbaria medicina scriptoribus, Genuensi, Eurytio Cordo, Brasauolo, Matthiolo, Amato, Hermolao, ac Brunfelsio. Errant insuper qui persicariam uulgarem, Polemoniam arbitrantur, uelut Ruellius 3. Stirpium, cap. 81. monet. Hanc Magnus Mediolanensis herbam tunicæ: Otho Brunfelsius rutã agrestem: Musa Brasauolus, Aloisius Mundella, caprariam censent: Ruellius Ambrosiam siue saluiam nemorosam appellari existimauit, sed omnium istorum errores aliàs confutauimus. Gualterus Riuius perperàm Polemoniæ loco Been album appinxit. Polemoniam mihi ostendit Ioannes Lithodius Medicus, & eximia pietate, & singulari doctrina clarus,

paßim in nemore Duysburgensi excrescentem. Persicariam verò constanter credo Dioscoridis Hydropiper, delineatum ab eo lib.2.cap.155.nec huic fidei meæ ullus opinor refragabitur, qui rem ueram agnoscit. Hic persicaria acerrimi gustus erit apponenda, qualis est non maculata, Germanicè Wasser pfeffer, Muckē kraut. Gall. Poiure d'eau, ou curage sans macule. Ital. Pepe aquatico.

Sauinæ.) Græcis Barython, Barathon, & Brathys, Romanis Sabina. Duûm est generum: nos tantùm, quod sciā, unum habemus, mulieribus quibusdam furtiuum concubitum expetentibus, & si fortè conceperint, abortum desiderantibus magis cognitum, quàm expediat. Scribit utrūq; Dioscorides 1.cap.88. Plinius 24.cap.11. Ego de hac herba, tanquam re nimis metuo confessa, longiorem sermonem facere desino: Et satius est, ea haudquaquam adscribere, quæ scelerati homines agnoscentes in lucro reponunt. Germanica lingua Seuenbaum. Gall. Sauinier. Ital. Sauina.

Rutæ.) Græcè Piganon: huius in uenenis præstantiā, mustelarum cum serpentibus pugna, commendat, cuius odore isti fugantur, ac tutius hos illæ adoriuntur, autore Aristotele 9. Animalium, cap.6. Herba hoc æuo notißima duorum generum, satiuum & syluestre, quod hortensi perquàm simile est, graciliori tamen folio. Isto utroq; genere acrior præstantiorq; ruta est, quæ sub ficu arbore enascitur: nam Theophrastus de Caus.5.cap.7. Plin.19.cap.8. Plutarchus 5. Symposiacorum, Palladius in Martio nusquam lætiorem fieri tradunt. Ac Dioscorides 3.cap.43. rutam in cibis damnat, nisi sub fico enascatur, quod hodie tanquam non necessarium negligitur. Si demutiletur, & in ramos dispergatur, amplior, melior ac sapidior redditur, scribente Theophrasto 3. de Causis Plan. cap.24. Siccata hic collocari debet, ut-

pote

pote exactè amara atque acris, qualẽm facultatem in præsenti syrupo intendimus. Tragus duas rutæ hortensis facies ostendit ægrè separabiles, nisi quibus cum diligentia est coniuncta industria, lib. 1. cap. 22. Dioscorides 3. lib. continenter post caput Rutæ syluestrem reposuit, quod in Cappadocia & Galatia, Asiæ finitima, Moly dicitur. Hallucinantur omnes illi (in quorum numero cùmprimis ponitur Brasauolus, & Hermolaus, quod eorum pace dixerim) qui hanc rutam ab hyperico nihil differre scripserunt, quoniam disertè Dioscorides utriusque plantæ discrimen proprijs capitibus separauit, quem secutus est Oribasij manuscriptus codex. Galenus septimo simpli. rutam eandem syluestrem Moly uocari autor est, quod quidam Hermolám, Syri Besásan: & sexto per Locos, cap. primo semen agrestis rutæ interpretatur. Mauri paululum deducta à Græcis appellatione, Harmel, & Alharmel dicunt, ut latius in Comment. pilularum fœtidarum expediemus. Sed hoc loco obiter Auicennæ manes, à diris Fuchsij uiri alioqui in arte peritißimi conuitijs, cap. 16. Paradoxorum, uindico, lib. quarto Fen. 6. Tract. 3. cap. 33. ubi in hæc uerba sonat: Ruta syuestris nõ est Alharmel, secundum quòd existimauerunt quidam, imò est species rutæ ipsius. Sic ille. Paulò autem superius dixerat: Et Alharmel est de medicinis liberantibus. Vt uerò dubitationem omnem tolleret, uoluit primò Rutam syluestrem ab Alharmel interstinguere, ut per illam intelligere uideretur, quæ peculiariter ruta syluestris dicitur, ab ea quæ speciatim alhar mel Arabica lingua uenit: Aliàs tam paucis lineis eadem rem nequaquã disiunxisset. Porrò si quis uero sensus iudicio, Galeni dictionẽ de ruta satiua, ac syluestri 1. li. 8. Simp. ac loco suprà aßignato, de altera, perpendat: tum in utriusq; qualitatibus, tum facultatib. haud dubiè indiscriminatim utranq;

 tutißimo

tutißimo equidem uſu, uenire comperiet. Quapropter in noſtro orbe ſemper eam rutam uſurpari uelim, quæ è locis aridis montoſiſq; colligitur. Et iſta de rutis ſufficiant. De Moly *non habeo quod certi definiam, utpote herba mihi prorſus incognita: attamen olim celebratißima* Homero 10. *Odyſſeæ ſub dimidium libri, ubi* Vlyſſes *eam à* Mercurio *accepiſſe legitur, qua ſola ſocios ſuos ſæuißimæ* Circes *fraudibus ineſcatos, peſtiferoq; potu in ſues transformatos, ſeq; ipſum eiuſdē inſidijs circumuentum uindicauit.* Traditur Theophraſto 9. *Plant. cap.* 15. *&* Plinio 25. *cap.* 4. *inſuper* Galeno 7. *ſimpl. nomine* Mylis, *ſi quid ego ſentio.* Atqui *hæc legentibus excutienda atq; dijudicanda relinquimus.* Vnus Tragus Tomo 2. *cap.* 76. Colchici *radicem apud* Dioſc. Surugen, *ſiue* Hermodactyli *apud* Serapionem *ac* Meſuen, Germanis Pfaffenhodē, zeitloſs herbſt blůmen, wild ſaffran blůmen. Gall. Mort au chien, ou Chiennée, Ital. Colchico, ò Hermodattilo. *Molyn ueterum credit, cuius florem* Narciſſum *aſſerit, quaſi diuerſis locis de eadem planta ille diſſeruiſſet, ſeorſum de herba & flore. Sed in hanc opinionem me nunquam* Tragus *pertrahet, etſi* Demoſthenis *aut* Ciceronis *utatur eloquentia.* De Colchico, *ex profeſſo in pilulis ex* Hermodactylis.

Betonicæ.) *Hæc herba traditur à* Dioſcoride *initio 4. libri, quam* Antonius Muſa, *clarißimus* Auguſti Cæſaris *Medicus, integro libello celebrauit: ueteribus ſacra etiam herba, quoniam in ſacris peragendis ea utebantur.* Galenus 7. Simpl. Ceſtron *Græco nomine, aut pſychotropon uocat, attamen* 5. *ſanit. tuen.* Betonicam *à* Ceſtro *dißipauit, quam ſaxiphagon alijs uocari dicit.* Paulus *quoq;* 7. *ca.* 3. *duo genera conſtituit.* Plinius *à* Vetonibus Hiſpaniæ *populis, inuentam herbam ſcripſit, & inter alia nomina* Italis Serratulam appella

lam appellari testatum reliquit, lib. 25. ca. 8. Serapionis Kastara, cap. Simplic. 322. Hieronymus Tragus, albo & subnigro flore pingit lib. 1. cap. 65. Porrò nunc betonica altilis ac coronaria paßim uocata, cui apud ueteres delineationi accommodari rectè debeat, ego audacter pluribus contendere non audeo, præsertim quando doctißimi quiq; id hactenus intermiserint: tantùm in præsens monebimus, Iacobum Manlium flores Garyophylli haud imperitè primùm appellasse, eo quòd Garyophyllorum suauitatem expirantes odoratu repræsentent. Quidā detractis à betonica duabus literis prioribus Tunicam dixerunt. Hermolaus Corollarij sui cap. 475. non defuisse ait, qui floris syluestris baccharis speciem existimarint, quam nunc Garyophyllon uocamus: mox eosdem flores altiles, ita ob oculos ponit, singulari uerborum lenocinio, ut nemo quantumuis idiota, eos amplius ignorare poßit. Quem deinde imitatus Ioan. Ruellius, Vetonicæ coronariæ nomine historiam eorundem plenißimè prosecutus est lib. 2. de Stirpib. cap. 149. & amplius 3. cap. 77. betonicam alteram nuncupauit. Ex ijsdem, ad uerbum speciosißimam imaginem, & eximias hortorum ac coronamentorum delicias recensere uoluit Leonhartus Fuchsius in opere suo Herbario. Tragus significanter nouem diuersas facies depinxit, ac flores Garyophyllorum, & Germanorum Narcissos, haudquaquam betonicæ species habendas censuit lib. 1. cap. 198. Germanicè Grasblůmen oder Negelin blůmen, Mutwillen, Coloniensibus Filetten, Hollandis Angers. Gall. des œilletz, des Armoiries, Ital. Garofani.

Radicum dictamni.) Cerui uenenatis sagittis confixi, eius uires homines edocuerunt. Si anxiè Theophrasti lib. Plant. 9. cap. 16. Dioscoridis 3. cap. 31. & Plinij 25. cap. 8.

uerbis inhæremus, quibus aiuut, Dictamnũ Cretæ insulæ, ui mirabili, proprium esse atq; rarum: uix uideo an ex tribus ab ijsdem depictis unum genus nobis supersit integrum. Nihil certius quàm Dictamnum hactenus uocatam plantam, à uero longißimè differre, cùm & scriptorem testimonia, & uiua herbæ imago, paucis antè annis è Creta in Italiã, atq; inde ad nos comportari cœpta, idem ostendant. Nec arbitror à quoquam Græcorum, aut Arabum uulgarem stirpem depictam. Miror autem uehementer genuinum dictamnum, ut flore & semine destitutum, ab Dioscoride præsentari, quoniam quod ad nos legitimũ defertur, oculari fide utrunq; obtinere cernitur. Quapropter uerißimè cecinit Maro 12. Aeneidos:

Hîc Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix Creteia carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo uolucres hæsere sagittæ.

Quin & Plinius non modò flore ac fructu carere asseruit Dictamnum, sed etiam caule, ubi deceptum quoq; eum fuisse comperimus.

Syrupus Byzantinus, siue Dinari Mesuæ.

Rec. Succi endiuiæ, & apij, ana libras duas.
Succi lupuli, succi boraginis, aut buglossæ domesticæ aut syluestris, ana libram unam.
Bulliant semel & depurentur. Accipe eius clarificati libras quatuor.
Zacchari tabarzet libras duas, & semissem.
Coquãtur faciliter, donec fiat syrupus. Quandoque ad omnem partem succi depurati po

nitur aceti

nitur aceti boni, albi & clari, pars dimidia.

Quandoque incoquuntur rosarum unciæ duæ.

Glycyrrhizæ uncia dimidia.

Spicæ drachmæ duæ.

Seminum anisi, fœniculi, apij, ana drachmæ tres.

Et est mirè efficax.

CRONENBVRGIVS.

Inscribitur Syrupus iste de Byzantijs siue Dinari. Est uerò Byzantiũ urbs Thraciæ maritima Europæ, inter partes Scythiæ, posita in promontorio Chrysiocera, liberæ cõditionis, ante Lygos dicta, ex testimonio Plinij lib. 4. cap. 11. ac lib. 5. cap. 32. Hæc, ut quidam autumant, à cõditore Bizante Rege denominata est, teste Diodoro lib. antiquorum gestorum quinto, uel quòd ductor claßis quidam fuit Bizes uocatus. Diu autem pòst Constantinopolis nũcupata, a Constantino Magno Imperatore, quòd ab eo restaurata, aut saltẽ mirificè aucta, atq; ornata esset. Nam Pollio Trebellius autor est, Bizantium Galieno imperãte à militibus ita deuastatum, ut prorsus nemo superesset, uetustis etiã familijs funditus euersis. Quanquã adhuc alia spectetur in Aphrica, cuius meminit Plinius li. 5. cap. 4. Insuper 17. c. 5. Atq; rursus 18. cap. 10. Sed ista parũ ad rem faciunt, & quomodo denominationem susceperit: cùm nihil referat quocũq; nomine appelletur, quoniam id ad facultatis notitiã nec obesse quicquã nec prodesse potest. Sed diuinare licet Byzantinos Medicos eum frequenter usurpatos fuisse, aut Mesuen à Constantinopolitano quodam accepisse. Dinari autem appellatio, ab inepto & auaro quopiam Italo indita uidetur, quoniam hi Denari, pecuniam significat, cuius tamen minimè debent esse

appetentes ingenui Medici, si summum illum pecuniæ contemptorem Hippocratem suum imitari uelint. Nam ut multos insignes Philosophos prætercam, constat hunc nostrum, à Senatu populoq; Abderitano, innumerabili ære, imò totius urbis diuitijs, ad Democriti Philosophi curationem inuitatum respondisse, ne ad argentum capiendum se cogerent, sed artis liberæ, libera quoq; opera esse sinerēt. Mercede siquidem promißisq; capti, disciplinas, ex priore libertate, seruas ac captiuas faciunt. Plus itaq; sapiētiæ ratio, quàm quoduis aurum, apud eum ualuit. Nunc autem præpostera sunt fermè omnium omnia iudicia, uirtutem uicit auri sacra fames, neq; quisquam sapientiæ studium pecuniæ anteponit, sed intonant omnes, Quærēda pecunia primùm, uirtus post nummos. unde etiam Dinari uox usurpari magis cœpit. Medicis sanè utpote naturæ ministris, ex natura uiuendum est, quæ nunquam egere quenquam patitur, non ex opinione aut desiderio, quod nunquā satiatur. Docet Aristoteles ueras diuitias uitæ necessaria suggerere, & utilia ad ciuitatis ac domus societatem: ijs siquidem ad bene uiuendum sufficimus. Si quis, autore D. Hieronymo, epularum & libidinum luxuriam tollat, nemo diuitias quæret. Hic mihi temperare nolui, quin Galeni hominis ethnici sacratißimam sententiam, etsi paulò prolixiorem, adscriberem, quæ est in libello, Quòd optimus Medicus sit Philosophus, in hæc uerba: Atqui fieri non potest, ut qui pluris faciat diuitias, quàm uirtutem, quiq; artem non in hoc didicit, ut de hominibus benè mereretur, sed ut ditesceret, ad proprium artis finem perueniat. Proinde fieri etiam nequit, ut simul & pecuniæ studio seruiamus, & artem tam sublimem tamq; arduam exerceamus: sed necesse est, ut qui uehementius incumbit in alterum, alterum negligat. Possumus ne igitur

ex huius

ex huius temporis hominibus proferre quempiam, qui hactenus expetit poßidere pecuniam, quatenus satis est, ad suppeditandum corporis neceßitatibus? Est aliquis, qui poßit non solum oratione fingere, uerumetiam factis ipsis docere, finem diuitiarum, iuxta naturã, haud longius proferri, quàm ne esuriamus, ne sitiamus, ne algeamus? At sanè si quis talis est, is contemnet & Artaxerxem, & Perdiccam, & alterius quidem nec faciem uidere dignabitur: alterum uerò sanabit quidem morbo laborantẽ, & Hippocratis artem implorantem, &c. Sed quorsum hæc tam profuse dicta? nimirum ut omnes generosos Medicorum, ac bonorum uirorum animos, magnifico scriptorũ, & imprimis admirandi Hippocratis, ac Galeni exemplo (qui, Macrobio teste, nec fallere, nec falli potest) ab insatiabili, & abominanda auaritiæ appetentia (quam Herodes Sophista totius uitiositatis metropolin dixit) uindicem, simul ac Dinari nomen iisdem reddam prorsus cõtẽptibile. Nisi usque adeò pecuniæ amore, scelere omnium corruptißimo, omnem probitatem & clementiam prætermittant, negligant, ac auari uenefici potius, quàm liberales Medici appellari malint. Extat celebre Philippi Regis Apophthegma, quo auarum & indesinenter efflagitantem Medicum, tempestiuè quidem, atque acerbè proscindebat. Is cum in ea corporis parte, qua collo adnectitur pectus (Clauem Græci uocant) uulneratus esset, & nulla ille mercede expleri posse uideretur, modestè respondit: Cape quantum lubet, quando clauem habes. Interea tamen planè æquũ est, homines ingenuorum Medicorum beneficia, quoad fieri potest, agnoscere, & compensare. Ac quantumuis hi, pro ingenii artisq; candore, æs omne respuere debeant, necesse est tamen artis magnitudinem, & officiorum multitudinẽ summa beneuolentia ac liberalitate refundi: & alioqui non

uideo, cur tantos labores, molestias, solicitudines, ambiguos morborum fines, & ineptè calumniantium linguas explorare, & subire uelint. Hic expendat aliquis, qua ueneratione ac mercede iam olim Medicorum studia priscis æstimata sint. Hippocrates decem oblata ab Abderitanis talenta, quibus eum inescabant, & mercenariũ facere conabantur, contempsit: Budæus æstimat sex milia Coronatorum. Idem ab Artaxerxe Persarum Rege maximo accersitus, atque id quidem amplißimis præmijs, ut tantũ auri, argenti, & aliarum rerum, quibus opus haberet, acciperet: eundem cum omnibus opibus respuit, pluris sapientiæ rationem, quàm auri faciẽs. Erasistratus Aristotelis filia genitus, Antiocho Rege sanato, centum talentis donatus est, à Rege Ptolemæo filio eius, id est, sexaginta millibus aureorum, quemadmodum Budæus supputauit lib. 2. Aßis. Plin. lib. 29. cap. 1. præmia artis ostendens, ita scriptum reliquit. Multos prætereo Medicos, celeberrimosq; ex ijs Caßios, Carpetanos, Aruncios, Albutios, Rubrios CCL. sestertia, annua mercede, ijs fuere apud principes. Quintus uerò Stertinius imputauit principibus, quòd sestertijs quingenis annuis contentus esset, sexcena enim sibi quæstu urbis fuisse, numeratis domibus, ostendebat. Illam summam, sex milia, ducentos quinquaginta aureos: hanc uerò duodena millia quingentenos interpretatur Budæus, cùm priuatu quæstu, & urbico, dena quina millia cogere posset. Par, inquit Plin. & fratri eius merces, à Claudio Cæsare, infusa est, cẽsusq; quanquã exhausti operibus Neapoli exornata hæredi sestertiũ trecenties reliquere, quantũ Athena, id est, Armicius solus, hoc est, septingenta quinquagintaquinq; millia, ex castigata Budæi lectione. Præterea quibus honoribus affecti fuerint Medici, ob artis eminentiam, quibus immunitatibus locupletati à maximis quondam Imperatoribus,

bus, ac Regibus, abundè ex iuris Cæsarei corpore, si uellem edocere poßim. Sed sufficit nunc, quanti olim ars Medica habita sit, & quàm turpiter hac ætate euiluerit, ostẽdisse. Iam ad Syrupum Byzantinum redeamus, qui est multi in Officinis usus, atque mirè efficax, componiq; hoc modo debet: ut depuratis ac igne despumatis, per laneum colum densumq;, succis, qui ex herbis incisis, tusis, ac supra ignem in sartagine calentibus, facillimè exprimuntur manibus, aut torculari: addantur ea quæ postremo loco adscripta sunt: mox bulliant bullitione una, id est, continua, & integra, quoad omnẽ spumam reiecerit, deinde percolentur, & addatur acetum & zaccharum, fiatq; Syrupus. Addam hic tantum de Lupulo) De quo nusquam loquutum fuisse, nec Dioscoridem, nec ueteres Græcos, uno omniũ consensu eruditi affirmant: quibus aduersari arrogantiæ est, & repugnare temeritatis. At Græci posteriores subinde eius meminerunt, & Plinius lib. 21. cap. decimoquinto Lupum salictarium appellauit. Supra salices, uepres, ac reliqua arbusta conscendit, sepibus circumuoluitur, in longos baculos reptat, unde Reptitius quoque dicitur. Apud Arabas inter Volubiles numeratur, cuiusmodi est quarta species Mesuæ. Veris principio teneris coliculis, magno desiderio quidem utuntur in acetarijs: postquam uerò adoleuerint, magnam utilitatem Germaniæ, flores lupuli, in condienda cereuisia (cuius operis aliæ nationes ferè sunt imperitæ) præstant, ijs in primis locis, ubi uina non crescunt, aut cariora sunt, quàm ut à plebeis redimantur. Germ. Hopffen nuncupatur. Gall. Houblon. Ital. Lupulo. Tragus satiuum & agrestem, siue spontè nascentem asseruit, libro secundo de Plantis, capite 92. cui aßimilauit Smilacem asperam, aut potius eãdem fecit. Certè expendenti mihi Theophrasti dictionem lib. 3.

cap.

cap. ultimo, & Dioſcoridis 4. cap. 127. & Plinij 16. cap. 36. ne plures in teſtimonium aduocem, alia herba, à lupulo, Smilax hæc eſſe uidetur, quam ſeorſum rectè Fuchſius effinxit, ac Germanicè Groſs ſtechend wind *uocari dixit. Gall.* Phaſeoles eſpineuſes. *Ital.* Hedera ſpinoſa, ò Rouo ceruino. *Conſtrant mutuò, quibus ad dubitationem expugnandam, autorum fides neceſſaria exiſtimabitur: nobis in re manifeſta ambigere non lubet.*

Syrupus ex Calamintha Meſues.

Rec. Calaminthæ domeſticæ, & ſyluestris, ana uncias duas.
Cheiſim, id eſt, liguſtici, dauci ſeminis, ſchœnanthi, ana drach. v.
Paſſularum enucleat. libram mediam.
Mellis libras duas.

CRONENBVRGIVS.

Meſue binas deſcriptiones recitat, cuius hæc prior eſt. Ingredientia ordine imponi debent, quemadmodum in ſuperioribus præceptũ eſt, nempe ut primò ſemina, deinde calaminthæ utrunque genus, poſtremò paſſulæ inijciantur in ſex aquæ puriſſimæ libras, ac coquantur ad medietatem: expreſſioni colatæ et clarificatæ adde mellis deſpumati libras duas, rurſusq́; coque ad debitam ſpiſſitudinem. Cæterum quam hoc loco calaminthам domeſticam Meſue uocat, nuſquam apud quenquam ſcriptorum inuenio: proinde ego odoratam mentham ſubſtituendam eſſe ſuadeo, quæ autore Galeno 6. ſimpl. in tertio ordine excalfacientium ponitur, etſi calamintha ſit imbecillior. Syluestrem uerò ſecundam Dioſcoridis ſpeciem (tres enim lib. 3. cap. 34. enumerat) intelligo, quæ uſu frequẽtiſsima eſt, noſtris Kornmüntz. *Gallis,* Mente ſauuage.

uage. Italis, Mentastro, ò Menta saluatica. & hanc cum illo Nepetam credo, siquidem folijs, caule, ac odore pulegium æmulatur: quapropter syluestre pulegium appellari dixit. E montibus Confluentinis selectißima ad nos fertur. Nec Brasauolus est audiendus, ut qui eandem Ferrariensibus Cattariam (uulgò apud nos Katzenkraut, Gall. Herbe au chat. Ital. Herba gatta.) esse uoluerit, quando tota delineatio cum usitata nepita repugnet. Nec item Ruellius Officinis recipiẽdus erit, quia Nepetam hanc, tertiam Calaminthæ speciem determinat. Dioscorides menthastro cognatam fecit, non autem melissophyllo, siue urticæ, quas herbas potißimùm nepeta uulgaris repræsentat. Et hæc hactenus.

In Syrupum capillorum Veneris, censura nostra.

Tantus est in uulgatis codicibus harum compositionum numerus, ut certè simplicem & incautum lectorem, in ignorantiæ barathrum, atque totius artis contemptum, citius pertrahant, quàm ulla scientiæ notitia, aut ueritatis intelligentia erudiant. Et pudet me dicere, quod uerißimum esse in plerisque compositionibus animaduerto: nihilominus dicam tamen: Magna est huius syrupi confusio, ac multiplex uarietas, ut iure quodam, ab eius constructione pariter & usu, Medicum etiam in artis operibus exercitatum auertere, ne dicam deterrere poßint. Nam legi, qui sese mihi prima lectione offerrẽt, sex discrepantes hoc nomine Syrupos, ne quis temerè huiusmodi à me dici putet, quos hic transcribere ut superuacuum, ita quoque ineptum iudicamus. Interea Officinæ absque delectu quoscunq; admittunt, modò titulum huius ostendant. Moneo itaque omnes, talibus nequaquam animũ

aduertant,

aduertant, sed primò rem ipsam discutiant, ac tum demum disponant. Certè publicitus in prauos & desidiosos Pharmacorũ institores, qui secus faciunt, animaduertendum esset. Cæterum ut receptæ Officinarum consuetudini à nobis satisfiat, ex omnibus unum delegimus, ut simplicem, ita quoq; aliorum autoritate commendabilem, qui habet,

Glycyrrhizæ mundæ, uncias duas, Capillorum Veneris, uncias quinque.

Suprà inijcias aquæ fontis libras quatuor, ac dimittas ad diem ac noctem, deinde coquantur ad consumptionem duarum librarum: postea colaturæ clarificatæ adde zacchari electi clarificati, penidiarum ana uncias octo, in fine totidem uncias aquæ capillorum Veneris: Ad formam syrupi coque ac utere.

Appendix.

Reliquũ est, ut de herba capillo Veneris subijciam, quam Dioscor. 4. uolumine, cap. 120. totius generis nomine Adianton, quoniam non madefiat humore perfusum, usurpare uidetur: uel quod magis arridet, quamuis interiores puteorum parietes, fontiumq; margines uestiat, quasi aquas eorundem quæritans, attamen easdem odit ac respuit. Latinis Cincinnalis, terræ & fontium Capillus appellatur, Græcis Ebenotrichon: unde uerisimile est deriuatum nomẽ, quod etiamnum in quotidiano usu seruatur, Capillus Veneris. Et licet uarijs nominibus nuncupetur, attamen apud Nicandrum in Theriacis, Theophrastum lib. Plantarum 7. cap. 13. Plinium 22. cap. 21. & alios scriptores, duo tantùm genera ostenduntur. Vnum est candidum maius, quod est Polytrichon (quoniam multitudinem capillorum faciat, unde in alopeciarum remedijs Sorano, atque alijs ponitur) à Dioscoride Trichomane,

seu

ſeu Fidicula cap.221.4.Ger. Weiſs frawen har. *Gall.* Politrich. *Ital.* Politricho. *Alterum eſt nigrum, breuius, quod ego Adianton nigrum, ſiue Capillũ Veneris uulgarem arbitror, cui etiam Saxifrago nomẽ, ſicut in Electuario Ducis monſtrauimus. Plinius, quoniam calculos è corpore pellat ac frangat, non quoniam in ſaxis gignatur, ita dictam credit, noſtris* Steynrauten, *quaſi lapidoſa Ruta, ita uerbum uerbo reddentibus. Alij Rutam murariam,* Maurrauten, *quia in muris ſolùm proueniat, dicere maluerũt. Gal.* Cheueu de Venus. *Ital.* capel Venere. *Album in noſtro orbe non gignitur, ſed in Narbonenſi Gallia, & quibuſdam Italiæ tractibus. Quapropter qui eo tanquã genuino uti uolet, illinc aduehi curet, neceſſe eſt. In ſumma, omnes iſtæ herbæ capillares, uiribus paribus habentur, ac paruam ferunt coctionem, unde Galenus diſtinctionẽ neglexiſſe uidetur. Neque hoc loco prætereũdum, Officinarum gallitricũ uilem & hortẽſem uinoſo odore plantam, Germanis* Scharlach, *noſtris* Scerley, *Gall.* Oruale, Toute bõne, *Ital.* Sclarea, Scarleggia, Matriſaluia, Herba di ſan Giouanni. *diuerſam eſſe à ſuperioribus: quãdò uerũ Gallitrichon ſit ex capillacearum genere. Gallitricũ uulgare, orminũ eſt ſatiuũ, de quo li.8. in oleo Saluiæ. Alia inſuper facie Polytrichon delineauit Apuleius c.51. naſcitur id in parietibus & uuidis locis, habetq; ramuſculos, quaſi ſeta porcina. Hic cũ poſt longũ inueſtigandi laborẽ, nihil ad herbæ iſtius notitiã cõſequendã neglexerim, tandẽ eam mihi indubitatis coniecturis oſtendit Theodorus Kalbandius Pharmacopola, de ſingulari induſtria ſua prædicandus.*

Syrupus ex Cichorea Nicolai Florentini.

Rec. Endiuiæ domeſticæ, cichoreæ, taraxiconis,

nis, ana manip. duos.

*alij cucurbitæ. *herba lichenis.

*Cicerbitæ, *epaticæ, ſcariolæ, lactucæ ſatiuæ & ſylueſtris, id eſt, endiuiæ uulgaris, fumiterræ, lupulorum ana manipulum unum.

Hordei non excorticati, Alchechengiæ, ana uncias quatuor.

Glycyrrhizæ, capillorum Veneris, ceterach, id eſt, aſplenij, polytrichi, adianthos, cuſcutæ, ana drachmas ſex.

Radicũ fœniculi, apij, aſparagi, ana unc. duas.

Coquantur in aqua ſufficienti, colentur, & cum zacchare albo ſolido fiat Syrupus. Pro cuius unaquaque libra ponantur ad coquendũ Rheubarbari electi drachmæ quatuor, ſpicæ nardi ligatæ in petia rara, ſcriptuli quatuor. Hæc ſæpe exprimantur, donec ſyrupus ſit perfectè coctus.

Syrupus ex Cichorea Guilhelmi Placentini, de Medicinis, Cap. 13.

Rec. Foliorum cichoreæ, manip. unum.

Foliorum boraginis, lactucarum, uiolarum, ſcariolæ, bugloſſæ, acetoſæ, bactiſoſeræ, ana manipulum medium.

Rheubarbari drach. duas.

Herbæ tuſæ coquantur in libris tribus aquæ, donec tertia pars conſumpta ſit, coletur, & addantur in illa aqua libræ duæ zacchari. Coquantur rurſus ad Syrupi conſiſtentiam, Rheubarbarum in puluerem redactum, in panno raro ligetur coquendo, & ſubinde exprimendo.

CRONENBVRGIVS.

Vides, candide LECTOR, *duos hic nos demonſtraſſe eiuſdem tituli Syrupos, de quibus quid potiſsimũ aut dicam, aut*

aut iudicem, incertus sum: quoniam arduum, temerarium, & fortasse piaculum quibusdā habebitur, ne quid amplius addam, in tam frequenti Apothecariorum consuetudine, quicquā damnare, aut saltem improbare: tum quia magistri & serui, senes & iuuenes, ad unum omnes, in ea consenuerunt: tū quia duos adeò eximios, & graues habeant patronos, quibus causam suam agant, ac protrahant: Alterū Nicolum Florentinū, summum Francisci Philelfi uiri in literis celeberrimi æmulum, adiuuante sua tunc studia Cosmo Medices Reipub. Florentinæ potentissimo gubernatore: Alterum Guilhelmum Placentinum, clarissimum ea tempestate medicū, huius syrupi autores: à quibus dissentire audacia, & consentire inscitia mihi uidetur: quia, ut ingenuè quod sentio eloquar, compositiones æstimandæ non sunt: cùm hæ methodo innituntur, ac rationali ordine instituuntur, quibus prorsus syrupus uterque destituitur: ac proinde in Officinis meis, hoc est, in quibus ego pro ægrotis meis laboro, rarēter scribo, sed tantū ex solo cichorij succo quemadmodum Matthæus Curtius eximius nostra ætate Medicus, ad modū acetositatis citri faciebat, componendum suadeo: siquidem nihil parare ~~fatius~~ est, quàm multa simplicia discre- faciliꝰ
pantia, ac diuersorū temperamentorū, sine ratione congerere: quod nihil aliud esse arbitror, quàm ex multis rebus domui ædificandæ accōmodis, imparatam quandā molem, eamq; prorsus rudē relinquere. Galenus duplicē cōponendorum pharmacorū utilitatē 6. per locos ostēdit: Vnā ex compositione simpliciū eiusdē generis, quando uehemens cū molli cōmittitur: Alterā ex cōiunctione simpliciū diuersi generis, quando adstringentia & discussoria inter se miscentur. Sed neutrā exactè in præcedentibus cōsistere, manifestius est doctis omnibus, quàm ut prolixa oratione indigeat. Itaq;

eiuscemodi medicamina ex Seplasiariorum Officinis explodere melius est, quàm multorum detrimento retinere. Et ut maximè quidam ferenda esse contendant, attamē exquisitis iudicijs, ac singularibus ingenijs reijciēda esse, nemo dissimulare potest, ne noxa ulla humano corpori plus iā satis medicātiū imperitia exagitato contortoq; accidat. Hic quod res est liberè pronuncio, etenim si amicus mihi Plato, amicus Socrates, magis est amica ueritas, quæ amicitiæ, atque autoritati semper uenit præferenda. Porrò quibus etiamnū alterum compositum retinere placet, meminerint Bactisoseram, cyaneum florem esse, (de quo in expositione pilularū lapidis Lazuli) & Rheubarbarum scalpro, aut cultello incisum, atque in nodulo siue puppa linea ligatum, in posteriori coctura bulliendum esse, ac per interualla digitis confricando exprimendum: postea etiam in syrupo suspensum relinquendum. Quem de Cichorio historia delectat, ad syrupum ex succo Endiuiæ sese transferat.

In Syrupum siue Miuam Cydoniorum, censura nostra.

Potior hodie medicantium pars hæc nomina confundit, dum hi Miuam, alij Syrupum dici debere contendunt, quod infinitis penè locis uetat Galenus. Non enim refert, quomodocunq; nomina indamus, modò pharmacū ipsum integrū habeamus, & usus eius probatus constet. Leguntur apud scriptores multiplices huius scripturæ, quarū loca legere uolentibus indicabo, quò ipsos quærendi labore leuem. Ea sunt apud Diosc. lib. 5. cap. 18. Paulum 7. cap. 15. Hydromalon appellans. Aëtium 5. cap. 141. Actuarium lib. de Compositione medicamentorum, & Myrepsum sect. 42. numero 27. & triplici sequenti. Similiter apud Rhazam 9. ad Almansorem, cap.

cap.de Stomachi debilitate: Serapionem tract.7.cap.23. sub titulo Miuæ, & Syrupi de Rob citoniorum. Præterea apud Mesuen, proprio Antidotario, inscriptione Conditorum ex cydonijs: Item sectione de Syrupis. Amplius apud Constantinum Cæsarem de Agricultura lib.8. cap.26. ac Mōtagnanam cap.18. in Antidotario. Ego autē ex omnibus omnium autorum compositionibus, unam atq; alteram, ut optimā, ita simplicißimam delegi, quas inferius adiunxi, & eas uelim paratas illustrium Medicorum usum reponi: Ignobiles uerò nihil moramur, quoniam id hominum genus ignorantia barbarieq; sua obstinatum, imperitis nugis acquiescere mauult, quàm doctorum uirorum laboribus erudiri. Sed tales noui quoque apud nos singulari philautia nasutos, sub agnina specie contumaces, ac dißimulatores improbos, quos nasturtium edere iubemus, nisi malint helleborum bibere, aut sanitatis gratia, Anticyras nauigare, quò uegetiores, atque ingenio acriores ad ingenuas disciplinas capessendas reddantur. Ad institutum de Syrupo redeundo, dicimus omnino alterius generis esse, quod scribit Palladius lib. octauo, titulo septimo. Eiusdem uerò quod contexit lib.11. titulo 20. Porrò tum hic, tū alibi, perpetuò ueritatem magna examinatione ante oculos statui debere decernimus: & si quæ sunt dictiones obscuræ, siue descriptiones incōcinnæ, in quibus habetur indeterminata certitudo, eas omnes tanquam præsens periculum fugere oportet. Verùm de his sæpenumerò iam dictum est. Nunc Syrupum cydoniorum simplicem subscribam.

Syrupus ex cydonijs Mesuæ simplex, cum zaccharo sine uino.

Recip, Succi pomorum cydoniorum dulciū,

& acetosorum, id est, maturorum & immaturorum libras quinque.

Coquatur succus ad cōsumptionem medietatis in uase uitreato: permitte ad biduū subsidere, deinde placidè trāsfunde ac cola: & cum libris tribus zacchari fiat Syrupus.

Syrupus siue Miua ex cydonijs, cum melle, aut zaccharo & uino, simplex Mesuæ.

Recip. Succi cydoniorum acetosorum libras uiginti, Vini antiqui boni libras decem.

Coquantur faciliter, dum tertia eius pars consumpta sit, continuè spurcitiam auferendo: deinde quiescere permittatur: donec clarescat. huic defæcato adde zacchari boni, aut mellis despumati libras sex. Iterum bulliant despumando, donec syrupi craßitiem recipiant.

CRONENBVRGIVS.

Succus ex his malis abundantius recipitur, si ante contusionem in taleolas dissecentur: aut in pelui aspera foraminibus plena confricentur, qualem in traijciendis cerasis & Ribes, artifices nostri usurpare solent: mox panno aut sacculo cannabino forti inuoluta, torculari potenter exprimantur. Qui uerò industrij sunt, unum ex suprà ascriptis syrupum, aut utrunq; deligant. Succus autem cydoniorum crudus, & sæpe transfusus, donec defæcatus pelluceat, per se seruatur, ueluti plerique alij succi, in uase uitreo concluso, superfuso pauco oleo.

Syrupus ex Epithymo Mesuæ.

Recip. Epithymi Cretensis, drach. uiginti.
Myrobalanorum citrinarum, Indarum ana drach. quindecim.

Cuscu

Cuſcutæ,fumi terræ,ana drachmas decem.
Roſarum, Seminum fœniculi, aniſi, ana drachmas duas,& ſemiſſem.
Thymi,calaminthæ,bugloſſæ,myrob. emblicarum,belliricarũ,glycyrrhizæ,polypodij, agarici,ſtœchados:ana drach. ſex.
Prunorum numero uiginti.
Paſſul. enucleatarum uncias quatuor.
Tamarindorum uncias duas,& ſemiſſem.
Zacchari libras quatuor.
Sapæ libras duas. Fiat Syrupus.

CRONENBVRGIVS.

Hic neceſſarium omnino puto,ut ſemel in uniuerſum ordinem quendã coquendorum ſimplicium edoceam: nam niſi ſingula,ex quibus potio ſiue futurus ſyrupus conſiſtit,pro cuiuſq; qualitate & temperamẽto,ordine inijciantur,fieri non poteſt,ut exquiſitam probitatem cõſequatur. Etenim *non æqualem coctionem ſuſtinẽt omnia,ut præclare* Meſue *in canonibus ſuis uniuerſalibus edocuit,cũ quædam ualentem,quædam debilem deſiderẽt.* Vtilitas *inde hæc eſt,ut nũc uires imbecillas augeamus,nunc potentes minuamus,nunc peregrinas,& quæ parum rationi innitãtur abigamus,nũc ex pleriſq; facultatibus contrarijs,uniformem cõſtituamus.* Proinde *neceſſe habetur ſimplicia alia,niſi longa ebullitione ueluti macerentur,nulla uirtutis ſuæ ueſtigia liquoribus imprimere: alia diuturniorem ignis uehemẽtiam haudquaquam tolerare.* Quapropter *illa ſimul cum liquoribus ad ignem admouere,hæc ſub finem coctionis inijcere oportet.* Et *quæ inter utraq; media ſunt,id eſt,quæ neq; pertinacem,neq; momentaneam cocturam ament,ea ad mediocritatem ſpectare quis non uidet?* Ad *hæc quando ex*

medicamentis aliquot aluum ſubducere uolumus, parũ diu coquenda erunt, cuiuſmodi iudicantur Roſæ, Rheubarbarum, aloë, agaricus, myrobalani: eadem ſi adſtringere intẽdimus, longius atque efficacius: quale exemplum in quibuſdam ſyrupis uidere licet. Ad primũ itaque ordinẽ pertinent radices primò conciſæ & mediocriter confractæ: quibus coqui cœptis ſemina apponuntur, præter ſemina quatuor frigida, & alia oleagina: Deinde cortices, mox ligna modicè fracta, colocynthis, centaurium paruum cum floribus, & acria robuſta. Etenim omnia craſſæ ac prædurae eſſentiæ cocta clementiora euadunt, & niſi percoquantur, uires ſuas in liquorem nõ exuunt. Imò omne medicamentum legitimè coctum, magna ex parte benignius redditur. Ad ultimum referuntur flores, epithymum, ſtœchas, myrobalani, tamarindi, abſinthium Romanũ, roſæ, uiolæ recentes, adiãthum albũ, ac pleraque pigmenta aromatica, & quæcunq; uirtutem debilem ac ſuperuacaneã obtinent, quorũ uirtus omnis diutiori coctura diffunditur, atq; in aërem euaneſcit. Nullã autẽ decoctionẽ ferunt, quæ tenuiores iſtis qualitates ſortiuntur. Quare tantùm ab igne ſublatis, uel etiamnum incalentibus commiſcentur. Medij uerò ordinis ſunt, quæ inter duo extrema media cenſentur, qualia numerãtur cuſcuta, fumaria, thymus, calamintha, bugloſſa, glycyrrhiza recens: item abſinthium uulgare, aſarũ, hyſſopus, ſena, pruna, paſſulæ, herbarum pleræque ſiccæ omnes, plantarum rami, ſurculi, frondes, fructus quidam moderatam ſubſtantiam retinentes, gummi, mucoſa ſemina, & liquores ſiccati in petijs laxis ligati & cocti, pro diuerſa eorundẽ ſubſtãtia: chamæmeli tamen flores, propter mixtam temperiem longiuſculè coqui poſſunt. Ignis ſit cùm hic, tum alibi in ſimilibus decoctionibus faciendis, uehementior aut clementior,

pro

pro coquendorum medicaminum natura. Atque hæc uniuersa, totus penè medicamentariorum grex, & negligit, & contemnit. Proinde acriter Medici eiusmodi errores corrigere ac tollere debent. Redeo tandem ad Syrupum præsentem, ad quem ceu normam alij effingendi erunt. Bulliant itaque debito ordine ingredientia, in libris decem aquæ fontis clarißimi, donec tres libræ supersint, tunc ab igne seponantur. Agaricus per se in panno bene dēso ligetur, & parte quapiam decocti, ad horas decem maceretur: deinde expressus ille liquor ad ultimum cocturæ syrupi affundatur. In una uerò decoctionis colatæ parte Tamarindi dissoluantur, & per colum cernantur, iusta quantitate. Deinde accipe libras quatuor zacchari optimi, quæ cum libris duabus sapæ leniter coquantur, ad mellis spißitudinem: mox paulatim decoctio affundatur. Circa finem parati syrupi inijciantur Tamar Indi, in illa decoctionis parte dissoluti, atque bis aut ter ferueant, hoc est, quousq; simplicia sursum ac deorsum conuoluantur. Et hæc de ordine cocturarū, nunc ad Syrupi expositionem deueniamus, ubi primò occurrit.

Epithymus.) De quo, ut paucis me expediā, opinor nostrum uulgarem neque Dioscoridi, neque Galeno, neque ueteribus fuisse cōpertum. nā thymi, aut è thymo florem aiunt Satureiæ similem: noster autem talis non uisitur, sed capillamentorum specie rubescens, quem Plinius libro 26. cap. 8. postquam de duplici dixisset, Epithymo quadantenus adūbrare uidetur. Paulus & Actuarius Epithymbrum uocant, quia Epithymi modo Thymbræ increscit. Mesue lib. simplicium secundo, cap. 16. duplex annotauit, Creticum & Syriacum, ac cuscutæ modo supercrescere thymo, thymbræq;, autor est: certè eiusmodi prorsus spectatur nostrum. Serapio cap Simplicium suorū 255. Dioscoridis epithymum as-

 signat:

ſignat: obſcurè prodit Auicēna. Aliud Germani, aliud Itali nunc oſtentant. Officinæ, ac turba Medicorū, Cretenſis appellatione commendant, quanquam hanc Dioſcorides non apponat. Sed puto quemadmodum olim omnes ferè herbæ medicam materiam præ ſe ferētes, ex Creta utpote præſtantiſsima regione (Galeno quoq; teſte) adferebantur, ita quoſdam peculiari ſtudio hanc nobilitaſſe. Braſauolus thymi noſtri flores pro epithymo, quod tamen Mundella impugnat, aſſerit accipi poſſe. Tragus ualde affinem cuſcutæ decernit lib. 2. cap. 91. Parum diu coqui poteſt, & latente obſcuritate atram bilem allicit.

Cuſcutæ.) *Eadem podagra, & Strāgulata lini dicitur. Interpretes poſteriorū Græcorum Caſſutham, Manardus Theophraſti Linoderam uocauit, Cordus & Brunfelſius, Dioſc. Androſacen appellari ſuſpicantur, ſed ille ſimile, hi ueri diſsimile aiunt. Eſt autē ueteribus communiter ignota herba, attamē Plinio cognita putatur à Ruellio li. 2. ca. 131. ubi lib. 16. cap. ultimo in hæc uerba ſcribit: Eſt in Syria herba, quæ uocatur Caſſythas, non tantùm arboribus, ſed ipſis etiā ſpinis circūuoluens ſeſe. Sed cùm noſtra Caſſutha nunquam arbores cōplectatur & irretiat, ac plantarum ramulis ſe implicet, non uidetur eſſe illius Caſſythas. Materna lingua noſtra* Flaſsfeern, *quaſi compedibus ſiue uinculis linū cōſtringens, cōuoluensq;, alijs* Flachſsſeiden. *Gal.* Goute de lin, ou Agoure de lin. *Ital.* Cuſcuta.

Thymi.) *Notiſsima herbula, & in hortorū & culinarum delicijs uulgaris: nam mirū in modū iuſcula piſciū carniumq; exiccata cōmendat, atq; in Hollandia mea, in fartis auiū, ac farciminibus carnis porcinæ cōciſæ, unà cū ſaluia primum locū obtinet. Vnum genus refert Dioſcorides 3. cap. 35. quanquam & alterū cognouiſſe uideri iure poſsit,*

uelut

uelut in Epithymi historia palàm est. Theophrastus manifestè duo, candidum & nigrum 6.c.2.aßignat. Plinius 21.ca. 10. similiter 21. cãdidum nigro præfert. Id Aëtius quoq; improbat, tanquam temperamentum corrumpens, & bilem creans: Arabes Hasce uocant. Nos alio utimur, qui Francofordiæ & Antuerpiæ nunc uenalis in seplasijs habetur, odore iucundißimo, ac facultate eximia. Proculdubio Hollãdi, præter thymum utranque in hortis nascentem, adhuc syluestrem norunt, in sabulosis ac montosis admodum frequentẽ. Colligi oportet cũ flore, ex editis locis siccisq;, & in umbra siccari: quicquid lignosum est abijciatur. In illius inopia thymbra reponitur, ex testimonio Macri:

Si desit thymus, pro thymo ponere thymbram
Præcipiunt Medici, quia uis est æqua duabus.

Coctionem & trituram mediocrem sustinet, uulgariter nostris Thym, & Thymiã, aut Römischer quẽdel. Gall. Thyn, ou Thym. Ital. Thymo.

Polypodij.) Celso, & reliquis Latinis Filicula, quoniam folio filici similis: Catoni & Columellæ Felicula: Theophrasto 9. Plãtarum, c.14. Fidicula (fortè Filicula legendũ.) Pingitur à Dioscoride lib.4.c.180. Plinio 36.cap.8. Tabernæ nostrates Polypodium quercinum præferunt, quia in uetustis agrestibusq; quercuum ac glandiferarum arborum trũcis, efficacius putatur Mesuæ. Nullum semen producit, itaque sola radix, quæ longam satis cocturam admittit, usurpatur: quibusdã materno sermone Farn, alijs Engelsüsz. Paruo discrimine uariat Dryopteris, in ueterum quercuum musco, & ædificijs ac muris nascens, Filici simillima. Germ. Baumfarn, aut Eichfarn, uel Dropffwurtz. Gall. du Polipode, Ital. Filicolo & Polipodio.

Tamar Indi.) Quasi dactylus Indus, seu palmula Indica

dica, Græcis Oxyphœnicon, id est, sylueſtris palmæ fructus, à ſaporis acore ſic dictus, Latinis acida palmula haud inepte dicetur: quibuſdã Aegyptiæ prunum. Res noua eſt, antiquis Græcis indicta: Tabernæ ab Arabibus ſuis inſtitutæ, Tamarindos dicere didicerunt. Probantur maximè recẽtes, qui in obſcuro rubeſcunt, molles, quiq; neruoſis quibuſdam uillis farcti inueniũtur, quàm acerrimo ſapore. Annos aſſeruari poſſe ponit Meſue, quidam decẽ: optimè in uaſe uitreo bene compreſſo, in loco ſicciore reponuntur.

Sapæ.) Hæc per excellentiam ſuccus uocatur. Dioſcorides de ea lib. 5. cap. 5. prodens, nullam certam coquendi formã præſcripſit, ſicut nec Galenus. Aëtius 8. c. 20. Plinius 14. c. 9. Sapam dixit Muſtum, uſque ad tertiam partem menſuræ decoctum: quæ quidem uerba, tertiam partem duabus coctura conſumptis ſupereſſe debere, ſignificare mihi uidẽtur: quod manifeſtius ex eodẽ lib. 23. c. 2. patet, ubi inquit, Vino cognata res ſapa eſt, uino decocto, donec tertia pars ſuperſit: ex albo melius habetur, attamẽ nigrum colorem accipit. Palladius idem etiam in Octobri tit. 18. Sapa eſt, ubi ad tertias redacta deſcẽderit: Columella tamen lib. 12. ca. 21. ita decoctũ dulciſsimi ſaporis muſtum, defrutũ uocat, quod Plinius ad dimidias tantùm coquit. Palladius à deferuendo dictum, ad ſpiſsitudinem fortiter deſpumatum facit. Conſtantinus Cæſar 8. de Agricultura ca. 31. ex Leontio concinnari protulit, ex muſti ſextarijs octo, ac uini optimi ſextarijs cẽtum, coctis deſpumatisq; ad tertias. Quin & Columella ca. 19. & 20. diuerſimodè utriuſque parãdi modum refert. Vnde conſtat uirtutem pariter ac nomina mutari, & indiſcriminatim uſurpari: ſiquidem Galenus 12. Methodi circa finem ita teſtatũ reliquit, Liquor ſapa eſto, quam apud nos (hoc eſt Aſiaticos Græcos uelut li. de boni ac mali ſucci cibis

bis, & Comment. in sextum Epidem. Hippocratis scripsit.) Hepsima uocant, plerique Medicorum Siræon: & 6. per Locos, c. 1. in hæc uerba: Origanum feruefacito in sapa, quam alij Siræon, nostri omnes hepsema appellāt. Rursus 7. cap. 1. Aëtius sapam quoque Siræon siue hepsema dixit lib. 8. cap. 51. Paulus insuper nullā differentiā agnoscēs inter utrunq;, cū Galeno simpliciter mustum decoctū statuit lib. 7. c. 3. Ita etiā Plinius loco suprascripto constituit: suntq; omnia hæc in adulterium mellis excogitata. Virgilius Marcellus uno nomine Passum dixit, cuius rationem in Dioscoridem ca. 6. li. 5 reddidit: quanquam sanè Passum à uino dulci differat, si exactè loqui uelimus. Sed id Lectori ex alijs peruestigandum relinquo. Plinius lib. 14. c. 21. & 18. cap. 31. in lunæ coitu, hoc est, cùm cœlum sine luna sit, quod interlunium & luna silēs quoq; uocatur, neque alio die coquere quosdam ait. At hoc ut uanum reijcio, ita quod de uasis præcipit Columella necessarium recipio, quando scribit: Ipsa autem uasa, quibus sapa aut defrutū coquitur, plumbea potius quàm ænea esse debent. nā in coctura æruginē remittūt ænea, & medicaminis saporem uitiant. In nostris œnopolijs primò mustū rubrum coquitur, sedulo ardentiq; igne, ea quam quisque uolet quantitate, in cacabo siue defrutario, continuoq; omnis exquisitè spuma detrahitur. Id ubi diligenter factum est, mox singulis mēsuris magnis (uulgò Omen) singulæ libræ pulueris radicum glycyrrhizæ bene tusæ admiscentur, præsertim quādo uina austera, & non satis solis æstu percocta fuerint. Aliàs ponderi isti decedere debet, pro natiui saporis differentia, atque ita ad dimidias coquendo reducitur: post dies aliquot, nempe octo aut decem, subsidere permittitur, donec tartarum suprà concreuerit. Deinde ex fundo uinum purum depromitur, quod sapa est, nostra lingua

Gesotten

passū.

Gesotten wein. Gall. Vin cuit, Ital. Vin cotto, *Nonius Mellatium mustum, Iulius Pollux lib. 5. cap. 2. Sisæreum, & Hepsema dici tradit, quod est mustum ad dulcedinem coctū. Non desunt, qui sapæ usum non admittant, præterquàm in Arteriacis & eclegmatibus, quæ Mauritanis Loch dicūtur. Si quis hanc rem rectè expendit, omnino assinis erit, quam Mesue & Arabes, Rob & Robub pronunciant, non quidem simpliciter, sed addito plantæ, ex qua coquitur, nomine, ut Rob ribes, berberorum, &c. De quibus alibi diximus: Ingredientium quoque aliorum alio loco meminisse me puto.*

Syrupus ex Eupatorio Mesues.

Recip. Radicum apij, fœniculi, endiuiæ, ana uncias duas.
Glycyrrhizæ, schœnanthi, cuscutæ, absinthij, rosarum, ana drach. sex.
Raued, mastichæ, ana drach. tres.
Capillorum Veneris, bedeguar, suchahæ, florum buglossæ, aut radicum eius, anisi, fœniculi, eupatorij, ana drach. quinque.
Spicæ, asari, folij, ana drach. duas.

Coque in aquæ libris octo, usque ad tertiā: & cum zacchari libris quatuor, ac succi apij, & endiuiæ sufficiēti quantitate, fiat syrupus.

CRONENBVRGIVS.

Nihil hoc syrupo tritius, sed nihil fermè obscurius etiam. Non magnus est excessus inter hunc atque illum, qui à Myrepso scriptus legitur Drosato 37. Habetur uerò ad pleraque uitia præstantißimus, sed paucißimis rectè componi-

tur

tr, quod nunc manifestabimus: ubi initiò intelligendũ apud Mesuen.

Recip. Radicum apij, fœniculi, endiuiæ.) *De corticibus earum.*

Bedeguar, suchahæ.) *Dictu mirum & multis incredibile, quãtum sese hisce uocibus, multi ex modernis torserint, dum hi spinam albam, illi spinam rosarum intelligũt: Alij radicẽ Cardobenedicti masculi, alij herbam ipsam, alij unã rẽ, duas alij, quidã suchaba speciẽ cardoni à Dioscoride Spinã Arabicam, quidã Chamæleontẽ album, quidã nigrũ, quidã carduũ Mariæ, quid multis? sanè aquã igni admiscere nituntur. Atque in tãta opinionũ diuersitate, supra calceũ ascendentes, caliginem etiam inferunt, indocti aliquot myropolæ, pro acumine ingenij sui (si Dijs placet) subinde alias atque alias interpretationes pronunciantes. quasi uerò non sat sit ubique errorum, nisi & ipsi frigidum suffundẽtes, ac cymmerias, quod aiunt, tenebras, rebus per se obscuris, magno ægrotantium malo, ex somnijs suis adyciant: quos quidem hic inscij quàm maligni animi accusare malo: quando unus unam rem, secũdus duas, tertius nullam indicat, id est, utrãque prætermittit. Sciendũ igitur in hac dißidẽtia, quòd Bedeguar Serapionis cap. Simplicium suorum 99. sit Dioscoridis libro 3. cap. 12. Spina alba, Græcis Acantha leuce dicta, ut euidentißimè apparet alterum alteri conferẽti. Similiter Suchaba Serapionis cap. 130. est Dioscoridis continuo ca. Acantha seu Spina Arabica, ac Galeni Aegyptia, 6. Simpl. Licet tamen Arabs in sermone paulò sit copiosior & imperitior, quod aut linguæ differentia, aut interpretis uitio accidisse potest, nam omniũ oratio tam sibi est similis, ut si Apelles, aut pictor quispiam, hominis effigiẽ delineaturus, primò rudius, mox uiuis coloribus expreßius pingat:*

nemo

nemo interim primã figurã etsi rudiorẽ inficiari poßit: ita hic quoque fit, dum Græci Arabibus, aut saltẽ eorũ uersoribus, in rerũ descriptionibus sint peritiores, aptiusq; uerba ipsa exprimant. Iam reliquum habetur, ut an eas herbas habeamus, aut cognoscamus, mox an rectè hic inijciantur, explicemus. Breuiter itaque sicut certus sum de spina alba, siue acãtha, esse Bedeguar, ita non dubito, quin ea herba sit, quam in montibus & syluosis, chamæleonis albi folijs, angustioribus, candidioribus, aliquantum hispidis & aculeatis, nasci scripsit Dioscorides: caulem fert supra bina cubita altum, pollicari, aut ampliore craßitudine, albicantem, intus cauum: in cacumine capitulum inest spinosum, echini marini æmulum, sed minus & oblongum: flores purpurei, in quibus semen ceu cnicum, sed rotundius. Ex quibus uerbis, omnes equidem erroris arguuntur, ac conuincuntur, qui aliam præter hanc herbam, à pictura illius alienam intellexerunt. Non itaque spina rosarũ, non Carduus benedictus aut Mariæ, non Chamæleon albus, siue niger: In summa, non quæuis alia hic est recipienda. Pingit eius exquisitam imaginem in Dioscoride suo Matthiolus Senẽsis, uir ad unguem in arte absolutus, quam ego hactenus, quod sciam, non uidi: dabo tamen diligenter operam, ut alicubi in montibus enascentẽ inueniã. Idem uelim mecum facere & industrios Medicos, & medicamentorũ parandorum artẽ exercẽtes, quò legitimas plantas ab adulterinis separare discamus. Cæterũ Suchaha est spina Arabica, natura albæ spinæ similis, tantùm in Arabia, non apud nos proueniens, estq; facultate adstringente, ac desiccante. Sed quia difficillimum est hanc consequi, ideo alia uiribus propinqua est substituenda. Memini dum olim Louanij Medicinæ operam darem, eius loci pharmacopolas, uice Bedeguar, folia cuiusdam fruticis accipere,

apud

apud eos uulgato nomine Eglentier dicti, qui est cynosrhoda, quasi canis rosa, odorem de se præbens fragantissimum, præsertim uerna pluuia cõspersa, Germanis Wolriechend heckrosen. Gallis Esglantier de bon odeur, Ital. rosaio saluatico, odorifero. Eiusmodi frutices, an bene hoc loco in usum assumantur, nunc expendamus. Hic imprimis in animum subit Brasauoli uiri doctissimi sententia, aut potius censura, qua prorsus spinam albam, & Suchaha, ex hoc ordine eliminat, quando non ex adstringentibus ullis, sed meris aperientibus syrupum hunc constare autumat. Id si uerum fatebimur, cur non eadem ratione absinthium, rosas, mastichen, spicam, folium, ut adstrictoria ui prædita simplicia, tollit? Certe uoluit diligẽtissimus Mesue, ex longis febribus dissoluta & imbecillia uiscera simul reserare ac firmare, singulari methodo, & artis exercitatione, cuiusmodi doctrinam in libris curatiuis Galeni, haud difficile erit inuenire Medico. Nec itẽ probo, inuicem spinæ albæ & Arabicæ, polypodium ac sabinam substituendum (ut idem nescio qua Pallade afflatus asserit) sed prorsus ea ipsa medicamenta, quæ recensuit Mesue, ut contẽtrici uirtuti robur aliquod accedat, & præsens formæ corruptela, imminensq; ex dissolutione membrorum naturalium hydrops, eiusmodi præsidijs fragrãtibus emendetur. Atque iste est germanus intellectus, quem studiosis omnibus imitandum proponimus.

Eupatorij.) Iamdiu est in scholis Medicorum explosa eorum opinio, nostram uulgarẽ Agrimoniam, Eupatorium uerum esse negantium, quod dilucidè ex Dioscoride 4. cap. 33. Plinio 25. capite sexto. & quod amplius est Serapione cap. Simplic. 77. rem ipsam discere uolentibus demonstrari potest. Sed Auicennam lib. secundo, Tract. 2. cap. 244. in hac herba

herba, sicut infinitis penè alijs, cæcutijsse nihil est indicare facilius, nisi fortè quibus oculi caligant, atque ita ueritatem perspicere nequeunt. Pudendum ac pœnitendum est uitium, herbam tam præclaram, & regiam autoritatem, ut inquit Plinius, habẽtẽ adeò Medicis ac Pharmacopolis (iniuriáne temporum ac patrum inscitia, nescio) perijsse, ac uelut incognitam exoleuisse. Eadem quoniam potenter iocinori medetur, hepatorium ac hepatitis quibusdam est uocata. Porrò Mesuæ picta proculdubio ab utraque herba, uero nimirum & malè suspicato Eupatorio diuersa est, quam ego indubitata fide, Ageratum Dioscoridis lib. quarto, cap. 49. esse credo. Neque aduersatur Tragus tomo primo, cap. 109. Germ. Rheinblũm, Gall. Agerato, Ital. Herba Giulia, ò uero Agerato. & Matthiolus in Dioscoridem, & Amatus Lusitanus curatione 20. adstipulantur. Barbarus hoc caput omisit, fortè heliochrysi nomine apud Dioscoridem contineri putans, quod miror, quum eo minorem disertè dixerit. Certè si faciem eupatorij Mesues, & delineationem uiresq; ab autoribus Agerato attributas bene consideremus, nihil dubitare possumus. Et iamdudum peritioribus dignosci cœpit, nosq; eius usum ad compositiones Mesues in Officinis nostris reduximus. Est insuper simili uoce lapis, quo sutores muliebria calciamenta expoliunt, Galeni testimonio nono Simplicium, ac per Locos sexto cap. tertio, sed ut tunc familiaris fuit, ita nunc peregrinus: quando nemo hac ætate eo utatur, atque adeò Plinio quidem, & Erasmo Stellæ, & Georg. Agricolæ, diligẽtißimis doctißimisq; earũ rerũ scriptoribus, incognitus sit. Cæterũ aquatica illa herba cõmuniter eupatoriũ dicta, haud dubiè nobilis, nec dũ eruditis uiris sua uoce cognita, unde diu dubio lis iudice agitata, nondũ prorsus definita apud omnes est. Quãquã mihi nemo

Eup

mo hactenus extitisse uideatur iudex æquior, quàm Andreas Matthiolus, *qui in libro 4.* Dioscoridis, *cap. 37. eius figuram ostendens, eupatorium hoc uulgare* Auicennæ *esse indubitanter pronunciauit.* Nescio autem quomodo doctissimus Ruellius *in eam suspicionem peruenerit, ut hydropiper lib. secundo* Stirpium, *cap. 91. asseruerit: cui pari ignorantia subscripsit* Tragaultius *Medicus* Parisiẽsis, *& ætate & doctrina alioqui suspiciendus. Id suprà ~~Persicariam emaculatã~~ esse ostendimus* Germanicè Eupatoriũ *uerũ* Odermenig, *Gall.* Agremoine, *Ital.* Agrimonia *adulterinũ* Kũnigundtkraut, *Coloniæ* Quastkraut. *Gall.* Eupatoire bastard. *Ital.* pseudo Eupatorio. Nec commoueor Tragi *uerbis lib. 1. cap. 175.* Nepetam *montanã constituentis: non enim omnia possumus omnes, neq; est ulla disciplina, in qua non peccando discitur: & honestius est subinde doceri, quàm semper nescire.* Lubet Leoniceni *sententiã plerorumq; inscitiam accusantis huc transcribere, dum ait:* Pudet *me cùm uideo celebres in arte medicinæ uiros, circa medicinalia nomina tam pueriliter aberrare: quanquam utinam usque ad nomina eorum errata terminarent, & non etiam in res ipsas uitæ periculosas præcipitarẽt. Accipe autem hic* Eupatorium Mesuæ. *i. gracioli*

Folij.) *Pro eo tantundem spicæ nardi, aut folij uulgari in* Officinis *similiter uocati. Atq; ista de ingredientibus (quorum reliquam partem alibi diximus) sufficiant.* Restat *nunc constructionem edocere, quæ est huiusmodi: omnium primùm accipe libras octo aquæ purissimæ, in quas infunde radices, paulò pòst semina, deinde schœnanthum, cuscutam, absinthium, carduum benedictum, & simplicia alia, ultimò aromata, coquẽdo ad consumptionem tertiæ partis: Expresso admisces succorum purgatorũ apij, & endiuiæ ana libras*

duas (atq; hanc ſucci quantitatem fumo, ex forma ſyrupi fu-mi terræ maioris) zacchari albi libras quatuor. Iſta pariter bulliant, ac paulatim colaturam affunde: Rheubarbarum uerò & ſpica inciſa ſimul in puppa colligata ſuſpendantur in coctura, & redigantur ad iuſtam ſpiſsitudinem ſyrupi.

Syrupus ex fumo terræ maior Meſues.

Recip. Myrob. citrinarum, chebularum, ana drachmas uiginti.

Florum boraginis uel buglossæ, uiolarum, abſinthij, cuſcutæ, ana unc. unam.

Glycyrrhizæ, roſarum, ana unciam mediam.

Epithymi, polypodij, ana drach. vij.

Prunorum numero centum.

In caſtigatis exemplaribus inuenio prunorum enucleatorum, paſſularum enucleatarum, ana libram mediam, & hanc lectionem magis probo.

Tamar Indorum, Caſsiæ fiſtulæ, ana uncias duas.

Hæc omnia bulliant in aquæ libris decem, dum deueniant ad libras tres, & cum ſucci fumi terræ igne cocti depuratiq;, ac zacchari ana libris tribus, fiat ſyrupus.

CRONENBVRGIVS.

Maior dictus eſt ratione minoris mox in Antidotario ſequentis. Plures adhuc reperiuntur in diſpenſarijs uulgò uocatis. Quidam ex puro fumariæ ſucco conficiunt ſimplicem, quos laudo. E Græcis Actuarius cap. de Coniunctis humoribus purgandis, Nicolaus Myrepſus Droſatis 13. & 108. Amplius Iulapio 10. diſsimili dictione nobis tradiderunt. Vſus tamē uni Meſuæ acquieſcit, cuius cōpoſitio hoc ordine procedere debet: Primò accipiatur polypodium, & ſuperfunde

libras

libras decem aquæ fontis: deinde absinthium & cuscuta: pòst pruna exiccata, passulæ exacinatæ, glycyrrhiza: hinc rosæ, flores, epithymus, ac myrobalani sine nucleis: simul tũc bulliant, dum ad libras tres perueniant: post aliquot horas colentur, & purgentur. Tunc *sume zacchari tabarzet, ac succi fumi terræ purati, ana libras tres.* Placidè *coquantur, & paulatim istis colaturã decoctionis admisce, sicq; bulliant ad formam syrupi.* Ad *finem* Tamar Indos *ac casiam, cum quadam coctionis parte transcolata, ut nihil tamen ex priori pondere decedat, immitte, ferueantq; unica atq; altera ebullitione, sicut* Mesue *cap. decoctionis edocet.*

Fumus *terræ* Officinis *dictus,* Græcis *capnos, capnion, & capnitis,* Latinis *fumaria appellatur, quã* Dioscorides *4. ca. 95. pingit.* Plinius *25. cap. 11. in duas species distinguit, florum discrimine, sicut* Mesue, *& foliorum quoq;: nos tantùm unam cognouimus, quæ paßim in aruis, segetibus, & hortis sine cura abunde erumpit: uulgariter nostris* Duuenkerffel, *quasi columbarum* Cerefolium, *alijs* Erdtranch, *duplici sæpe florum facie, nunc subalbida, nunc purpurascente.* Gall. Fumeterre, ou Pied de geline. *Ital.* Fumaria. Rectè Manardus *supinũ* Serapionis *errorẽ detexit, epistola 6. lib. 12. nõ ea, quæ* Dioscorides *ac* Galenus *(quos citat) de fumaria, referentis, sed potius quæ ijdem ca. de gingidio, hoc est, chærefolio satiuo scribũt, quod etiã* Plinius *lib. 20. ca. 5. cõfirmat: nostris* Germanis Kerffel *&* Kerbelkraut *pronũciatur.* Gall. Cerfeuil, ou salucille. *Ital.* Cerofoglio. *Quem ipsa historia oblectat, fruatur suauißimis dapibus* Ruellij, *quas li. 3. ca. 124. proponit.* Attamẽ *Chærefolium non esse* Gingidiũ, Matthiolus *aßerit, quòd in ipso eæ amaroris & adstrictionis qualitates gustu haud manifestæ deprehendantur, quas gingidio tribuit* Galenus *6. simpl.*

Syrupus ex granatis acetosis Mesuæ.

Paratur ut suprà, id est, syrupus ex succo cucurbitæ, ex libris quinque succi purati, & zacchari libris tribus.

Syrupus ex granatis dulcibus, eiusdem.

Fit ut suprà. Et sunt qui immergunt in succo setam tinctã ex chermes, & est præstantior.

CRONENBVRGIVS.

Oportet hos syrupos distinctim, non coniunctim facere. Etenim alias facultates ex dulcibus, alias ex acidis malis retinent. Sit autem succus omnino defæcatus, uelut alibi docuimus. Paulus Aegineta lib.7.cap.15 accipit fucci mali punici sextarios tres, mellis unum, coquit ad tertias. Actuarius malorum punicorum dulcium, acidorum, & austerorum, singulorum libras duas, mellis libras sex, ac Dia Rhoôn inscribit. Nicolaus Myrepsus sect. 39. triplum mellis aut zacchari succo miscet, coquendo ad tertias: & zulapio octauo, utrorumque malorum succum æquali mensura coniungit, coquitq; decem libras ad duas, postea tantundem zacchari adijcit. Serapion Tract.7.cap.23. ex succo granatorum muzorum ad spißitudinem coquit. Et paulò inferius Syrupum sanans choleram citrinam &c. aßignat, quem Auicenna loco proprio, ad sitim extinguendam, commendauit. In summa, Arabes omnes ex eodem poculo biberũt. Quidam Pharmacopœorum syrupum Mesues parant, sicut diximus in Syr. acetositatis citri, & limonum, ac bene. Alij tantùm ex malis granatis succum exprimunt, & in annum conseruant. Dioscorides 5.cap.23. Rhoiten, succo expresso ex punicis maturis, coquit ad tertias. Cæterùm punica ramosa arbor est, molemq; superiorem grandem gestat: præstantißima in Lycia uisitur:

cia uisitur: Aquarum adeò est auida, ut eius copia, ex acida, dulcis euadat. Vide Theophrastũ plerisque locis, & Plinium quinq; genera, lib. 13. cap. 19. ac 23. capi. 6. nouem proferentem. Malorum conseruationem recensent Palladius in Martio, titulo 10. Varro lib. 1. ca. 59. Columella 5. cap. 9. atque ex recentioribus Ruellius lib. 1. capite 122. Vulgus Apothecariorum nequicquam sese torquet, dũ multiplici labore, nihil in tuendis à marcore malis proficiat. Audiui olim ab Hispano, cui hac in re credere uerisimile haberi debet, se eiusmodi mala nõ omnino matura, sed integra, omnis corruptelæ expertia, in feruens lixiuium, ad corticis corrugationẽ demersisse, protinus eadem exempta sole diebus octo suspendisse, post in totum annum loco frigidiore, in incolumitate reseruasse. Nec minor ferme labor est in succis seruandis, quoniã omnes quidẽ prõptè aut acescunt, aut exarescũt, aut natura tenaces & limosi in laminas abeũt, aut demũ corrũpuntur, si absq; melle reponantur, præter oleum, uinũ, ac mel, quæ in longum sanè temporis spatiũ perdurãt. Idcirco quidam illorum cum melle, ad strigmentitiam compagem coquuntur, ac reponuntur: quidam ad moderatam spißitudinem æstiuo sole, aut lento igne, siccantur, & temporis diuturnitate arescunt, usque adeò interdum, ut conteri queant, more cytinorum, & balaustiorum: tales sunt succus hypocisthidis, uuæ acerbæ, glycyrrhizæ, eupatorij, ebuli, absinthij, fumariæ, cucumeris asinini, & similium. Alij prorsus humidi fluxilesq; reponuntur, cuius generis est hic ipsus punicorum succus, similiter Arantiarum, rosarum, limonum, atq; eiusdem gregis plures, qui illæsi, ac sine mucore conseruari difficillimè possunt. Proinde ab initio illis coctione quapiam & residentia opus est, ante repositionem, aut saltem perdurantis succi mistione. Itaq; usus & experientia inuenit, ut ebul-

litione feruescentem & continuò expressum, per stamen, succum purum soli æstiuo, ad dies saltem quindecim, exponamus. In hoc labore cauẽdum, ne puluis aut sordes sese commisceãt: deinde in mundum & plenum uas uitreum, loco frigidiore recondimus, mox addito in superficie melle pauco, aut potius oleo, osculum uasis curiosissimè obturamus. Quæ supercrescit tempore crusta, integra relinquenda, si succus integer seruandus erit. Atq; iste habetur uniuersalis simul, & usualis succorum seruandorum modus, qui non in dies, aut hebdomadas, sed in menses aliquot eosdẽ incorruptos, absq; situ, ac sorde, conseruat. Porrò tria punicorum genera (quorum meminit Dioscorides lib. 1. cap. 17.) etiã ad nos conuehuntur uidelicet dulcia, acida, uinosa, ex quibus separatim succum in necessitatem elicere oportet.

Syrupus ex granis Myrti Mesuæ.

Eius modus est sicut Syrupus de Agresta.

CRONENBVRGIVS.

Syrupus ex Agresta Mesuæ, constat ex libris duodecim succi, & libris quinq; zacchari. Similis quædã compositio, expresso folijs succo, aspersoq; uino ueteri, aut aqua cœlesti, uel ex maturis myrti baccis tusis atq; expressis, à Dioscoride li. 1. ca. 128. refertur. Paulus Aegineta ut Rhoëtim cõficit, libro 7. ca. 15. Actuarius uelut Rhoditen: Nicolaus Alexandrinus eiusdem omnino generis parat, poricatum uocans, cap. 893. Parant insuper aliter atq; aliter rei rusticæ scriptores, uini myrteti titulo, ut uidere est apud Dioscoridem lib. 5. cap. 25. Catonem cap. 125. Palladium in Ianuario suo, titulo 19. In Februario, titulo 27. & 31. Plinium lib. 14. cap. 16. Columellam lib. 12. cap. 38. Serapion Arabs Tract. 7. cap. 22. simplices syrupos tres ostendit: duos ex eodem Auicenna lib. 5. summa. 1.

tract.6.Præpositus compositum unum refert ex Myrepso de prauatum, Drosato 11. Rursus zulapio 13. nimia quantitas zacchari, nimirũ libræ octo adijciuntur, quatuor succi myrtorũ, & aquæ rosaceæ libris duabus: nam ex eiusmodi mistura, promptius crassum medicamentũ concresceret, quàm fluidus syrupus coqueretur. Simplicem uerò ostendit, ueluti Mesue sect.42.num.31. Mõtagnana, Rubrica de syrupis, ab prædictis differt. Alium adhuc lego apud Bertrucium, ca.de Fluxu uentris omnium modorum: Alium apud Guilhelmum Varignanam, cap.de dysenteria: atq; alium insuper apud Placentinũ de Medicinis, cap.13. In summa, legũtur hoc nomine septem simplices, & multò plures cõpositi. Malim tamẽ copiam relinquere, & unum illũ Mesues ritè paratum asseruare, modò succum myrti habere queamus. Sed nunc quando id commode fieri non poßit, parandus erit nostris syrupus compositus, incerto autore, attamen efficax & præstans.

Syrupus Myrtinus Compositus.

Rec. Myrtillorum drachmas uiginti.

Rosarum rubrarum, santalorum rub. & alborum, sumach, balaustiarum, berberis, ana drach. quindecim.

Mespilorum drach. quinquaginta.

Aquæ fontium libras octo.

Bulliant omnia ad consumptionem medietatis, postea colentur, & collaturæ adde,

Vini granatorum, succi cydoniorum, ana uncias sex.

Zucchari clarificati, libras tres. Coquantur ad formam syrupi.

Additio.

Myrtum quidam in albam & nigram, alij in urbanam ac syluestrẽ partiuntur: posterioris meminit Virgilius, dum ait: Et densis hastilibus horrida myrtus. Hanc suprà exposuimus. Aegyptus medicaminum ferax, teste Homero 4. Odyß. odoratißimam profert, uelut Theophrastus autor est, lib. 6. cap. 7. Rursus de Causis Plant. 6. cap. 27. Hodie etiam Italia, Gallia, & meridionalis plaga, fragrantißimam edit, si annus squalidus accesserit: celerrimè enim frigore læditur, quia ramulis est teneris tenuibusq́; unde consequitur Germaniam ne unam quidẽ myrtum producere, tantũ abest ut in paludibus assurgens frutex inodorus, uulgò Gagel *appellatus, pro myrto haberi debeat, quo tamẽ cõfidenter & solo quidã Pharmacopolæ utuntur. At peritiores, quiq́; doceri admittunt, ueriq́; studio tenentur, (quales in Repub. nostra præcipui sunt, Dominicus in Iride, Ambrosius in intersignio Cæsaris, Theodoricus Nouesianus in Aethiope) nunc Doctorum Medicorũ opera, cùm in hac herba, tũ plerisq; alijs errores castigauerunt, & genuinam quoq; myrtum aliũde inuectam usurpant. Eius historiam scribit Dioscorides lib. 1. cap. 128. Plinius lib. 23. cap. ult. Amplius 15. cap. 29. Columella, Cato, atq; alij. Annotina est, & in fruticem transit, nisi sæpius purgetur: ordine quodam folia digeruntur, fructum edit, cui flos insidet. Recẽtiores semina siue bacculas huius, Myrtillos appellant. Parua myrtus, Galeno ac Paulo Myrtides, id est, myrti soboles. Nigra myrtus semper albæ prælata fuit.*

Syrupus ex hyßopo Mesuæ.

Recip. Hyssopi mediocriter siccæ, Radicum apij, fœniculi, petroselini, glycyrrhizæ, ana drach. decem.

Hordei mundi unciam mediam.

Seminum

Seminum maluæ, cydoniorum, tragacanthi, ana drachmas tres.

Capillorum Veneris, drach. sex.

Iuiubæ, sebesten, ana numero xxx.

Passularum magnarum enucleatarum drach. duodecim.

Ficuum siccarum, dactylorum pinguium, ana numero decem.

Alborum penidiorum libras duas.

Fiat Syrupus.

CRONENBVRGIVS.

Idē dissimiles quatuor ponit cap. de Tussi catharrali frigida, sed quem assignauimus communiter paratur. Nicolaus Myrepsus complures scribit sect. octaua de Drosatis, titulo ad Tussientes, sed omnes uariāt. Quòd uerò Mesue hic aquæ mensuram omisit, factum esse puto, aut quòd alibi eam expresserit, aut quòd ueluti ætate sua omnibus cognitam reliquerit. Si quis autem pro hac dosi, libras octo apponat, non errabit. Et meminisse etiam oportet, ut primò inijciantur, quæ maiorem ferunt cocturam, deinde quæ minorē, denique quæ minimam: præterea semina maluæ, cydoniorum, similiter tragacanthum, in panno ligentur, & iuxta artem coquantur ad tres libras, postea exprimantur rursus calfacta, quoniā crassa & lenta bene calide colāda sunt colo raro ac detrito, ut facilius transmeent: postea cū libris duabus penidiorū alborū, id est, ex albissimo & purissimo zaccharo factorū, fiat syrupus. Tantū in hac cōpositione radices petroselini inseruimus, incuria typographorū quorundā omissas.

De omnibus simplicibus syrupum hunc ingredietibus dictum est prius, præterquàm hyssopo & malua: unde locus postulat de ijs consequenter dissseramus. Hyssopi duplex ge-

nus Dioscoridi scribitur tertio, cap. 26. montanum, & hortense, similiter Mesuæ. Plinius cum Hippocrate, ac Dioscoride. Cilicio è Tauro monte primas tribuit, dein Pamphylio, & Smyrnæo 25. cap. nono. Actuario Zupha dicitur. Nostris hominibus hortense, utpote culinis aptum, cognoscitur. Hieronymus Tragus hoc uulgare Dioscoridis origanum, & cōtra hoc illius hyssopum esse adstruit. Legendum est cum flore aut semine prægnans: mediocrem admittit coctionē, & trituram, uelut Thymus. Germ. Ispen. Gall. Hysope. Ital. Hyssopo.

Maluæ.) Et hæc duplex est, hortensis ac syluestris. Plinius lib. 20. cap. 21. Malopen uocat, quam Columella Molochen, more ueterum Græcorum, dixit, in satiuis ampliora folia proferentem. Alteram Malachen, à mollitie aut emolliendа aluo, aut propter naturalem lentorem suum, ut Paulus asserit, unde à Martiale Mollis uocatur. Diosc. lib. 2. cap. 111. simpliciter in satiuam & syluestrem distribuit: Rursus lib. 3. cap. 139. seorsum agrestem produxit, quam Althæam & Hibiscum alij appellant, de qua alibi egimus. Theophrastus uerissimè lib. 1. cap. 5. Plantarum, satiuam maluam, assiduo quodam cultu, senis aut septenis mensibus, longitudine, crassitudineq; instar hastæ, grandescere posse, & commodè in usum baculi uenire testatur: quod Eurytius Cordus, & Brasauolus, & Mathiolus, oculata fide, comprobant. Nos Gruningæ in conuentu religiosarum uirginū, quibus multis annis præfuit, eximia pietate, nec minori doctrina Dn. Ioannes Halensis: satiuas maluas, quæ supra duodecim pedes meos se attollerēt sæpissimè, mediocri insuper crassitie uidimus, quarum uaria florū discrimina, uix ipsis rosis uenustate cedentia, apud nos uisuntur: nā & purpureos, uermiculatos, candidos, rubros, nunc simplici, nunc multiplici foliorum ordine habemus:

habemus: in quibus uigor longè diutius quàm rosis permanet, uulgariter Ernrosen, Herbst *uel* Winterrosen *dicitur. Gall.* Maulue de iardin. *Ital.* Malua coltiuata. *Malua uerò simpliciter* Pappeln. *Gall.* Maulue. *Ital.* Malua. *Ex syluestribus est quoque Alcea Dioscoridis lib. 3. cap. 140. quibusdam perperàm Malua Theophrasti existimata.*

Syrupus Iuiubinus Mesuæ.

Rec. Iuiubarum libras decem (aliter numero sexaginta.)
Violarũ, seminis maluæ, ana uncias quinque (drach. quinque.)
Capillorum Veneris, unc. unam.
Seminum cydoniorum, papauerũ, melonum, lactucæ, tragacanthæ, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ, hordei mundi, ana drach. octo.

Coque in libris quatuor aquæ fontiũ, & cum libris duabus zacchari. Fiat syrupus.

CRONENBVRGIVS.

Iste syrupus simplici colatus iure dicetur Compositus, titulo Iulebi Iuiubini, ab eodem Mesuæ descripti, in hæc uerba:

Iuleb Iuiubinum Mesuæ.

Accipe Iuiubarum magnarum, & pinguium numero centum.

Decoque in libris quatuor aquæ, usquedũ remaneant libræ duæ, & cum libra una zacchari. Fiat syrupus.

Additio.

Hoc loco animaduertendum, in simplici syrupo, centum Iuiubas quatuor libris aquæ coqui: in cõposito, præter alia ingredientia,

ingredientia, decem libr. quæ ſanè quantitas tantum abeſt, ut in libris quatuor aquæ coqui poßit, ut eclegma potius fiat, quàm pro ſyrupo faciendo colatura redūdet: atque ideo ſuſpicari lubet mendoſum eſſe codicem, quoniā omnino quotidianæ operæ repugnat. Pono itaque loco librarum decem, iuiubarum numero ſexaginta: & ita habet antiquus codex. Eſt inſuper alius error priori neutiquam leuior, ubi ſcriptū eſt, Violarum, ſeminis maluæ, ana uncias quinque. Hic tantum drachmas quinque dicendum erat. Cæterùm glutinoſa illa ſemina cum tragacantho in nodulo colligata, poſt mediam coctura apponantur: & una tantùm libra zacchari accipiatur, quemadmodum in ſimplici ſyrupo docuit, ubi nihil ineſt ad conciliandam ſpißitudinem, hic autem multa.

Ingredientia ſuperius expoſuimus, hoc loco unū adijciendum, cuius uſque meminiſſe oportet, quod eſt, quoties Iuiubæ, ſebeſten, pruna, Tamar Indi, per pondera æſtimantur, tunc ſemina ſiue nuclei auferantur: quando uerò per numerum, tunc unà cum ſeminibus recipiantur.

Syrupus ex liquiritia Meſuæ.

Rec. Radicum glycyrrhizæ, unc. ij.
Capillorum Veneris, unciam unam.
Hyſſopi ſiccæ, unciam mediam.
Macerētur uigintiquatuor horis, aquæ libris quatuor, deinde coquantur ad mediam partem: Expreſsioni colatæ adde,
Mellis expumati, zacchari, penidiorum, ana uncias octo.
Aquæ roſarum, unc. vi. Fiat ſyrupus.

CRONENBVRGIVS.

Latinis è glycyrrhiza, barbaris ex liquiritia uocatur. Serapion

rapion fermè eundem explicat Tract.7.ca.23. cuius initium habet: Syrupus alius, qui confert pectori, & mũdificat canalem pulmonis, &c. sed superior Mesues ubique recipitur, in quo hyssopus mediocriter reponi debet sicca, & aqua rosata ad finem infundi, & coctione consumi.

Syrupus ex mentha Mesuæ.

Rec. Succi cytoniorum muzorũ & dulcium, succi granatorum acetosorum, dulcium & muzorum clarificatorũ, ana libram unam & mediam.

Macera in eis ad uigintiquatuor horas.

Menthæ siccæ, libram unam & mediam.

Foliorum rosarum uncias duas, deinde lento igne ad medium coquãtur: post colaturam adde mellis uel zacchari libras duas, & fiat syrupus: aromatizetur cum gallia.

CRONENBVRGIVS.

Ante hunc simplicem alium tradit, qui exoleuit, utpote uiribus inefficacior. Aliter à Serapione tract.7.cap.23. docetur, titulo Rob granatorum. Ab Auicenna lib.5. Tract.6. nomine Syrupi de Mentha, & Hali Abbate 10. Practicæ, Syrupi Romanorũ, &c. unum imprimis examinandum uenit, cùm sint libræ septem cum dimidia succorum, ac menthæ sesquilibra, maior est quantitas, quàm ut ab illis succis humectari, atq; ad medium ebulliri queat. consequitur ergo alterũ, aut succos augendos, aut Mentham minuendam esse: non enim tam magna quantitas menthæ succis tam paucis conuenit. Ideo suaserim mẽthæ siccæ uncias duodecim, & drachmas duas rosarum siccarum accipiendas. Hanc autẽ formam ex eiusdem Mesuæ Syrupo acetoso de succis herbarũ, de Ca-

lamento,

lamento, de thymo, & similibus, conijcio: tandem coquo cum zaccharo. Nec audiendi sunt, qui ex libra una, & media mẽthæ siccæ, & rosarum uncijs duabus & media, in sufficienti quantitate aquæ fluuialis absque succis parant, quando hac ratione prorsus præstantia sua priuetur: nec magnopere laboro, si quis Gallam negligat: eosq; nimis in rebus minutis curiosos uere dixero, qui sumendam urgeant, quando omnis omnium syruporum conditura, siue ut barbari loquuntur, Aromatisatio, non ob aliud fiat, quàm ut cũ dulcedine quandam odoris gratiam edant: atq; ideo Symeon magister (cuius alibi uerbosius meminimus) in Syrupo Dia Cydoniu inspergi iubet piperis, zingiberis, cinnamomi paululũ, ut suauis & aromaticus reddatur. Atqui uix uideo, quid huic Syrupo iucundi ex Gallæ admistione accedere poßit, cum plerorumque palata, ex hac magis offendantur, quàm delectẽtur. Proinde nos eam hoc loco submouendam decernimus. Sapor Muzus est medius inter dulcẽ & acidum, quasi quispiam dicat dulcacidum.

Est autem Mentha redolens herba, Hedyosmos Galeno 6. Simpl. ca. 1. uocata Græcis primum Mintha, deinde propter odoris suauitatem, Menthæ nomen accepit, autore Plinio lib. 20. cap. 19. Historiam eius ostendit Diosc. 3. cap. 33. qui tametsi duum generum meminerit, plura tamen usu quotidiano reperiuntur. Vtrunque illud uulgò cognitum, primũ nostris Mentha hortẽsis rubra siue crispa, Germanis Krauſs Mũntz, *ac* rote Mũntz: *Gall.* Mẽthe domeſtique. *Ital.* Mentha domeſtica. *Hãc Theophrastum, nomine satiui Sisymbrij 6. Plantarum, cap. 7. & lib. 5. cap. 8. de causis, intellexiße opinor. Alterum genus syluestre, Latinis atque Officinis Mentastrum, & Mentha alba. Efficaciora sunt siccata.*

Syrupus

Syrupus ex Papauere Mesuæ.

Rec. Capita papaueris albi, & nigri cum seminibus, ana drach. lx.
Coquantur in libris quatuor aquæ pluuialis, donec perueniant ad libram unam, & mediam. Colaturæ adde zacchari albi, & penidiarum ana *drach. quatuor. *unc. iiij.
Fiat syrupus.

Alius eiusdem.

Rec. Papaueris albi & rubri, id est, erratici, ana drach. quinquaginta.
Capillorum Veneris, drach. xv.
Glycyrrhizæ drach. quinque.
Iuiubas triginta.
Sem. lactucæ, drach. quadraginta.
Seminum Maluæ, Cydoniorũ, ana drach. sex.

*Coquãtur in libris quatuor aquæ ad duas: deinde cũ zacchari & penidiarum ana *drachmis octo. Fiat syrupus.* *un. octo.

CRONENBVRGIVS.

Antequam telam hanc longam & molestam ordiar, primò monendum, priorem syrupum rectè appellari simplicẽ, ac alterum compositũ. Præterea in fine utriusque pro drac. 4. & denuò octo, uncias quatuor, ac octo (sicut in margine aßignauimus) legendum esse. Dioscorides, quem ob antiquitatem lubenter primo loco citamus, ex papauerum capitibus coctis, ad dimidias, melle adiecto, eclegma parat lib. 4. cap. 55. Philosophi promiscuè huiusmodi confectiones in usum uertebant, quod euidenter Galenus lib. 7. ca. 2. per Locos assignat, ubi post Andromachi, Critonis, Heræ, Democratis, & Sorani compositiones, experimento à singulis sumpto, nullam

Noe.

nullam inuenit præstantiorem, quàm quæ ad unum sextariū simplicis aquæ, decem papauerū capita neq; ualde mollia, neque humida mediocri magnitudine reciperet, coquendo donec capita flaccida fuerint facta, nimirum ut succum eorum exprimas: tunc mellis mediam mensuram isti succo admiscendo, coques simul ad mellis craßitiem.

Hanc compositurā nonnulli Dia Codyon simplex dici cōtendunt, & ea non sine ratione, in principio fluxionum è capite siue cerebro utuntur. Aëtius ex Galeno scribens hæc uerba 5. cap. 135. subijcit: Si tamen distillatio tenuior infestauerit, satius est mellis loco, Passum Cretēse aut sapam admiscere: Ad quem usum glycyrrhizæ quoque radicē, aut ea deficiente, succum cum papauere nonnunquam decoquendum exhibeo. Cui consentiunt Alexander Trallianus lib. 5. cap. 4. Paulus lib. 7. cap. 11. & Actuarius circa finem de Antidotis. Addit Nicolaus Alexandrinus cap. 198. rosas, crocum, acaciā, uelut in postrema facit Paulus suprà indicato loco. Serapion quinque Dia Codyonis descriptiones enumerans: in prima cum Galeno ita consentit, ut nulli alteri magis: quem etiam adumbrat Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 6. Atque Ioannes Mesue præter duos præscriptos, adhuc tres de papauere Syrupos perhibet cap. de Medicinis frigidis, ad tußim catarrhalem. Amplius in Antidotario suo Cōfectionem de Iacur, id est, Dia Codyon simplex, & compositū. Myrepsus Nicolaus Antidoto 106. in tenui fluxione, uehemētiorem magisq; adstringentem aßignat, cui Præpositus & Arnaldus de Villa noua in Antidotarijs suis consonant, quamuis perperàm in isto myrobalani pro myrtillis legantur. Plinius lib. 29. ca. 19. ex alijs collegit. Plures sunt compositiones ex capitibus papaueris apud Aëtium 8. cap. 52. Ego ex omnibus istis maximè probo simplicem Galeni, ex decem papauerum capitibus, &

bus, & sextario aquæ fontanæ, aut pluuiæ recentis, omnis alienæ mixturæ expertis, cum dimidio zacchari, ad somni prouocationẽ. Deinde *compositum* Mesuæ, *in quo parãdo, etiam* Galeni *doctrina in papaueribus obseruanda erit, ubi ego semina utriusq; papaueris, & postrema tria quæ mucosa sunt, panno lineo raro comprehenderẽ, ut facultas syrupo imprimeretur, & minus esset glutinosus: cũ quibus initiò coquerem* Iuiubas, *paulò pòst glycyrrhizam, ultimò capillum* Veneris, *in libris quatuor aquæ, donec ad duas deuenirent, aut circiter: quando uerò intepuerint, colarẽ, adderemq; zacchari, & penidiarum, ana uncias octo, ac syrupũ formarem.* In *tenui fluxione, uice mellis, zaccharum sumerem, cuius usus* Galeno *incognitus fuit.*

Vnum *restat dicendũ de* Papauere *rubro, quod* Anemonem *quidã arbitrantes,* Mesuen *hoc loco reprehendunt, herbam acrem pro refrigerante apponentẽ. Sed ipsi uerius reprehendendi, quum nõ intelligant diuersas esse herbas, quia folia anemones coriãdro* (Dioscoride *autore lib. 2. cap. 169.) similia sunt, tenuioribus prope terrã diuisuris, flore nũc purpureo, nunc candicante, nunc phœniceo: succũ quoq; nullũ fundentia.* Papaueri *autem rubro, erucæ siue intubi erratici folia sunt, longiora tamen & asperiora:* Estq; *hoc sine dubio papauer erraticum, aut* Rhœas, *apud* Dioscoridem. *ca. 54. lib. 4. &* Theophrastum *9.* Plantarum, *cap. 13. &* Pliniũ *20. cap. 19.* In *aruis cũ hordeo,* Vere *paßim rubente ac deciduo protinus flore, maiori copia quàm coloni uelint prouenit, redditq; succũ lacteũ,* Ger. Kornrosen & Klapperrosen, *Gal.* Coqueliquot, ou espece de ponceau, *Ital.* Papauero saluatico. *estq; omnium horum multiplex differentia, quam optimè explicuit* Tragus *cap. 38. & 40. lib. 1.* Atq; *huius capita isti loco adijcere debemus,*

non alterius illius Anemones, ut quidã falsò interpretãtur. Aut cui cõuenientius uidebitur, capita nigri papaueris cũ semine apponere, neq; is præter ratione fecerit, sed syrupum potentius frigidum reddiderit. Admonendum hic uenit, uagam ac promiscuam olim anemones, & papaueris erratici, appellationẽ fuisse, sicut euidentibus pariter, atque efficacibus scriptorũ rationibus, Marcellus Virgilius super Dioscoridis capitibus, longa dictione probat: mox quibus indicijs posterior ætas utranque interstinguere didicerit, ostendit. Hermolaus cap. Coroll. 676. uelut mediũ inter satiua ac syluestria papauera, erraticũ constitui censet, & Rhœadis cognomento, non hoc tantùm, sed alia duo syluestria uenire asseruit: cuius orationẽ Ruellius 3. cap. 105. transcribere uoluit, quemadmodum locis infinitis factum esse ob rarissimã illius, in literis, in philosophia, in rerum cognitione, denique in disciplinis omnibus, doctrinam existimo.

Syrupus è pomis simplex Mesuæ.

Recip. Succi pomorum dulcium, & acetosorum, ana libras quinq;.

Succi ad dimidias cocti, quiescendo subsidere sinuntur ad biduum, aut paulò diutius, aut breuius. Solet uerò sexta pars perire, deinde reclinando uas colentur: mox cum tribus libris zacchari fiat Syrupus.

Sunt qui submergunt huic succo setam tinctam in chesmes, ante succi depurationem, donec rubeat, ac recipiat uirtutem tincturæ, & excellentior est.

CRONENBVRGIVS.

Idem in processu Syruporum tres ex pomis acetosis cõposuit, hodie Officinis nostris in usuales Paulus Aegineta libro 7. ca. 15. ex dulcibus malis utpote odoris, hydromel format.

Serapion

Serapion cap. proprio ex malis acetosis montanis, Auicenna ex succo malorum muzorũ fieri dixerunt. Nicolaus Myrepsus zulapijs 6. 7. 9. Mesuen est sequutus: similiter etiam Montagnana in Antidotario suo. Credo equidem, nec uana fides, confusos admodũ hic esse seplasiarios, dum pro se quisque audacter pondera, mensuras, ac res ipsas conturbat. Dixi sæpè, neque unquam dici satis potest, quando ipsi ab malignis & cæcis erroribus non desistunt, mirum mihi uideri in tales publicæ utilitatis errones nõ animaduerti: (de trãsgressoribus loquor) magis mirum, nõ exquisitiori industria, à quibusdam recẽtioribus Medicis corrigi: maximè mirum, homines adhuc superesse, qui talibus Acesijs etiam uitam suam credere uolunt. Certè ut forsitan facilis sit in pomis (quæ ut multiplicis pro sapore sunt generis, ita quoq; multiplicis naturæ) dicendus lapsus, sic tamen prorsus negligi non debet. Nam quicunque proni in leuia uitia labuntur, ij tantò minus grauia æstimãt, quantò illa magis contẽnũt: quod magna me hercle autoritate (ut est uir eximiæ doctrinæ, ac probatissimæ uitæ) Dn. Hermannus Xylonius reuerendus Abbas Vuerdenus dicere, & repetere mihi cõsueuit. Hic, quandoquidem in huius uiri mentionem inciderim, si mihi citra omnem blandiendi siue applaudendi suspicionẽ (quo tamen uitio, aut uerius ueneno, dici uix possit, quãtopere quorundam ingenia capiantur) id quod res est, simpliciter fateri liceat: absque dubio ac pudore palàm cõfiteor, eum uirum propter singularem animi integritatẽ, utriusque literaturæ haud uulgarem cognitionem, rerum gerendarum prudentiam, ingenij perspicuitatem, & quod rarum in tali hominum genere esse solet, propter Christianam modestiã, insignem pietatem, & scripturæ diuinæ peritiam, ad honorificam infulam, ac principem dignitatem euectum esse, in

qua ultra annos ſedecim probis omnibus, maximè autē diſciplinarū ſtudioſis, ſeſe amantiſsimū & beneuolentiſsimum exhibuit. Haud etenim facilè dixerim, quanto fauore, quanta humanitate, quanta liberalitate, quàm denique paterno affectu eos proſequatur, qui cū doctrina uirtutem cōiunxerint. Vnde fit ut Collegium habeat præ alijs longè celeberrimum, ac pientiſsimum. Neque enim quoſcunque religionis ueſtem ambientes, aut potius dolū mentientes (ut nunc plerique aſſueuere) in gregē ſuum ſuſcipit, ſed eos qui pudore, pietate, morū candore, literarum ſtudio, magnæ eruditionis ſpe commendantur, ac certa mentis fiducia, uerum religionis cultum, ueramq; in Deum fidem profitētur. Atque hæc nō ex aliorum hominum lingua, aut ſcriptura, ſed familiari conuictu, multaq; locutione ſeria teſtificor: ac proinde huic loco iſta inſerere placuit, ut docti, & pij omnes, eiuſcemodi dotibus præditum uirum colant, ac reuereantur. Nunc ad Pharmacopœos redeo, quos uſque hortor, ut optima ſequētes, ſemper res ueras & genuinas accipiant, ac ritè compoſitionibus admiſceāt, ubi Medici quoque ſedulò inſtare debent, omne ius deligendorum ſimplicium, quibus proximi uita tuetur, conſeruaturq;, ſibi uendicantes: non autē imperitis quibuſdam pharmacopolis relinquentes. Nam hac ratione tandē homines medicinā deligere & ſuſpicere diſcent. Quod uerò ad pomorum differentiā hoc loco attinet, uelim parare uolentes, Medicorū ſentētias explorare, ut iiſdē ſatisfiat, & ex dulcibus & acidis coniunctim, aut ſeparatim in neceſsitatē reponere. Hic omnino Galeni doctrina lib. 2. Alimentorū legendā cenſeo. Ego pro dulcibus pomis, intelligo noſtratibus Emmer appelen uocatis: ac pro acidis Poſs appelen. Eſt inſuper alius è pomis compoſitus apud Meſuen, cap. de Mania, ac Melancholia ſanguinea,

qui

qui in roborando corde ab atra bile affecto, efficacißimus est. Verba eius habent:

Syrupus Saporis è pomis compositus Mesuæ.

Recip. Succi buglossæ domesticæ, & syluestris, ana libras duas.
Succi pomorum dulciũ redolentiũ libras iij.
Folliculorum sennæ, uncias quatuor.
Croci drachmas duas.
Zacchari tabarzet, libras tres.
Fit autem sic: Sennæ contritæ proijciantur in succis clarificatis, per diem & noctem, deinde bulliant bullitione una aut duabus: mox colentur, ac confricãdo exprimantur, & cũ zaccharo ad formam syrupi percoquantur. Crocus in panno ligatus, in eius coctura circa finem imponatur, & digitis subinde confricetur.

Additio.

Persarum rex Sapor fuit, in regione Parthorũ, cuius Crinitus lib. 13. cap. 4. meminit, forte in huius neceßitatem hic syrupus repertus est. Alius insuper legitur apud Mesuen in Cephalalgia Melancholica.

Syrupus è prassio Mesuæ.

Recip. Prassij uncias duas.
Hyssopi, Capillorum Veneris, ana drachmas sex.
Glycyrrhizæ unciam unam.
Calaminthæ, anisi, Radicum apij, fœniculi, ana drachmas quinq;.

Seminum maluæ, fœnugræci, Iridis, ana drachmas tres.
Seminum lini, cydoniorum, ana drach. duas.
Passul. enucleatarum, uncias quinque.
Ficus siccas pingues, quindecim.
Penidiarũ, mellis expumati, ana libras duas.

CRONENBVRGIVS.

Idem cap. de Asthmate, binos alios, & cap. de Tussi humida, unũ manifestauit. Hic reuocãdum in memoriam, quod sæpe monuimus: nimirum ut initio radices inijciantur in libras decẽ aquæ purissimæ: mox semina, præterquàm oleosa: deinde simplicia siccata: postremò passulæ, ficus, & capillus Veneris coquantur ad cõsumptionẽ medietatis: post horas quatuor aut quinque exprimãtur, & clarificentur. Admisce penidiarum, mellis optimi expumati, ana libras duas, reducaturq; ad spissitudinem Syrupi. De ingredientibus diximus aliàs.

Syrupus ex infusione Rosarum Mesuæ.

Recip. Foliorũ rosarum recentiũ, libras sex.
Ponantur in uase uitreato terreo angusti orificij, & affunde aquæ calidæ libras quindecim, sine coctura, mox occlude orificiũ uasis per horas octo: Tunc exprimãtur, & in eodem uase & aqua calfacta, iterum tantũdem foliorum rosarum recentium mittatur, stringendo similiter osculum uasis totidẽ horis, pòst coletur. Si cõseruare uolueris, reconde in uitreato uase stricti orificij, desuper olei paululũ affunde, ac cõstringe os eiusdẽ, atque soli quadraginta diebus expone. Et dicitur istud

istud Muccharus rosarum.

CRONENBVRGIVS.

Hunc Syrupũ diuersimodè cõponunt pharmacopolæ: alij isto modo, alij eo quẽ paulò antè docet Mesue, ex aquæ infusionis rosarũ libris quinq;, zacchari libris quatuor. Quidã ex aquæ rosarum libris tribus, & zacchari libris duabus: huic fermè concordat Serapion Tract. 7. cap. 23. & Auicẽna lib. 5. summa 1. Tract. 6. Quidam autem ex uulgo erronei, Præpositũ imitantes, nullam seruant neq; rosarũ, neq; aquæ quantitatem. Rursus quidã ex succo rosarum, aliqui ex rosis siccis: atq; ita (ut semel dicã) ista Battologia, pleriq; & nomen & rem obscurant. Vt autem de singulis dicamus, necessarium est paulò altius compositionem eius repetere. Si unquã de simili structura loquuti sunt antiqui, id fecit Paulus lib. 7. cap. 15. Myrepsus sect. 39. numero 6. Actuarius de liquoribus medicatis, & Aëtius lib. 5. cap. 138. sed uehemẽtior est Pauli cõpositio, ut qui duplo aquæ rosas perfundat, Aëtius uerò magis quadruplo, ad istum modum:

Hydro Rosatum Aëtij.

Rosarum recentiũ exunguatarũ, per diẽ integrũ, in umbra refrigeratarũ (quò extraneus humor saltẽ ab eis desiccetur) libra una, mellis sextarius unus, aquæ pluuialis sextarij tres, ut sextarij nouẽ ad tres ferueſcẽdo perueniant. In hanc feruescentem adhuc aquã ab igne remotã, protinus rosas lãguefactas cõijcito, atq; in uase exquisitissimè obturato seruabis: postridie aquæ excolatæ, & expressis abiectísque rosis, mel admiscebis, totúmque in fictile uitreatum excipies, & aliquot

quot diebus insolabis. Sic ille.

Conficiebant autẽ isti cũ melle, quoniã zaccharũ nostrũ (ut latius in oxyzacchara dicemus) ignorabant. Nicolaus Alexandrinus cap.888.& Myrepsus Drosato 32.ac 34.cum zaccharo,quadã tamen dißimilitudine coquunt. Atqui hoc æuo Officinæ nostræ Arabas, quàm Græcos sequi malunt, quos tamẽ rarißimè cõcordi doctrina assequũtur, præcipuè in multiplicibus unius nomenclaturæ cõfectionibus,ubi uix duæ in una ciuitate cõueniunt, non dico magno paucorum ægrorũ incõmodo, sex maximo multorũ exitio. Nimirũ hac illarũ dißidẽtia pariter & ignauia,perit maxima pars populi. Nos igitur scelus hoc tollere conantes,tũ alibi,tum hic suademus pharmacopœis,ut simplicis huius syrupi nomine tantũ Mesues cõpositio,duabus uidelicet rosarũ recentium infusionibus, recipiatur. nam pluribus purgatorius fit, sicut mox dicemus. Coquendi ars ab eodẽ ostenditur in Iulebo,dum pro libris quinq; infusionis,quatuor zacchari reponit. Iam si frequens fiat rosarum mutatio, clementer & innoxiè purgat,idq; moderatè si quinquies : absolutè si nouies. Bononienses Medici Muccharum rosatũ uocant,quasi dilutum ex rosis,parantq; sequenti artificio:

Muccharum Rosatum.

In mense Maio,rorẽ uernalem matutinũ spõgijs aut linteis excipiunt,exprimúntq;, quẽ coquendo ouorũ albuminibus expurgant: eius libris sex calidis absque decoctione, rosarum recentium rubrarum (quas incarnatas, utpote ex albo etiam rufescentes quidam appellant,)ac omnino completarũ tres perfundũt,& horis aliquot macerant, quoniam

niam coctionem nullam (ut diximus) tolerāt, postea madefactas fortiſsimè premūt. Rurſus aliarum roſarum tantundem infundunt, humectant, diluunt, exprimunt ad uices nouem, aut interdum plures. Tandem cum media parte zacchari, ad ſyrupi craſsitiem lento Vulcano coquunt.

Nicolaus Myrepſus principio zulapiorū roſarum librā unam & mediam, in aquam conijciendo, ad diem fermētat, deinde roſis abiectis alias inijcit, mutando ad dies ſex: poſt zacchari æquale pondus miſcet, & conficit. Hanc deijciēdæ alui facultatē tametſi Galeno, & ex eodē Paulo, haudquaquam incognitam fuiſſe, iure quis adſtruere poßit, cùm uterque roſam ex aquea ſubſtantia calida, miſta duabus alijs qualitatibus, adſtringendi uidelicet, & amaræ, compoſitam ſcribat 3. Simpl. ca. 14. & 4. cap. 22. amplius lib. 8. atq; lib. 7. cap. 3. ſiquidem ex amaritudine deiectoria facultas prouenit, ſicut idem 4. Simpl. edocuit: amaritudo aut emin recentibus roſis adſtrictionem ſuperat, in ſiccis uerò minimè: Attamen hanc differentiam priores Græci tam exquiſitè non animaduerterunt, quā poſteriores: atq; ideo eius uim obſcurè indicarunt. Recentior noſtra ætas magis edocta, ſuccum roſarum punicearū aut rubrarum ad bilem trahendam, & ſanguinem bilioſum purgandum, ſine omni noxa, uſurpare cœpit. De roſis Damaſcenis, utpote Officinis noſtris incognitis, nihil ſcribo. Razi folia decem roſarū recentia, aluum cuidam decies, mirabile dictu, ſoluerunt. Myrepſo 35. Droſato, ex media doſi zacchari, ad integram ſucci roſarum omnino completarum: quibuſdam ex utriuſq; æqualibus partibus pariter clarificatis oui candido ſyrupus paratur: cuius unciæ tres comprimendo aluum ſubducunt. hunc ego fieri

iubeo. Alius est rosaceus solutiuus apud Auicēnā li. 3. Tract. 2. ca. 20. ex succi rosarū libris duabus, mellis libris 4. scammoneæ assatæ uncia una, decoctis ad spißitudinem: Sed huius nullus est usus. Reperitur aliàs ex infusione rosarum siccarum apud Neotericos, quo nos quoque pro occasione utimur. Habet uerò Rosarum siccarum partem unam, aquæ partes tres. Terna infusione renouata, cū partibus duabus zacchari percoquitur. Quanquam iam inde à Dioscoridis ætate, similis quædam compositio extiterit, dum lib. 5. cap. 24. Rhoditen, hoc est rosarum siccarum tusarū minam, in sextarios octo musti demergit: attamen hoc peculiariter uinum rosaceum est.

Syrupus ex Stœchade Mesuæ.

Recip. Foliorum stœchados drach. xxx.
Thymi, calaminthæ, origani, ana drah. x.
Anisi, pyrethri, ana drach. vij.
Piperis longi drach. iij.
Zingiberis drach. ij.
Passularum enucleat. unc. iiij.
Mellis libras v.
Cōdias cinnamomi, calam. aromat. spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri & longi, ana drachma una & media.

Liga in panno raro, & suspende in syrupo.

CRONENBVRGIVS.

Alium ab isto paululum uariantem ostendit Mesuæ c. de ægritudinib. neruorum, sed superior est tantùm in usum receptus. Conficitur uerò in Italia, Gallia, & quibusdam Germaniæ tractibus dupliciter, cum speciebus, & sine ijs: hic cōpletus, incōpletus ille proscribitur. At ego orbi nostro cum

aroma

aromatibus cõuenire arbitror,quæ craßiuſculè trita,& lin teolo excepta,infundi debẽt exiguo tẽpore in coctura, mox eximi, & quãdo perfectam fermè conſiſtentiã ſyrupus acce perit,tum demũ immittenda cenſeo, ut modica ebullitione faſciculus ille efferueſcat, ac frequenter confricetur, & ſedulò in eodem relinquatur,ut caliditas eiuſdem intendatur. Porrò hac arte parandus erit.

Omnia ingredientia craßiuſculè incidenda atq; tundẽda ſunt,mox in uitreatum maſculum ponẽda: Deinde octo, aut ſi mauis decẽ aquæ libræ ſuperſundẽdæ, quando omnia ſimplicia arida fuerint, nam ita cõmodè proluẽtur. Poſt horas 24. ſupra ignem mitem ponantur,ut ad conſumptionem ter tiæ partis ebulliãt. Manebunt itaq; ex decoctione libræ plus minus quinq;,in quas expreſſas & colatas, tãtundem mellis puri apponemus, rurſusq; depurãdo bulliãt modeſtè ad formam ſyrupi. Si autẽ herbæ recentes fuerint,octo libræ aquæ ſufficerint. Coqui etiã oportet diutius æſtate quàm hyeme: alioqui ſuapte ſponte ebullit, ac ſpumam ſiue mucorẽ in ua ſe contrahit. Venio ad Stœchadem. Nomen inuenit à tribus inſulis Maßiliẽſium Galliæ Stœchades nominatæ, in quibus feliciſſimè prouenit,autore Dioſcoride,lib.3.c.27. quod Plinius 27.c.12.comprobat: unde conuenienter Gallici cognomine proſcriberetur. Hodie abundãter ex Arabia,alijs etiã locis,nẽpe Italia,Hiſpania,Creta aduehitur. Vnde Meſuæ opinor, ac Arabicæ ſectæ ſtudioſis patriã denominationem retinuit,quam ut laudatißimam celebrarunt. Hodie in multis Germaniæ hortis feliciter prouenire cœpit, & mihi quoque ſuperiori anno ex ſemine excreuit. Flos eius paucã, folia eius modiocriter longam decoctionem admittunt. Eſt inſuper citrina Stœchas dicta,flore luteo,picta pleniſſimè à Dioſcor.lib.4.cap.47.elichryſi appellatione. Plinius lib.21. cap.

cap.11.& manifestius cap.25. Heliochrysim *interposita litera o, & cum aspiratione efferre uoluit. Suspicor* Theophrasto *lib.* Plant. *9. cap. 21.* Aureliam *uocatam.* Galenus Amaranthi *uoce complectitur 6. simpl.* Hanc *primus herbam, natiuo equidem nomine, indicauit nobis* Eurytius Cordus, *qui rem herbariam propemodum superioris seculi iniuria inscitiaq; labefactatam ac perditam, magno equidem studio, restituere conatus est, in* Botanologico *suo.* Vulgus, *quoniam à tineis uestes, odore haud ineleganti, uindicat,* Mottenkraut *appellitat,* Gall. passeuelours iaune. *Ital.* fior uelluto giallo. *In asperis locis terræ* Montensis *fertilissimè prouenit.* Errat Tragus, *dum inter* Osyridis *siue* Linariæ *species numerat lib.1.c.117.* Inodora *autem illa hactenus officinarijs* Sticados citrina *ineptißimè nuncupata herbula, proijcienda & conculcanda erit.*

Tragg. [handwritten margin note]

Syrupus ex succo acetosæ Mesuæ.

Recip. Succi acetosæ purati, libras tres.
Zacchari optimi, libras duas.
Formetur Syrupus.

CRONENBVRGIVS.

Nihil est hic obscuri, tãtùm monẽdum, acetosam nostram uulgarẽ, Macro *acidulã uocatã, esse quartũ genus lapathi, siue rumicis* Diosc. *li.2.c.107.* Germanis Sawr ampffer, *nostris* züring, *Gal.* Vinette, ozeille, Salette. *Ital.* Acetosa. *Id peculiariter* Oxalis *dicitur, ab acido succo, cuius triplex apud nos differentia uisitur.* Alia *folio amplio re & craßiore, in hortis feliciter proueniens:* Alia, *folio longiore ac contractiore, quæ incultis locis præstantior, nã cultura & diligentia uilescit:* Tertia, *instar linguæ auium, folia habet*

habet ualde exilia, in agris, sed translata in hortos fiunt maiora. Omnes istæ species, caule rubro, radice subrufa conspiciũtur, sapore acido & uinoso. Quapropter in acetarijs mirificè expetuntur, & iusculis pinguibus carnium, lactucæ modo: Præterea in tinctibus, cum pauco zingibere, aut per se, cum uino. Dum Syrupus iste cõponitur, meminerint omnes Apothecarij, succum defæcatum primò placidè trãsfundere, deinde zaccharum addere, & ad syrupi consistentiam coquere.

In Syrupum ex Endiuia, iudiciũ nostrum.

Nullum reor esse pharmacopoliũ, in quo non adamußim descriptio Gentilis, aut saltem Nicoli paretur: quanquã insuper plures alij, in uulgatis codicibus extẽt: uerum ut paucis multa eloquar, nullam earũ admitto: nam uulgus est peßimus bene gerendæ rei autor. Et quamuis longa consuetudine usurpauerit, ea tamen indocta, omnium malarũ artium magistra, haud iniuria habetur. Hic si perperàm quibusdam sonare, aut iudicare uidebor, attamẽ tãtoperè mihi placeo, ut aliorũ sententia neque cõmoueor, neque erroris quicquã confiteor, dum iustiorẽ esse meam in illos animaduersionẽ, quàm sciolorum quorundam nutantem uelitationẽ, & qualemcunq; excusationem existimo: quod pluribus tuerer, atque studiosius edocerem, nisi mihi constaret, omnem sui laudem, atque curiosam nimis defensionem, quibuscunq; bonis uiris, & grauem, & intolerabilẽ haberi. Ac salubrius alioqui est probis uerisq; simplicibus uti, quàm improbis falsisq; compositis. Itidem sanæ mentis uniuersi loquentur. Proinde omißis solennibus istius Syrupi constructionibus, magnoq; constantibus, triuialem, simplicem, & in specie uilem, lubentius, ad istum modum, recipio.

Syru

Syrupus ex succo Endiuiæ simplex.

Recip. Succi Endiuiæ, ad omnem fæcum resi dentiam, ouorum albuminibus, clarificati, libras octo.
Zacchari albi, libras quinque, & semissem.
Simul liquefiant, ac bulliant, ad Syrupi bene cocti constitutionem.

Eadẽ planè doctrina uarij syrupi cõfici possunt, ex multis multarũ herbarũ tenerarũ succis, ueluti portulacæ, buglossæ, boraginis, menthæ, eupatorij, absinthij, fumariæ, & similiũ: qui succi potißimũ, si lentore crasso herbæ præditæ sunt, post exactã contusionem earum, ac paruã calefactionẽ, aut unius noctis in penuario fermentationẽ extrahuntur: aut si ne sic quidem satis reddãt, affundere inter tundendum oportet, paululum aquæ earundẽ herbarũ destillatarũ, per alembicum, ac simul exprimere, ut copiosius remittãt liquorem. Cæterùm hoc loco in unã summã de Endiuia *sermonem conferam.* In *primis scio multiplicem esse, apud recentiores non incelebres, huius dubitationem, dum uariè uarij opinantur, plerasque herbas ad eius genus referentes, quæ euidenti discrimine distant: rursus ab eodem seiungentes, quæ reuera annumerari queũt.* Vt *autem totum id melius intelligamus, initiò sciendum* Græcos *sub* Seride Intubum Latinorum *cõplexos fuisse, similiter* τρωξίμων, *sicut* Cõstantinus Cæsar *lib.12.cap.28.agriculturæ, de* Seride, *siue* Troximis, *ex* Didymo *testatur, quod insuper coaceruator* Pandectarum *medicarum annotauit.* Digeritur *uerò* Seris, *siue* Intybus *(unde endiuiæ uocabulum ad nos profluxit) in duo genera, nẽpe satiuum & erraticum: utrunque rursus in duas species, una latiore folio cõstat, lactucarum simillima, ut* Diosc. *scri*

psit

psit lib.2.c.125.flore subluteo,& interdũ candido emicante. Estur plerisq; locis,lactuce more,in acetarijs,prius tamẽ terra,aut arena in hortis obruunt,quò amaritudinẽ deponat. Hæc citra cõtrouersiã,pro uera endiuia,tũ hic,tũ alibi semper usurpari debet.Estq; satiua herba,cuius semen ex Italia acceptũ,D.Ioannes Echtius Medicus terræ mãdauit in horto suo,quem exquisitißimis herbis,animo suo, Coloniæ instruxit. Altera satiuæ Seridis species,angustiore cernitur folio,flore cœruleo,gustuq; amaro est.Hæc diminutiue Seriola appellatur,imperitis Scariola.Erraticæ uerò siue syluestris una species,Græcis ab insigni amarore Picris,quod satis patet ex Aëtio li.10.c.3.& cichorion,Celso li.2.c.29.atq; Latinorũ quibusdam Ambubaia, & Ambubeia : Officinis nostris Cicorea dicitur.Diligentißimus Tragus, quem meritò à fronte & à tergo oculos gerere dixero, lib.1.c.91.in sex differentias hanc plantã digeßit,ubi postremã iure satiuam asserit:siquidẽ in Hollãdia,& alibi reor,omnes Pharmacopolæ in hortis eã diligenter curant:hyemis est patiens,folia herbacea,nullam habẽt aspredinẽ,sed à tergo,stipites lanugine molli uestiuntur,flos cœruleus est,lingua nostrate Cicorey,Germanica Wegwart,Gall. Cichoree.Ital. Cichorea.Alterã agrestẽ Plinius 20.c.8.Edypnoidam inscribit, & uerbosius lib.21.cap.15.explicat,ac pariter cum Theophrasto 7. Plantarum,cap.7.& 11.Aphacam appellat,uulgus Dentem leonis,Taraxacon,uel Altaraxicon.Diuersa tamen est à Dioscoridis Aphaca, lib.2.capit.142.& Plinij lib. 27.cap.5.quæ inter legumina numeratur, plerisque Vicia syluestris dicta. Hæc sunt,quæ breuiter de Endiuia, & alijs eiusdem generis herbis, uera doctrina cognoscere potui. Ex quibus sanè liquidò constat, uulgarem Endiuiam nullum hic neque nomen, neque locum habere

habere

habere, sed indubitāter syluestrē lactucā existere, ut ex omnibus omnium autorum picturis colligitur, & nos suprà in Loch Papaueris diximus. Proinde expendant adhuc increduli Theophrastum 7. Plantarum, c. 6. Dioscoridem 2. c. 130. Oribasium lib. simplicibus dicato. Plinium 20. c. 7. & inter recentiores dilucidè hancrem exponentem, Ioannem Ruelliū de Stirpibus 2. c. 64. & 69. Valeāt itaq;, qui in septē, atq; in plures species Endiuiam religiosè partiātur, quāuis omnes paribus fermè facultatibus esse non negarim, nisi quòd agrestes satiuis sint amariores, ac ficciores.

Syrupus ex infusione Violarum.

CRONENBVRGIVS.

Mesue eodem modo componit, quo Syrupum ex infusione Rosarum recentium: similiter quoq; Iuleb uiolatū ex bina maceratione: itē ex florū & succi cocti libris tribus, cum duabus zacchari, quemadmodum in Syrupo rosarum disseruimus, estq; purgatorius, si frequenter uiolæ infundantur, idq; ob superfluam recētium humiditatem & lubricitatem opinor, quapropter pruna uentrē quoq; ducere, Galenus 2. Alimēt. annotauit: aut quia caliditas quæpiam cum amarore, excrementosa in superficie humiditate parū consumpta, exurgit, quæ sanè purgatricis facultatis est causa. Myrepsus Drosato 33. Violarum libras tres, aquæ dulcis libris sex coquit ad medias, deinde zacchari libras quatuor adijcit, bulliendo ad mellis consistētiam. Titulo autem zulapiorum 5. unica ebullitione, per noctē, macerat foliorum uiolarū uncias tres, expreßioni libras tres zacchari addit, & parat. Quem modum ex Rhaza nono ad Almāsorem ca. 14. didicisse, uerisimile est. Atqui cùm idem sit sermo, & componēdi ars, non constitui his diutius immorari. Illud fortaßis

adijcere

adijcere expediet, Mesuen duos eodem Titulo habere compositos, cap. de Pleuresi, in sermone aquæ Cicerum, cuius prioris uerba sunt hæc:

Syrupus Violaceus compositus Mesuæ.

Rec. Florum Violarum recentium, Seminũ Cydoniorum, Citruli, ana drach. decem.
Seminis maluæ, drach. duodecim.
Gummi Arabici unciam unam.
Tragacanthi drachmas tres.
Affunde aquæ calidæ libras septem: macerentur horis uigintiquatuor, deinde bulliant ad cõsumptionẽ medietatis. Tandem cum Penidiarum libris duabus & media,
Fiat Syrupus.

CRONENBVRGIVS.

In isto, nisi omnia panno lineo comprehendas, præter uiolas, uiscum ac lentor quidam fiet potius, quàm syrupus. Sed huiusmodi uniuersalem methodum, ad finem syruporum indicabimus. Mesue posteriorem etiam in Antidotario suo refert, uerùm apponderatio paululum mutata est. Serapion capite proprio, ex libra una recentium uiolarum coctarum, in libris quatuor aquæ, post diem ac noctem, libris quatuor penidiarum, aut zucchari tabarzet additis, conficit.

Mel Rosatum Mesuæ.

Rec. Foliorum rosarum præparatorum, sicut diximus suprà, partes duas: Mellis boni partes sex.
Coquantur cum facilitate.
Quidam recipiunt mellis, & succi rosarum partes æquales, sine rosis.



Aliqui foliorum partem unam, ſucci partem unam, & ſemiſſem, mellis partes tres.

CRONENBVRGIVS.

Dioſco.5.lib.cap. 24. fieri ex ſucco roſarum, addito melle, quod Rhodomeli *uocant, indeterminato pondere, ſcripſit. Conſtantinus Cæſar 8. de Agricultura, cap. 28. pondus aßi=gnauit, duos ſextarios ſucci roſarum exungulatarũ, & unum mellis: huiuſmodi eſt Pauli & Myrepſi* Rhodoſtactum. Quod *autem lib.7.ca.15.* Rhodomeli *appellat, ſuccum cotoneorum atq; aquam recipit. Apud Aëtium 5. cap.137. nulla eſt diffe=rentia, quàm augmentum ſucci roſarum triplum.* Aquam *affundit Myrepſus initio ſect.39. Actuarius cap. de* Liquori=*bus medicatis, duobus modis refert, poſterior idem eſt cũ* Dio*ſcoride. Nicolaus Alexandrinus cap.687. aliter tradit, quem ad uerbum ſequitur Præpoſitus. Palladius lib.6. titulo 13. ui=num uetus affundit, & paulò inferius ſingulo ſucci roſarum ſextario, mellis librã addi præcipit.* Porrò *Aëtius* Roſatum *purgans tripliciter edocet lib.3. cap. 72. & ſequentibus. ſi=militer Actuarius cap. de Coniunctis humoribus purgandis: & Paulus lib.7. cap. 5. In prima ſcriptura Alexandrum ci=tat, idq; rectè, ſiquidem apud eum eadem dictione legitur lib. 12. cap. 6. ac 8. niſi quòd ſcammoneæ unciam unam habeat, Paulus & Myrepſus quoq; ſectione 27. titulo 2. uncias qua=tuor, hic Aëtius uini antiqui ſextarios ſex admiſcet. In ſecun da ſcriptura Paulus Aëtium oſtendit cap. 47. Tantùm loco 3,4. piperis, duas conſtituit, quem ſequutus eſt Myrepſus ea=dem ſect. titulo 3. In tertia Paulus quædam adijcit ab Myre=repſo titulo 4. relata. Atqui ne quis eiuſmodi medicamenta ex alijs, temporis iactura, colligere cogatur, neceſſarium eſſe duxi, unam atque alteram horum compoſitiones, præter memoratas, apponere.*

Rhodomeli

Rhodomeli purgans Alexandri Tralliani lib. 7. cap. 7. lib. 11. cap. 1. & 12. cap. 8.

Rec. Succi rosarum libram unam,
Scammoneæ unciam unam.
Agarici drachmas quatuor, aliàs uncias iiij.
Piperis scriptulos duos.
Mellis uncias sex.

Lento igne incoquito, ac ubi in craßitiem coierint, tunc scammoniam, agaricum & piper adijcito, atq; utitor.

Aliud.

Rec. Succi rosarum libras duas,
Mellis libras quatuor.
Scammoniæ torrefactæ uncias iiij.
Omnia simul incoquantur.

Est eodem loco adhuc aliud, & apud Actuarium *de humoribus purgandis, &* Myrepsum *sect. 39. titulo 4. Sed omnes istæ compositiones nunc exoleuerunt.* Hactenus *qua arte autores* Græci, Latiniq;, *mel rosaceum facere consueuerint, indicauimus, superest ut quomodo uulgò rectè fieri poßit, ex* Alexandrino *discamus.*

Mel Rosaceum Nicolai Alexandrini.

In libris decē albissimi & purissimi mellis expumati, succi recentiū rosarū, libra una ponatur, in cacabo ad ignē posito quādo bullire cœperit, uiridium rosarum forfice uel cultello incisarū lib. iiij. adde, & coque ad succi consumptionem, semper mouendo, ac in fictili uase seruatum, tempore non deterius, sed præstantius redditur.

CRONENBVRGIVS.

Nescio cur hic Nicolaus mel albißimũ recipiat, cùm Aristoteles, Dioscorides, Galenus, & claßici scriptores omnes, pallidum aut flauum iucundo odore in thymũ inclinans commendent, uelut copiose in Mithridati Antidoto ostendimus: sed hac ætate quidam inquirendis rebus nati, ac propterea nihil prætermittentes, etiam ad nos mel purißimũ, candidissimumq́; pellucidum, & uiolaceos flores quadantenus gustatum spirans, cõuehere cœperunt, Hispanico cognomine, quo equidem nullum præstantius aut uidi, aut gustaui unquam. Id itaq; si quis in usum conuertat maximè probauerim.

Mel Rosaceum Myrepsi.

Rec. Rosarum rubrarum, libras vij.
Mellis Attici, libras quadraginta.
Aquæ libras quinquaginta.
Probe coquito ad consistentiam, & utere.
Sic ille.

Quod ad insolandi ac colandi tempus attinet, post tres menses studiosißimè expressum colatumq; in usus reponitur. Pudeat hic quosdam Myropolas, qui magis insatiabili pecuniæ cupiditati, quàm proximorum saluti indulgentes, quinq; aut sex partes aquæ, pro una rosarum apponunt. Ad eundem modum fit etiam mel uiolatum.

Oxymel simplex Mesuæ.

Rec. Mellis boni partes duas.
Aceti boni partem unam.
Aquæ fontium claræ & dulcis, partes iiij.

Quandoque exigit neceßitas, ut acetum augeatur, ueluti cap. de syrupo acetoso simplici diximus. Primò autem coquatur lento igne mel & aqua, abijciendo spumam eius:

Deinde affundatur acetum, semper diligenter expumando, & percoctum reponatur.

CRONENBVRGIVS.

Excogitarunt primi inueniẽdæ medicinæ artifices simplicißimã cuiuscunq; medicaminis mixtionẽ, ueluti gnomonem ac regulam quandam, ut pro temporũ neceßitate, morborũ opportunitate, & symptomatũ uarietate, tutò, citò, & iucundè languentibus corporibus succurrerent, cui postea uel ad uires, uel sapores, uel conseruationem, uel alios scopos, alia atq; alia adijcere poßint. Hãc ob rẽ oxymel merito suo primas habet: cùm quòd ab eo cõmunis omnium usus manauit, tum quòd in attenuando & expurgãdo principatũ retinet. Græcis Oxymeli, Arabibus Secaniabin, Latinis Acetũ mulsum dicitur. Potus est antiquißimus, quo etiam Hippocrates profeßionis nostræ cõditor, atq; Galenus eiusdẽ conseruator, usi sunt, uelut patet lib. 3. de Ratione uictus acutorũ, 4. de Sanitate tuenda, ad finem de cibis boni ac mali succi, 8. Methodi in consilio pro puero epileptico, atq; alibi. Sed uariè ex sumentis gustu, & morbi natura componebatur, nunc plus, nunc minus aquæ, aut aceti infundendo. Conuenientißimum tamen habebatur, iucundißimũ, ac ideo etiam utile: contra aduersißimũ, iniucundum, atq; idcirco inutile. Dioscorides li. 5. cap. 12. fieri enunciat ex aceti heminis quinq;, salis marini pondo, mellis minis decem, aquæ sextarijs quinq;. Plinius 14. cap. 17. mellis libras decem scripsit. Reliqua conueniunt, simulq; iubet pluuialem aquam assumi: & 23. cap. 2. ex Dieuche, quadrantem thymbræ, & aquam marinam habet. Galenus autẽ eos improbat, qui sub una mensura conficiunt: sed primam eius mixtionem talem esse oportet: Vni parti aceti, mellis expumati duplum est miscẽdũ: deinde ambo super carbones coquenda, donec eorum qualitates in unum coëant:

Ita enim acetum amplius crudum non apparebit. Cum aqua ita facies: Melli quadruplum optimæ aquæ miscebis, dein coques modico igni, quoad spumare desinat. At uitiatũ mel, ac malè olẽs, multam egerit spumã, & mel dici nõ debet. Optimum autem ut breuissimo tempore coquitur, ita minimum spumæ euomit. Plurimũ certè quartam partem eius, quod ab initio est inditum, amittit. Pòst dimidio aceti albi adiecto, rursus coquẽdum, donec qualitatum omnino sit unitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur etiam hoc modo: Mellis duplo additur aquæ quadruplum: pariter ad tertiam partem placidè coquuntur, uel etiam quartã, spuma interim detracta curiose, pertuso cochleari: Deinde aceti albi una pars immittitur, coquendo ad crassi mellis consistentiã. Atq; ita docet Mesue, quem nostros imitari decet. Sed commodissimè hoc loco mellis despumandi formã adscribo, quæ plerisq; locis tanquam aptior usui esse potest, quæq; minus acre abstersoriumq; mel reddit. Est etenim hoc in supremo, præter alios latices (ut quorum fæx in imum decidat) maximè fæculentum, itaq; expurgare imprimis oportet. Consuetudo autẽ uulgaris laudata obtinuit, ut mel crudũ per se, pauca affusa aqua, in uase amplo, ad ebullitionem efferueat, mox ab igne sepositum ubi refrixerit, cochleari studiose despumetur: atq; ita in condiendis aut percoquendis antidotis, & syrupis reponunt seplasiarij. Quidã aquæ, uini, aceti (pro diuersis medicamenti scopis) æquali mensura, interdũ dupla, aut tripla coquunt lento igne ad dimidias, & sensim spumam tollunt: post aliquod tẽporis, albumina ouorũ duo, siue tria, siue plura (si quantitas multa sit) scopulis, ut spumescãt cõcutiunt, continuò eodem spumam per uices, supra mel proijciunt, & rursus leniter coquunt, despumãtq; ab igne ablatum, deinde recoquunt, donec amplius nullam spurcitiam egerat, ac mellis lento

lis lento

lis lentorem contineat. Aut statim quãdo efferuescit, per colum detritum laneũ fundunt, postea ebulliunt ad mellis compagem. Si uerò una uice non omnino purũ redditur, secunda atq; tertia, eandem operã repetunt. Mel autem sordibus uacans & album, despumatione aut clarificatione haudquaquam eget. In purgantibus medicamentis, mel uino, nõ aqua coqui ac despumari debet: nam si aqua admisceatur, acrimoniæ plurimum tollitur, quæ ad excretionem alui impellendã, non parum est necessaria: itaq; uinum melius adiungitur. Et hæc hactenus, quæ ideo semel breuiter annotare uoluimus, ut in omnibus coctionibus & syrupis, ex melle formandis, clarificandi formam imperitiores haberent. Ad Galenum redeo quem secutus est Oribasius lib. medicaminum, & Aëtius lib. 5. cap. ult. Paulus æquale pondus aceti & mellis, duplum uerò aquæ lib. 7. cap. 11. habet. Actuarius uno loco simplex, sicut Galenus, alio ut Dioscorides tradit. Serapion tract. 7. ca. 23. operatio. Secaniabim, & Auicenna lib. 5. tract. 6. nomine Syrupi acetosi ex Galeno referunt. Est insuper hydromel, aqua mulsa siue melicratum, de quibus require lib. 10. Est adhuc quod Græci Apomel uocant, medium inter oxymel & mulsam retinens locum, teste Gal. 8. methodi, ab eodem descriptum 4. de tuen. ualetud. Paulo lib. 7. cap. 15. Aëtio 5. cap. 139. Myrepso principio sect. quartæ, ac magis compositum 34. num. 20. Sunt etiam complures oxymelitis scripturæ apud Oribasium: purgans una apud Aëtium septem, li. 3. ca. 76. & subsequentib. ex quo, atq; alijs autoribus Myrepsus sect. 37. nouem purgantes coaceruauit. Amplius Iuliano autore ibidem duæ leguntur, posterior transumpta est è Tralliano lib. 11. ca. de Curatiõe podagræ pituitosæ. eã refert Alex. Benedictus li. 29. ca. 13. sed ponderum nusquam est æqualitas. Insuper habetur oxymel amarum, eodem apud Myrepsum loco ex

Paulo lib. 7. cap. 11. traductum. Apud Mesuen uerò oxymeli, cholagogum, phlegmagogum, melancholiam uacuans, ex ligustico & calaminthe. In *summa aliæ adhuc alibi, uerùm nullam istarum pharmacopolæ iniussi præparant. Ego autem commodè utor oxymelite splenico* Pauli, *quoniam lienosis admodum utile existit, cuius hæc est compositio.*

Oxymel splenicum Pauli.

Recip. Cort. rad. Capparorum, scolopendrij, spicæ nardi, asari, iridis, schœnu anthos, cyperi, anisi, cumini, fœniculi, acori, ericæ seminis, ana unciam unam.
Myricæ foliorum, salicis, radicis apij, rorismarini, scillæ, ana unc. duas.
Aceti sextarios tres.
Mellis tantundem.
Ammoniaci uncias tres.
Præparatum modo scillini, duobus cochlearijs exhibetur.

CRONENBVRGIVS.

Paulus scillinum, quod præter duas libras scillæ, circiter octodecim uncias rerum siue aromatũ habet, infundit in aceti sextarijs quindecim, ad dies septem: colaturæ addit mellis sextariũ unum, sapæ sextarios duos. Si *igitur ad hunc scopum parari debet, manifesta est doctrina, quam rectè conficere uolentes imitari possunt. Alias equidẽ aceti quantitatem minorem esse existimo, imò scio, quàm ut cõmodè perfundi omnia queant, uelut in præcedenti splenico.* Proinde *si uidebitur, potest & Mesues institutum amplecti, cap. de Secaniabin. affundendo libras nouem aquæ, triduum macerando, deinde percoquendo, & exprimendo: acetum ac mel, iuxta artem*

demum admiscendo. Idem oxymel docet Myrepsus sect. 37. nu. 17. Restat consequenter quædam simplicia declarare.

Cort. rad. cappar.) Quamuis nondum ferat, quantum audio, Germania hunc fruticem, attamẽ eius fructus, aut potius flos immaturus, sale interspersо conseruatus, usque adeò est diuitum mensis frequens, ut omnino domesticus nostris uideri poßit. Aegineta Paulus usum eius, ex aceto & oleo (uelut etiam hodie in obsonijs consueuit edi) ad languescentem stomachum excitandum, pituitam è uentre pellendam, ad lienis obstructiones recludendas commendauit ex Gal. 2. Aliment. edoctus. Sed prius cauliculi decerpũtur, mox frigida aqua per noctem cappares nostris macerantur, aut in feruẽtem ollam cõiectæ eluuntur, ut salsilaginem aut muriam, qua conseruantur, deponant. Cortex uerò in medicina usurpatur, qui subrufus est, ac minimè friabilis. Pingitur à Diosc. lib. 2. cap. 166. Theophrasto 6. Plant. cap. 5. Inturis dicta. Plin. lib. 13. cap. 23. peregrina eius genera siue transmarina cauenda esse monet: siquidem Arabicũ pestilens, Aphricum gingiuis inimicum, Marmaricum uuluis & omniũ inflationibus, Apulum uomitus facit, stomachum & aluũ mouet. Hermolaus in Coroll. omnia ista quondam infesta, nunc mitia undecunque illata censet: & nos sanè nullam ex ijs noxam experimur. In Cypro plurimum & in Hispanijs proueniũt. Præstantißimæ cappares ex Alexãdria Aegypti conuehũtur. Columella uerbosius quàm cæteri rei rusticæ autores, & quomodo serere, & qua ratione colere oporteat, edocuit lib. 11. cap. 3. ex quo traduxit sua Plinius 19. cap. 8.

Scolopendrij.) In hac herba multis retrò seculis, nefarius extitit error, dum tabernæ omnes (adeò hic neminem excipio) eam herbã, quæ paßim & impropriè Lingua ceruina cognominatur scolopendrion existimauere: cum longè

alia pingatur, tum à Diosc. lib. 3. cap. 128. & Plinio 27. cap. 5. tum à reliquis simplicium scriptoribus, Asplenũ quoque dicta, quam ego primum Romæ uidi, unde olim mecum abstuli. Eandem ante ducentos annos Simon Genuensis agnouit, ex Manardi testimonio, lib. 8. epist. 3. Nunc etiam nostris innotescere cœpit, & Arabicam sectantibus medicinam, Ceterach, siue Citarac, constanter appellatur. Insuper Dioscorides Hemionion, Theophrastus 9. cap. 19. Herbam mulæ dixit, quoniam mulæ plurimùm ea delectari putantur. Certè Serapion cap. 193. Scolopendriæ, scriptura Dioscoridis asplenon designauit. Scribonij interpres Compos. 150. Scolopendrion uocat Calcifragam, nescio qua ratione, quandoquidem de utraque distinctim tradant autores. Porrò hactenus creditam Scolopendriam, aut Linguam ceruinam, uulgariter Hirtz zung, *Gall.* Langue de cerf. *Ital.* Hemionite. *Dioscorides esse Hemionitida, lib. 3. cap. 129. constantissimè asseuerat, longo sermone, Fuchsius lib. de Stirpibus, cap. 111. cuius rei fidem etiam ante ipsum fecerant præstantissimi nominis Medici, Leonicenus, Manardus, Ruellius, Gesnerus, ut reliquos prætaream. Virgilius Marcellus in literis abundanter, in plantarum notitia tenuiter exercitus (etsi cuiusq; sedulitas ubique ac semper sit probanda) Asplenum & Hemionitim, unã atque eandem herbam existimauit: cuius sanè errorem, primus retexit retuditq; Manardus epist. 3. libro 18. Tragus Tomo de Plantis 1. cap. 188. similiter pro eadem herba phyllitim ac Hemionitim recepit, atq; bis unius stirpis lineationẽ tradidisse Dioscoridem, omnino persuasum habet. Quin & splenicã herbã, & lunaticã appellat. His adde Manardũ, Plinij Teucriũ lib. 25. ca. 5. phyllitim, & Hermolaum. cap. Coroll. suorum 582. Hemionitim interpretari: quorum infidelem opinionẽ expurgata Plinij exemplaria,*

ria, postea manifestarunt: etenim non hemionion, sed hermion esse legendum, oculatiores animaduerterũt. Sed ad scolopendriam, siue uerius Officinarum linguam ceruinam explicandam, reuertor, hanc ut aliquot celeberrimi autores hemionitim asseruerunt, ita contrà alij clarißimi uiri phyllitim iudicarunt, quales sunt Cordus, Syluius, Brunfelsius, Brasauolus, Marcellus, Mundella, & qui postremò absolutißimam cẽsuram suam edidit Matthiolus, indubitatis ipsius herbæ notis, quas impugnare contentiosi prorsus est ingenij: etsi non negauerim in utranque opinionem, plantam rationibus quibusdam trahi posse, sed tandem reuera phyllitis est decernenda, quod ille idem oculis subiectæ hemionitidis genuinæ imagine demonstrauit. Itaque ambigere & contendere amplius desinãt, quibus ueritas cordi est, & in hoc oxymel, scolopendriã legitimã, id est, ceterach uulgare conijciãt.

Ericæ feminis.) Erica est, autore Dioscoride, lib. 1. cap. 100. fruticosa arbor, myricæ similis, amplitudine multò minor. Athenienses hanc, testificante Plinio, lib. 11. cap. 16. tetradicen appellant, Eubœa Sisaron, M. Varro Sisaram: Theophrastus tetralicen, libro 6. cap. 3. Vtraque Germania uulgò Heyden uocat, Galli. Bruyere, Itali. Erica: cuius flores apibus sunt gratißimi: & quamuis Dioscorides ex ijs reprobum mel, & Plinius syluestre, fieri dixerint, attamẽ Tragus contrarium in Germania fieri, lib. 3. cap. 4. ostendit. Marcell. Virgilius illam in genistarũ genere cõstituit. Nunc in Hollandia scopæ, quibus pauimenta purgantur, ex istiusmodi ramulis colligantur.

Myricæ foliorum.) Hanc Latini Tamaricen dicũt, cuius dictionis testes habeo, Plinium lib. 13. cap. 21. Amplius 24. cap. 9. & Columellam lib. 7. cap. 10. Arborem uulgò cognitam asseruit Dioscorides 1. cap. 99. duo eius genera constituens,

tuens, unum satiuum, alterum syluestre: hoc frequens in Italia circa fluminum ripas, ubi nos quoque uidimus, dum Tyberim traijceremus, ad Interamnam Vmbriæ ciuitatem, & Germaniæ superioris locis aliquot, potißimũ propter Rhenum & Isarum, nobilißimos fluuios: Illud in Aegypto ac Syria gignitur. In utriusque foliorum penuria, cortices commode substituuntur. Tamariscum corrupta uoce turba medicantium, & uulgus Officinarum dicit. Vbi autem Palladius in Nouembri, titulo 8. Tamarisci flores scribit, Ericæ intelligo, quibus apes delectãtur, ut paulò antè meminimus. Hodie calyces potorij, ex tamaricis truncis, excauati concinnantur, lienosis utilißimi. Atq; hinc explodendus est error quorundam hominũ noxius, taxum pro tamarice usurpantium.

Salicis foliorum.) Græcis Itea, plures sunt eius differentiæ, sed uiribus penè iisdem pollent, & omnes non nisi in aquosis proueniunt. Dioscor. arborem uulgatam memorat lib. 1. cap. 117. Theophrastus frugiperdam ab Homero appellatam fuisse scribit lib. Plant. 3. cap. 2. & de Causis 2. cap. 13. sic etiam Plinius 16. c. 27. quoniam semen ante maturitatem amittit. Porrò ille cap. 13. lib. Plant. 3. tria eius genera refert. Plinius. lib. 16. cap. 38. octo: Columella quoque in tria præcipua genera partitur, sed alijs nominibus lib. 4. cap. 30. A Serapione cap. simpl. 136. Bulef, ab Auicenna cap. 663. li. 2. Sasas. & deinde cap. 686. Salix. Hieronymus lib. suo 3. Plantarũ, cap. 60. quatuor species enumerat. Fuchsius tres pinxit. Germania superior Weidenbaum: inferior Wilgen appellat. Gall. Saulx. Ital. Salice.

Guttam Ammoniaci, propter fœtorẽ, intermitto, quamuis Dioscor. Thymiama, quasi Thymi uim odore retinẽs, uocarit. Gal. insuper, ac Paulus, inter odoramenta numerarũt, & Plin. bene olentibus unguentis addidit: unde diuinare non

est

est difficile, quibus & qualibus illi, pro suffitibus usi sint.

Oxymel scilliticum simplex Mesuæ.

Rec. Mellis despumati libras tres.
Aceti scillitici libras duas.
Coquantur, despumentur, & perficiatur decoctio eius, ueluti diximus in speciebus secaniabin, id est, simplici oxymelite.

CRONENBVRGIVS.

Quoniam hoc magnam quantitatem mellis recipit, suauius est aceto scillino, neque molestiam palato exhibet. Duo *alia quæ apponit* Mesue *de radicibus, & nomine* Damocratis, *non parantur.* Quod Alexander Trallianus *lib.7. cap. 15. exponit, certum mihi est* Paulum *7. cap.11. descripsisse, quamuis ille apij semen, folium, agaricum habeat, pro quibus hic* Ammi, *anisum, asarum, &* Rheuponticum *posuit.* Simplex ex Oribasio Alexandrinus *cap. 707. trãstulit.* Ego *hoc loco prætermisi, uti uolentibus in promptu sunt loca.* Trallianum *adumbrat* Auicenna *lib.5. Tract.6. titulo Syrupi acetosi solutiui scillitici.* Marcellus Medicus *cap.20.*

Accipit scillæ libram unam.
Aquæ fontium libras quatuor, & semissem.
Coquit ad librã unam & mediã: post unius diei fermentationẽ, olla interim firmissimè obturata, expressæ à scilla colaturæ admiscet aceti optimi tãtũdẽ, mellis expumati lib. tres: Rursus leuiter ad cõsistẽtiã ebullit.

Quatuor modis ab his diuersis ostendit Placentinus *de* Medicinis, *cap.13.* Porrò *in* Mesues *compositione, aquæ duplum apponi debet, uidelicet libræ quatuor: atque id innuit, quando ait, perficiatur decoctio eius.* Ad *finẽ, duæ libræ aceti*

scillæ

scillæ addendæ, & ablata spuma ad craßitiem consuetã bullienda erunt. Libro autem decimo, sermonem omnem de aceto scillitico expediemus.

Oxyzacchara Nicolai Myrepsi. sect. 37. num. 21.

Rec. Aceti uncias quatuor.
Succi mali punici acidi, uncias octo.
Zacchari puri libram unam.
Coquito bene ad consistentiam.

CRONENBVRGIVS.

Vetusta est & hæc compositio, nihilq; ab oxymelite antiquorũ differre uideri potest, quàm quòd pro melle posteriores zaccharum substituerint, & nomen mutarint. Actuarius in exordio libri sui ex aceti una, zacchari duabus libris simplex instituit. Deinde cap. Zulapiorum compositum ex corticibus rad. Capparorum, apij, intuborum, & reliquis. De Medicamentis uerò purgãtibus, Catharticum, Officinæ nostræ in eo parando, Mesuen æmulantur, in dosi Syr. acetosi de succis fructuũ, aut Præpositum, qui ex Myrepso mutuauit, ut suprà palàm fit. In composito, unum Præpositum: sed eorundem dictionem adiungam.

Oxysaccharon Mesues.

Rec. Succi granatorum muzorum, id est, medij saporis, & acetosorum, ana partes tres.
Coque faciliter, dum diminuta sit eius pars tertia, resideat per dies duos: Accipe eius partes duas, & Iuleb partes tres, uel plures, uel minores, & decoque.

Præpositus

Præpositus in uulgatis exemplaribus ita scribit.

Oxyzacchara Composita Nicolai Præpositi.

Rec. Capill. Veneris, scolopendriæ, ceterach, polytrichi, epaticæ, uiolarũ, fœniculi, rusci, asparagi, graminis, ana libram unam.

In succo malorum granatorum acidorum, herbas & radices infunde, per tres dies, quarta modicum bullire permitte, cola fortiter exprimendo: postea adde zacchari quãtum sufficit, coque ad perfectam spissitudinem.

Appendix.

Rhaza de Pestilentia, cap. 5. cum rosis siccis, & Aegyptijs aqua rosacea, atque aceto coquit. Mihi tantùm placet simplex compositio, nam in composita nulla succi & zacchari, determinata quantitas exprimitur, unde multis equidẽ Officinis, præsentes fiunt errores, quos necesse est cauere: neque etiam constructionẽ tam bene uerbosam ab Arnoldo de Villa noua scriptam, absque correctione admittere possum, quando tabernæ nostræ, in multiplici illarum numero, falluntur. Atqui quando nihil in ore fermè omnium crebrius uersetur, quàm zacchari uocabulum: ita nec aliud facilè inuenias, cuius uera historia magis ignoretur: proinde nunc opportuno loco, quid id sit, ac quomodo fiat, edocere tempestiuum mihi uidetur, ubi omnem eius notitiam, usumq; generalem (an Dioscoridi, Galeno, ueteribusq; satis constiterit, an leuiter tantùm eius naturam degustarint) inquirentes excutiemus. Initiò itaque præmonendum, zaccharum Græcis Sacchar dici, esseq; Dioscoridi lib. 2. ca. 74. concreti mellis genus, quod in India

in India, & felici Arabia in arundinibus inuenitur, salis modo concretum, dentibus ut sal fragile, Arianus mel calaminum appellat, id est, in calamis cōcretum, siue arūdinaceum. Marcus Varro Narbonensis ante Christum natum uiuens, cùm Cæsar Imperij habenis moderaretur, istis uersibus zaccharum complexus est:

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeunt succo contendere mella.

Lucanus etiam, qui C. Cæsare, ac L. Cæstiano Consulibus natus est, tertio Pharsaliæ sic scriptum reliquit:

Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos.

Accedit his Statij Pampinij testimonium, ante Galenū (cùm Nerua imperaret) libro primo syluarum suarum scribentis:

Et quas præcoquit Aëbusita cannas.

Adde istis Strabonem celebrem Octauiani tempore autorem lib. 15. Geographiæ, saccharum indicasse, dum arundinē sine apibus, mel gignere dixit. Diodorus lib. 3. antiquorū gestorū, cap. de Indis hæc uerba scribit: Nascuntur apud Arabes arundines plurimæ, ferentes uberem fructum, albo eruo persimilem. Hos collectos aqua calida spargunt, quoad auctus, ouis columbæ magnitudinem æquet. Ex his postmodum contritis, panem conficiunt dulcedine præstantem. Plin. insuper lib. 12. cap. 8. ita tradit: Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India: Est autē mel in arundinibus collectum, gummium modo, candidum, dentibus fragile, amplissimum, nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm usum. Denique & huius (ut plerique ferunt contemporaneus Iulius Solinus cap. 55. è radicibus arundinum, humorem dulcem exprimi, ad melleam suauitatem, autor est. Atque isti omnes ante Galenum uiuentes, ita saccharum arundineum ceu cōcreti mellis genus

genus manifestant. Quibus equidem uerbis luculenter, succhari plantam, natale eius solum, consistentiam, prouentum designant, licet eo tempore nec ipsam fortè substantiam uidissent unquam, nec eius usus luxusq; immodicus (qui lege aliqua coërcendus esset, ne intolerabili dispendio insanum ac uoluptuosum hominum quoddam genus rebus suis malè consuleret) ut nunc mensis ac culinis nostris repertus esset. Galenus 4. simpl. cap. 14. dum radicum arundinum, maximè earum, quæ in Aegypto prouenire solent, meminit, dulces eas tradit, & apertius septimo eorundem simpl. libro, Sacchar quod ex India, atque felici Arabia conuehitur, in calamis, ut aiunt, concrescit, & ipsum mellis est species. Atque amplius 8. Methodi, non immeritò arbitror, & saccharum inter mellita numerandum. Huic Paulus subscribit septimo de Medicina uolumine, cap. 3. & Alexander Aphrodisæus lib. 2. Problem. 74. Ex supradictis abundè monstratum arbitror, ueteres Græcos ac Latinos, saccharum sub mellis genere scripsisse, præsertim Dioscoridem & Galenũ, & nihil aliud quàm ex cannis collectum solidiori substantia, instar lachrymarum, extitisse. Nunc in sermonis processu faciendi zacchari siue sacchari (nec enim multum refert, quo modo scribatur) rationẽ, hoc æuo usualem adscribam, ut integra appareat omnis historia. Est itaque liquor à proprij generis planta, aperto in eius latere calamo, calore solis plus mínusue coactus & cõcretus. Nostri usus saccharum, per gnaros artifices, naturæ opera solerter imitantes, ignis commercio, integros calamos minutim incidẽtes, tamdiu coquitur, donec uniuersus liquor, absumpta igne aqua, diu efferuescẽs salis modo in uasis fundo addensetur: Euadit autem tantò candidius duriusq; saccharum, quantò plus coctionis defæcationisq; susceperit, & plus aquositatis ac partium terre-

strium deposuerit. Ex multiplici ergo coctura atque opera, multiplices perfectionis numeri contingunt: ita ut quoddā summum dicatur, & perfectißimum, candore, duritia, sono, suauitate, quod nunc Valentinum zaccharum uocatur, à nobili Hispaniarum ciuitate Valentia. Germanicè Valenszucker, & in panes, siue species pyramidales, libræ unius aut sesquilibræ, funditur. Huic proximū habetur, quod ex noua reperta insula Madera magno usui toti Europæ in arundinibus, propter tēperatam soli naturam nascens, exportatur. Deinde quod ex Cannarijs insulis aduehitur. Ignobilißimū uerò, Thomasum uocatū: atq; ex isto etiā collapsas & confractas micas quidam colligunt, sordes potius, quā res integras: Batauis meis Potzucker, ab olla denominatione suscepta dicitur: Eæ nigricant, humescūt, & excrementis sportaceis abūdant, unde etiam uilißimum hoc zacchari genus æstimatur. Ad modum mellis expurgatur, quem breuiter in oxymelite simplici, attigimus. Sed totam hanc artem, seu uerius imposturam, in cunctis emporijs, & apud nos Antuerpiani coctores, norunt, qui in hoc producti uidentur, ut rem improbam ueluti probam exponant, atque ita data opera, proximum fallant. Primus opinor Græcorum Actuarius, deinde Nicolaus Alexādrinus & Myrepsus, in Composit. suis, mellis usum ad saccharum traduxerunt, quod Arabes Zuccaram, & Zuccarum uocant. Ioannes Manardus non Galeno solùm, sed Medicis uniuersis eo uetustioribus, & quibusdam eum sequutis, ignotum fuisse constantißimè asseuerat lib. 15. epist. 5. Versant quoq; & copiosè tractant, Hermolaus cap. Coroll. 306. Ruellius 3. cap. 22. Leonicenus in epist. ad Frācīscum Tottum. Manardus lib. 2. epist. 2. Amplius 9. epist. 5. cuius argumentū Fuchsius in primum Paradoxorum, capit. 35. reposuit. Similiter

Musa Brasauolus in examine simpl. & Mūdella in eiusdem autoris censura, Omnes, inquam, isti, & pro se quisque opinionem ac sententiam de zaccharo edit tam diuersam subinde, ut Lectorem peritum, in dijudicando, retineat ac remoretur. Sed adscribam tandem auctarij uice, quæ de zaccharo uulgari Cadamustus patritius Venetus cap.6. nauigationis suæ expertus sit, quò librorum inopes & rudes, hac in re plenius instituamus. Quoniam uerò Medera insula frequentioribus irrigatur, inquit, fluminibus, memoratus princeps, saccbareum harundinetum ibi plantari iußit, ex quo sacchari quamplurimum legit. Inde ueniunt scitißima sacchara, toto orbe præcipua, primæ decoctionis, necnon mixta, & quantum ex aliorum relatu colligere potui, indies meliora sacchara sperant, quoniam ea insula temperie cœli meliore, saccharum suapte natura gignit: nam ea qualitas est plagæ illius, quæ Cypri, & Siciliæ. Sic ille. Interim cognoscere oportet zaccharum nostrū, gradu, & efficacia, melli plurimum esse inferius: nam illud calidum ac humidum, in excessus primi primo ordine, potior Medicorum pars constituit, hoc autem calidum ac siccum, secundo gradu statuitur Galeno 7. simpl. unde in calidis corporibus facilè in bilem uertitur 3. Alimētorum. & 7. Methodi. Nec desunt qui zaccharum frigiditatem participare asserant, sed hoc argumento conuincuntur, quòd in uentriculo calidiore, mellis ferè instar, in bilem cōuerti solet. Ego temperatum arbitror album exquisitè coctū: Sed quod rubrum est, & gustui ignauius occurrit, temperamentum excedit, nec ita multum à melle relinquitur, utpote quod ab ignea spuma, à qua nondum defæcatum est, non modò colorem, sed & reliquas excedentes qualitates contrahit. Qui Medicis Pharmaca cōponunt, propterea quòd longè uilius rubrum habetur, mi-

norisq́; multò, ab Hispanis ac Lusitanis emitur, syrupos promiscuè omnes, rubro condiunt, & pessimè: sed illi magis explodendi, & à nemine tolerandi, qui prauo ac scelerato animo syrupum uulgarem, ex ultima zacchari Candi coctura inutiliter profluentem, in eum usum conuertunt, opere sanè nephario, cùm fæces potius sint, quàm res meræ, & triplo minoris uæneãt. Ideo minimè mirum Medicos sæpe intentione sua decollari, dum tales ministri lucripetæ, salutis honorisq́; nullam rationem habẽtes, ad quæstum omnia contrahunt. Sed cum isto hominũ genere inemendabili, aut uerius contumaci, non contendam hic diutius, eò quòd pertinaciter rectè monentibus aduersetur. Itaque rubro saccharo relicto, candidum siue album usurpabimus, in his præcipuè uitijs, quæ ex calore innaturali alterare, & in pristinum statum reducere studemus: præterea quæ longa ægritudine lassa sunt, & ueluti exhausta, confirmare. Adde his, quando exiccatum æstu uentriculum, aut alia membra humectare uolumus: In his, inquam, morbis, zaccharum albũ est accommodatius rubro, aut subnigro. Et ita demum, huic sermoni finis esto: qui si fortè uerbosior, quàm loco cõueniat alicui uidebitur, is uelim animaduertat, ita fieri oportuisse, partim quòd Lector rudiusculus, totam rem manifestò cognosceret, partim quòd multorum commentarij eandem copiose tractantes, à paucis opinor, ob eorum multitudinem, & pretij caritatem comparari queũt: quorum utilitati pariter ac tenuitati in præsentiarum consulere uoluimus, ne quid in huiusmodi studio amplius desiderarent. Nunc continuò ad Dia moron progredior.

Dia Moron Mesuæ.

Recip. Expressionis mororum dulcium, quæ currunt

currunt ſecundum ſemitam ficus, & mororum de ſceni, ana libram unam & mediam.
Rob & mellis, ana libram unam.
Coquantur placido igne ad mellis ſpiſsitudinem, ac gratum ſaporem, & recōde. Sunt qui addunt, neceſsitate urgente,
Aluminis, Myrrhæ, croci, ſucci agreſtæ, ana partes æquales.

CRONENBVRGIVS.

Initio uerborum Meſues, omnino legendum arbitror, mororum acerborum immaturorū, nō dulcium ac maturorū, quoniam adſtringendi, & non relaxandi, hic eſt intentio. Idē capite de ſquinantia, multas deſcriptiones recenſens inter cæteras, ex autoritate Galeni, & Alexādri, profert Diamoron, ſed parū fideliter. Quare aut Meſue, aut eius interpres culpandus uenit, aut cōtextus à librario parum perito deprauatus eſt. Nā aliter à Gal. edocemur li. 6. Locorum, cap. 1. ubi inter reliqua multa ſtomatica (ſic enim appellantur propriè, quæ ad uuas, tonſillas, ac omnes quæ in ore fiūt derepentè, inflammationes, cōueniunt) Heræ & Andromachi ſubiungit. Præparari autem poſſunt, nō tantum ex Moris, uerumetiam ex Granatis, cornis, cydonijs, rubi fructu, omphacio, pyris ſylueſtribus, prunis, ac malis adſtringentibus, meſpilorum, nucumq́; ſucco immaturo, & ſimilibus, aut per ſe, aut cum melle multipliciter coctis: appoſitis interdum, profluxionis ratione, roſis, balauſtijs, cytinis, malicorio arido, galla immatura, pini, thurisq́; cortice, hypociſthide, lētiſci ſucco: & (ut ſummatim dicam) ſimul multis aut paucis adſtringentibus, ſubinde quibuſdam lenientibus diſcutientibusq́;. Atqui hanc nobis impræſentiarum doctrinam explicandam haudquaquam propoſuimus. Sufficit

itaque myropolis, optimam in genere componendi rationẽ ostendisse, quæ, me iudice, erit, in simplici, ex Paulo discenda, lib.7.cap.14.

Dia Moron simplex Pauli.

Recip. Succi mororum sextarios tres. Prius excoquũtur, dũ tertia portio fuerit absumpta, adiectóque mellis sextario, rursus incoquũtur ad melleam spissitudinem. Et mox: Quod ex moris batinis constat, eodem modo præparatur, maiori ui adstrictoria prædi tum. Illud ex succo mororum consistens, est simplex, ac debile: hoc, quod ad facultatem adstringentem attinet, paratũ, ex succo mororum nascentium in rubo, est ualentius.

Additio.

Planta Græcis Batos, Romanis Rubus, aut Sẽtis dicitur, cuius mora Batina, quasi Rubina. Dioscorides lib.4.cap.29. uulgaris notitiæ asserit. A barbaris Mora bacci, cùm rectius Mora bati dicendum esset. Theophrasto humilis rubus, id est, chamæbatos, siue terrestris: paßim apud nos in agrorũ finibus, aruisq;, & dumis, eiusmodi fructus reperiũtur, patria appellatione Braembeyen, *aut* Brõbeer, *interdum* Krabbeyen, *ab ipsius rubi aculeis uocantur. Et quantumuis Rubi multa sint genera, attamẽ Theophrastus tria tantùm constituit, rectum siue excelsum, humile & medium, 3.Plant.cap.18. Dioscorides lib.1.cap.106. de cynosbato siue rubo canis tractans, fruticem pingit inodorum, nostris, ni fallor,* Hagendorn, *Gal.* Eglantier sans odeur. *Ital.* Rosaio saluatico, ou Rouo canino.

quib

quibusdam herbarijs Bedegar. *Malè suspicantur quidam hunc esse Germ.* Egelentier. *Gal.* Eglantier de bon odeur. *Ital.* Rosaio saluatico odorifero. *appellatum, cùm is sit cynosrhodon, odore præstantißimo ac mira fragrantia nares oblectante, sicut suprà quoq; in syrupo ex Eupatorio monuimus. Ego nunc aliam distinctionem facere non queo, quàm triplicem hanc à Theophrasto productam. Superioribus medicaminibus adhuc fortius est, quod Galenus refert suprà citato loco, & rectè inscribitur:*

Dia Moron compositum Galeni.

Recip. Mellis expumati, libram unam.
Succi mororum rubi, libras quinq;.
Croci, myrrhæ, ana drachmam unam, & semissem.
Omphacij, id est, uuæ acerbæ crudæ, siue immaturi succi, unciam unam.

Hoc modo medium temperamento pharmacum efficietur: Aliàs in uehementiori addere poßumus uncias duas, aut tres: In debili cum uini austeri hemina una, sufficit omphacij drachma una. Cæterùm coquendi ars est huiusmodi: Succus primò solus per se præcoquatur ad tertiæ partis cõsumptionem, deinde adijciẽdum mel, postremò omphacium. Atque ubi iam cacabum ab igne auferre uelis, reliqua exactè trita admiscenda, ac in terra posito uase mouenda, donec omnia probe uniantur. Durabilior autem est, si cũ melle paretur. Appellaui durabiliorẽ, non solùm quòd citò corrumpitur citra cocturam cum melle repositus, ita ut sequẽti anno uti eo non poßimus: sed etiam propterea, quòd utilior est, ad inflammationis sequẽtia tempora, usque ad perfectam curationem.

Oribaſius lib. de Curationibus ſimplex, ex heminis quinque ſucci mororum, & una mellis conſtituit. At Galenum adamußim imitatur Aëtius ſermone 8. cap. 42. 43. & ſeq. Sic itidē Paulus, potißimū ex Hera referens. Similiter Alexan. Trallianus lib. 4. cap. 1. Neq; ab his diſcrepat Actuarius ca. de Liquoribus medicatis: neq; etiam Nicolaus Alexan. Dia Sycaminon ſcribens cap. 224. Quod autem habet in præcedenti, à Præpoſito eſt tranſpoſitum. Ex yſdem inſuper deprompſit confectiones ſuas initio ſect. 9. Nicol. Myrepſus. Græcos adumbrant Serapio Tract. 7. ca. 23. Rob de Moris. Auicenna lib. 5. ſumma 1. tract. 6. Syrupus de Vua. Hali 10. Practicæ ſuæ. Dioſcorides quoq; uſum eius innuit lib. 1. cap. 143. de Moro, & Plinius ex antiquorum teſtimonio lib. 23. cap. 7. Palladius ex mororum agreſtium duabus partibus, & mellis una concinnari ſignificat lib. 16. titulo 16. Et hic obiter diſcendum, Mora, quæ ultima maturitate ſanguineo tantùm intus ſucco nigreſcunt, ueteribus Sycamina, apud nos paßim Celſi mora, & abſolutè mora appellari: quæ pomo ſubinde albo, noſtra ætate uiſuntur, cuius teſtimonium Ouid. 4. Meta. perhibuit. Germ. Maulbeer. Gal. Meures. Ital. More. Apud Auicē. & Arabas, mora de ſceni, rectius de ſcemi, uelut Bellunenſis in Auicenna corrigendo reſtituit. Morus ultimò ſatiuorum germinat, unde arborum ſapientißima dicta, nihilo tamen tardius quàm in reliquis arboribus folia decidunt, cauſam Theophraſtus de Cauſis Plant. 1. cap. 21. expoſuit. Succus in carne uinoſus, trini coloris, candidus primo, mox rubens, maturis niger. Hiſtoriam Mori tradit Theophraſtus lib. Plāt. 4. cap. 2. & Plin. 15. ca. 24. Nemo ex recentioribus, ueterum de moro ſcripta, diligentius contraxit Ruellio lib. 1. de Stirpibus, cap. 102. Mora ipſa, in uitreo uaſe diligenter condita ac demerſa, plurimo

tempore perdurant, proprio eorundem iuſculo conclusa.

Dia Nucum Meſuæ.

Accipe ſucci corticum nucum in diebus canicularibus, libras quatuor. Coque ipſum bullitione una, per linteum cola: deinde adiunge ei mellis libras duas. Coque ad mellis craſsitudinem. Initio morbi, adſtrictorium aliquod miſceri oportet, cuiuſmodi ſunt roſæ, & balauſtiæ: In ſtatu, crocus & myrrha: In declinatione, baurach, id eſt, nitrum, & ſal ammoniacus, & ſimilia.

CRONENBVRGIVS.

Ego poſtquam Alexandri Tralliani lib. 4. cap. 1. uerba conſidero, non poſſum, quin affirmem Meſuen compoſitionem ſuam ex illo accepiſſe, imprimis quæ in proceſſu orationis recenſet: ſed inuentor primus eſt Galenus, quemadmodum ipſemet teſtatur lib. 7. Simplicium, & 6. de Compoſitione Pharmacorum per Locos, c. 1. Paulus deinde 7. c. 14. ſimplex, ac compoſitum ſcripſit. Aëtius lib. 8. capit. 43. ex partibus æqualibus excolati ſucci, & mellis, cum nona parte dulcis radicis cōficit. Actuarius c. de Liquoribus med. pro libris quadraginta ſucci, unam mellis accipit: & cum adiectione croci, myrrhæ, atq; aluminis compoſitum facit. Nicolaus Alexandrinus quartam partem mellis, ad unam ſucci conſtituit, adiectis inſuper quibuſdam alijs. Myrepſus dupliciter parat, ſect. nona, numero octauo, & nono. Similiter quoque apud Serapionem inuenio Tracta. 7. capit. 23. Rob de nuce, & Hali 10. Pract. ſuæ. In unum itaq; redeunt omnes, licet aliter atque aliter, pro morbi neceßitate, uarient

rient tum in hoc, tum in Dia morone. Præparandum autem censeo in Officinis pharmacum simplex, sine admistione aliarum rerum, Græcis uocatur Dia Caryon, uitiosè legitur in Mesue Dia Caridion.

Atque hic finis esto Syruporum. Quorsum etenim attinet maiorem turbam ab Arabibus, & eorum imitatoribus repertam, & ab Officinis traditam conquirere? quorum sanè usum magna ex parte explosum esse, ab omnibus Medicis uera sequentibus, optandum unicè foret, ut aliquando ad diui Galeni, & Græcorum Medicorum salientes fontes reuersi, uiuos latices habeamus, hoc est, res genuinas & integras sectantes potius, quàm figmenta, somnia, mortuas imagines, & confusißimas prorsus compositiones, cuius farinæ sunt (ut cum pace bonáque quorundam uenia repetam) Syrupi ex cichorio, cydonijs, endiuia Gentilis, ac Nicoli, ut complures alios taceam. Atque hanc ineptam syruporum superfluitatem, iam ante annos uiginti, singulari ingenij acrimonia animaduertit & correxit Otgerus Clemens, tunc stipendiatus apud Herlemenses Medicus, nunc uerò in communi patria Amstelredamo, artem magna nominis sui celebritate factitans, in Senatorium etiam eiusdem Reipublicæ, ordinem, matura ætate honorificentißimè est ascitus. Cum isto mihi diu arctißima fuit familiaritas beneuolentiáque, ut maior cuiquam esse posset cum nemine: nam cùm studiorum & morum similitudo, tum consiliorum communicatio, & usus aßiduus, amicitiam nostram usque tutatus est. Hanc ipsam quoniam non tãtùm præsentibus, sed etiam posteris (modò ulla fuerit scriptis nostris diuturnitas) testatam esse percupio. Itaque celeberrimi huius uiri memo-

riam minimè conticeſcere nos decuit. Iam demum ſupereſt aliquot de ſyrupis parandis gnomones adſcribere, quorum primus eſt:

Initiò in omnibus omnium Syruporum decoctionibus cogitandum, ut radices, ſemina, cortices lignorum mediocriter comminuta, & ſi quæ ſunt ſimilia craſſæ ſubſtantiæ, primo loco cocturæ committantur: Deinde quæ rarioris materiæ exiſtunt, ueluti ſimplicia penè uniuerſa, & aliquot fructus: Poſtremò flores, myrobalanorum cortices, quando quæritur apertio, aliàs contrà: Aromata, comæ herbarum, & id genus alia imbecillia. Quæ uerò mucorem de ſe præbent, qualia ſunt ficus, myxæ, ſemina cydoniorum, lini, fœnogræci, tragacanthum, gummi Arabicum, ad finem quoque inijciantur, aut quod malim, in panno lineo raro & laxo ligata, longo ac contumaci filo appenſo coquantur. Id niſi fiat totum decoctum, lētum uiſcoſumq; redditur, ut ægerrimè colari poßit etiam per ſtamen rariuſculum, adeò lentore ſuo meatus coli obſtruit. Huic inſuper rationi ſiue artificio Tamar Indum, & agaricum annumero. Sed hic plerique omnes Medici, atque ſeplaſiarij in agarico infundendo peccāt, dum per rarum, piloſum, ſiue ſetaceum pannum benè fortiter comprimendo exprimunt, ita ut ſæpè ipſius agarici portiunculæ aliquot unà tranſmittantur, quæ quàm uehementes torſiones & punctiones in inteſtinis concitent, multi intolerabili fermè dolore experiuntur: neque tamen huius mali cauſam agnoſcere Medici quidam poſſunt, multò minus corrigere. Sed ſimilem doctrinam in ſyrupo Epithymi peculiariter inſtitui, unde huc etiam illinc transferri poteſt.

Cùm ad aliquot horas, ſyrupi cuiuſcūque ſimplicia infundere

Agar: infusio

dere, & macerare uolumus: tunc omnia simul imponi debent, & fermentari ad uigintiquatuor horas, deinde coqui ad tertiæ partis consumptionē lento igne. plerique una hora coctionem absolui posse asserunt. Certè finis eius esse debet, quando scopum propositum attigimus, qui est uel ad uires coquendo augendas, uel minuēdas, uel repellendas. Sic quædam ad dimidias, tertias, quartas: similiter librarū duarum, trium, aut quatuor consumptionem coquuntur.

Syruporum decocta in lebete terreo, aut olla uitrata, quæ fundum habet latum, & angustum collum, parari suaserim, cui cooperculum, foramen unum in medio habens, indi debet: Deinde supernatans spuma cochleari foraminulēto tollatur, & simplicia sursum rudiuscula moueantur, ne nidorē contrahant, idq; fiat igne initiò maiore, postremò minore, sensim illi subtrahēdo, quoniam tempore humiditas minuitur, propterea etiam feruoris uehementia decrescere oportet, ne ulla corruptela, uis cocturæ infringatur.

Post conuenietem fermētationem simplicia manibus exprimuntur, & humor clarificatur albumine uno atque altero ouorum, quæ fasciculis quibusdam scopularum concutiuntur, donec benè spumescāt, mox expressus humor affunditur. Postquam uerò spumam multam agitando simul fecit: supra ardentem focum suspenditur: quando efferuescendo modicè refrixit, continuò per pannum laneum album, densum, & pro multitudine transfluentis liquoris, magnum traijcitur, ac colatur, leniter digitis si placet comprimendo. Si autem nondum perspicuus cernitur, iterum eodem modo fiat, quousque prorsus depuretur. In libras decocti duas, unum albumen, communi Pharmacopolarum cēsura, sufficere uidetur. Est id egregium, quoniam in quotidiana omniq; potione, ad perfectiorem decoctionum ac succorum

purga

purgationem, usuum sum præstat. Vbi acetum recipiũt, albumina intermittenda erunt, quia tunc coquendo despumantur, & despumando coquuntur. Sunt etenim Apozemata, Zulapia, & Syrupi, ut colore, ita sapore eo modo iucundiora, ac proinde gratiora, ac præstãtiora, iuxta sententiam Hippocratis: Paulo deterior cibus aut potus, suauior autẽ, melioribus quidem, et minus suauibus est præferendus.

Aqua Syruporum decoctioni apta, ex Galeni testimonio primo Simplic. cap. quinto, ex tribus sensibus iudicanda est, gustu, uisu, odoratu: sitq; qualitatis expers, ut in gustum nihil imprimat, pellucida ac syncera, in odore nullam habens qualitatem extraneam, ut decimo libro significabimus.

In Syruporum coctura, uasa esse debent ex lebete plumbato, haudquaquam æneato aut æneo, siquidem hæc saporem uitiant, & uirtutem corrumpunt: estq; modus & industria adhibenda, ne uel plus satis iusto, uel minus quàm oporteat ab igne patiantur: nam ad eorum durabilem integritatem haud exiguum adfert momentum, plena maturaq; coctio. Sed non omnium una est ratio, nam quos melle excipimus, non oportet ad extremum deferuere: satis enim est ad medicamenti bonitatem, mediocris ebullitio, quæ ad spißitudinem moderatè liquidam perducat.

Omnes ex Mesues doctrina, igne facilè prunarum, aut semiustorum carbonum ebulliendi, quoniam uehemens ebullitio spumam multam producit, neque rectè confici permittit. Sit itaque principio ignis blãdus, & paulatim si res postulat, intendatur.

Maximi interest saccaróne, an melle, aut uulgari ac uilißimo Syrupo candi uocato, Serapia conficiantur, quod quidam negligẽtes satisfactum existimant, modò dulcescat:

sed

ſed aliter cognoſcere poterit, qui utriuſque qualitates uelut ad libellam exegerit.

Syrupi ſaccharum recipientes diutius, & minori igne coquendi, quàm qui mel: quoniam ſaccharum uiribus longè eſt imbecillius, nec ſatis efficax, ut materiam ſibi creditã, abſq; uitio & labefactatione poßit cõſeruare, niſi quàm optima coctione ab igne ualentius reddatur: ſiquidem multò citius quàm mel, ab aëris impreßione, in malam qualitatem alteratur. Ob *id potiones etiã, quas cum zaccharo dulces reddere conamur, haud facilè longiuſcula decoctione corrupe- rimus.* Lo*nga etiam perbullitio ad prolixitatẽ ſæpè adijcit, modò ne pigmẽta, aut eiuſcemodi materia incoquatur, quæ longiorem & uehementiorem efferueſcentiam recuſet.*

Ad eorum cocturam & præſens anni tempus conſiderãdum: aliter enim hyeme, aliter æſtate coqui debent, quorum niſi rationem habeamus, non eſt quòd effectum aliquem expectatione dignũ in ijs inuenire nos poſſe ſperemus. Igitur *cùm æſtas erit, longior percoctio requiritur.* Na*m calor intenſus in humidum reconditum agens, facillimè uniuerſa uitiat, corrumpitq;.* Pr*æterea uis attenuatoria, qua calor uiget, ueluti potẽtiam uirtutemq; rerum diſcutit, & in aërem pellit.* Ergo *quò ſpißior coactiorq; extiterit, hoc integrior durabit.* Et *brumale tempus, aliquid bonitatis, pharmacis adijcere,* Galenus *autor eſt, dum à frigido nihil putrefieri aptum eſſe docet.* Q*uamobrem iſto tempore operoſior coctura non eſt neceſſaria.*

Syrupi melliti qui in hoc componuntur, ut alui excrementa promptius expurgent, parum diu ignem amãt. Na*m mel quò diutius ad ignem feruet, hoc magis magisq; adſtrictorias facultates recipit, & amarulentius euadit, quod ſi plurimùm percoquitur, id quod prius omnium erat dulciſ-*

ſimum,

ßimum, postea reddetur amarißimum. Testis est Galenus noster quarto Simplicium, cap. 9. & 14. & secundo facultatum naturalium.

Cæterùm coctus est, quando guttatim in subiectam tabulam aut marmor planũ decidens, consistit, nec in latũ spargitur: uel cum lento & tenaci glutino manus tractantis inficit: aut quando summo pollici guttula inhærens, non defluit: & si indice illam tetigeris, prætenuia fila mittit, neque abrumpuntur.

Duritiem (Candũ Pharmacopœi uocãt) Syrupi nimiam non recipiunt, si zaccharo parum mellis addatur.

Non canescunt, neq; situm contrahunt, ob succorũ cruditatem, quãdo ad liquoris cõsumptionem coquuntur: aut quando insolatu fermentantur.

Si necesse fuerit aquam ex herbis ui ignis extractam, aut species syrupis admiscere, aut infundere: id fieri non debet, nisi circa finem cocturæ ipsorum.

Inuẽti sunt, tum ut simplicium uires in humorem, cui incoquuntur, transeant, & compositiones in promptu sint, quando ijs indigemus, tum quia radices & herbæ omni tempore non inueniantur, tum etiã quia ex mora fermẽtentur, & palato molestias iniucundo sapore, non exhibeant.

Syrupi omnes, si Serapioni credimus tract. 7. c. 34. durãt à principio ad duos annos.

Reprehendendi sunt, & publica cẽsura castigandi, cum nequeant priuatim corrigi, improbi aliquot Syruporum coci, qui peßimum pro optimo zaccharo ubiq; iniiciunt, non expendentes tali errore saporem, colorem, substantiam, & totam denique illorum qualitatem corrumpi: unde magna sæpè ægris noxa, & Medico ignominia contingit. Atque isti quum delinquant, rectè admonentibus detrahunt simul

ac

ac maledicunt, adeo ut inter hoc pecudum genus, præstantißimus habeatur artifex, qui est audacißimus & insolentißimus.

Et hæc impræsentiarũ ad Syruporũ expositionem, mihi sufficere uidentur. Etenim si quid fortasse est prætermissum ex ijs, quæ diximus antè, inuenire atque adiungere non erit difficile, modò diligẽter aliquis cõponẽdi artẽ didicerit, quæ potißimùm ex qualitate ac quantitate simplicium pharmacorum, unde compositiones miscẽtur, consistit. Nam inde cognoscimus, num magis ac minus efficere poßit compositum pharmacum ea quæ promittit. Si enim refrigerantia fuerint plura, sensum affectorum magis obtundit, & calorem natiuum insuper subinde remittit, subinde tollit. Contrà si calefacientia omnia fiunt uehemẽtiora, intẽditur feruor adeò, ut sæpè inflãmationis originẽ suggerat. Sic etiã in alijs uniuersis imaginari oportet, ut his atq; similibus facultatũ differẽtijs explorãdis instructi, medicamenta opportuna effingamus. Nã impoßibile est, teste Galeno primo Simpliciũ, c. 24. & 7. per Locos, c. 1. quẽquam aut probè medicamentũ componere, aut eo quod ab alio compositum est, idoneè uti, antequã simplicium medicaminũ facultates pernouerit, quæ quidem non quales ex sua natura, sed quid in nobis efficere poßint, perquirendæ ueniũt. Id uniuersum in sequentibus simpliciũ libris, tum de curandi ratione, tum de medicamentorum compositione conscriptis, abundè ab illo ostenditur. Quapropter nos terminãtes hic præsentem tertij libri sermonem, consequenter purgantia medicamẽta (de quibus mox communem Officinis nostris sermonem sum adscripturus) prosequi nunc, & tempus, & ordo requirit.

Libri tertij de compositione Medicamentorum Finis.

LIBER

LIBER QVARTVS,

DE COMPOSITIONE

Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



N HOC *libro, cathartica Græcis, Purgatoria Latinis, eodem seruato ordine, quo in supraſcriptis uſi ſumus, tractabimus. Neſcio autem quomodo peßimè imperitioribus opiatæ dicantur (quo nomine Antidota rectius quoq; ueniunt) ab opio uidelicet, quod ne minimũ quidem habent: unde appellationum libertatem barbaris & inutilibus quibuſdam hominibus permittamus, qui linguam ſuam ſibi uſurpant familiarem, proq́; arbitrio rebus nomina indunt, qualia à recentioribus aliquot plurima ſunt reperta. Nos uerò res ipſas inquirentes, & ad uitam humanam utiles, catharticorum cõſtructiones proſequemur. Eorum autem in genere doctrinam Actuarius ca. 1. ſcriptã reliquit, quã uehementer omnes, præſertim iuniores medicos, ſedulò uerſare optarim, ut audaciã in præpotentioribus, & timiditatẽ in imbecillioribus purgatorijs attẽperare reminiſcãtur: idq́; eò ſtudioſius, quò minus eorundẽ legitima in ſingulis hominibus, quantitas, aut ſcribi aut omnino ſermone edoceri queat, atteſtante nobilißimo Medicorũ Galeno, primo artis curatiuæ ad Glauconẽ lib. 2. Acutorum, lib. de ſanguinis mißione, & Therap. Methodi 3. Proinde ſi quid in nobis, nõ ex alia re, ad exquiſitam eorum cognitionẽ peruenire poſſumus, quàm crebra exercitatione, circa rationalem quantitatis coniecturã. Hanc etenim Medicus na*

dicus natura prudens & doctus excogitare, & quoad possibile est, obseruare potest: arrogantes ac imperiti nō possunt. Nec enim hoc loco quis multiplices scopos, in usu medicamētorum necessarios à nobis audire expectet, quando non medicationem, sed medicamenta ipsa docere instituimus. Quod uerò ad congruum pharmacorum usum pertinet, & quæ ex eo requiruntur, ex Hippocrate lib. de medic. purgantib. Galeno potissimū, atq; alijs cōmodè quilibet artis peritus consequetur. Porrò quātam sæpe cladem circumforanei aliquot nebulones, & imperitæ simul mulieres medicastræ, humano generi per fortia medicamenta purgantia inferant, cùm nullam prorsus morbi notitiam habeant: nullum in ijsdem naturæ motum, aut conatum, aut iudicium: nullum uirium discrimen, nullam membrorum actionem intelligant: neq; qualem humorem, neq; quando, neq; quantum, in qua temperatura, quo corporis habitu, qua ætate, quo morbi tempore, suprà ne an infrà euacuandum, nec item symptomatum uarietatē ac malignitatem interstinguere, nec alia ad morborum curationem necessaria agnoscere possunt, non est opus multis hic explicare: quoniam hæc omnia omnes fatentur, licet minus interdum sibi à talibus caueant illi, qui pluris omnia, quàm seipsos æstimant. Et quid perniciosiorē corporibus humanis noxam, imò quid præsentiorem mortem infligere potest, medicamine uomitorio, aut è uentre eductorio, præter affectus, ac ægri naturam, intempestiuè propinato? nam id, præterquam quòd tormina, uertiginem, fastidium, stomachi, capitisq; dolores, pulsum malum, spirituum dissolutionē, syncopen, sitim intolerabilem, rosionem, calorem immodicum in uentre & intestinis excitat, colicos etiam cruciatus (cuius exemplum Galenus refert 12. Methodi) atq; eiuscemodi grauia accidentia accersit: calorem quoq; natiuū mutat, infrin-
git,

git, robur labefactat, corpus uniuersum offendit, dissoluit, colliquat, ac quod imprimis est execrandum, sæpe miserabilem ante tempus interitum adfert. Turpis est calamitas, medicamento purgante dato, hominem occidere, ut autor est Hippoc. & Galenus se duos uidisse narrat, qui præpotenti pharmaco, in ipsis medicorum manibus, oborto animi deliquio, perierint. Idcirco singularem prudentiam in perquirenda, eximium iudicium in examinanda methodo exhibendorum medicamẽtorum exercere, breuiter à fronte simul & occipitio oculatum esse Medicum oportet, si non à calumnia tantùm, sed à culpa insuper immunis esse laboret: cui equidẽ satius est in paucitate, quàm in multitudine, & in minimis potius, quàm maximis delinquere. Quanquam nec illud, citra omne delictum, fieri subinde consueuit, præsertim cùm morbus praui iudicij sit, & materia improba multa, affectio uehemens, biliosa, interdum antiqua, & humor euacuandus crassus, contumax, malignus, in membro firmatus, atq; occasio præceps: unde morbis inchoantibus, quod abũdat mouendum præcipit Hippocrates, & medicari in ualde acutis, si materia turget, eadem die necesse est, tardare enim in talibus malum. Atq; ubiusq; ad animi defectionem ducere expedit, faciendum, si æger tolerare poßit. Sed in acutis paßionibus rarò, & in principijs, medicinis purgantibus non, nisi cũ præmeditatione, utendũ. In alijs uerò cõcocta medicari oportet, non cruda, nec in principijs, modò nõ turgeãt, ut plurimũ nõ turgent. Etenim medicationes coctionibus aduersantur, quæ in primis curandis morbis, sunt necessariæ. Accidit interdum etiam mediocriter potens pharmacum, ob naturæ siccitatem caliditatemq;, corporis effecti contumaciam, & stercus quoq; durum in intestinorum aliquo impactum, aut natura conatus suos ad urinam uertente parum, educere, sed tantùm

mouere, & nihil promouere. Quin eodem medicamento aut purgantur homines, aut non purgantur. Vnde morbus nunc remittitur, nunc intenditur, nunc æqualis manet, uel longius differtur. Quin & pestilens interdum, atq; exitiale corpori animantis medicamentũ redditur: quapropter haud contẽnendum periculum, nec exigua molestia, cùm ægro, tum medico, suboritur. Quanquã aliquoties noxam corpori nullam, sed alimentũ præbeat, talemq; producat humorem, qualem trahere natũ erat. Atq; hinc arbitror manifestũ fit, quanta opus sit prudentia, religione, diuersitate, opportunitate, ac industria, in propinãdis euacuationibus, quæ res in nulla omnium disciplinarum alia, homine exercitatiori indiget, qui tum per rationis exercitium, tum per multã & aßiduã affectionis ægrorum inspectionem, morbos cognoscat, atq; artis opera conuenienter dispenset. Optarim hic omnibus uotis, singulos principes in ditione sua, & Magistratus in quauis republica, in nebulonibus medicastris castigandis, quàm prudentißimos esse atq; acerrimos, siquidem non uno exilio, non una cruce digni mihi uidentur, qui non in unum aliquẽ, sed in omnes ex æquo ciues, & populos, iniurij facinorosi, & impij existunt: dum unum medicamentum sæpe exitiale, passim sine discrimine omnibus propinant. Aluntur publica stipe, qui aurum factum ad cotem & cœlum explorant, num quæ fraus admixta sit operi: sartori damno est, si uestẽ usquequaq; corpori destinato non adaptat, fabro, si susceptam fabricam uitiat: & eos, qui pro remedio uenenum, pro antidoto toxicum uendunt & exhibent, impunitos linquemus? aut honore etiam quopiam afficiemus? Illic non nisi uilis quædam materia corrumpitur, hic substantia lõgè pretiosißima, nempe humana uita periclitatur: in qua errare, aut secus eam quàm oporteat tractare, si non homicidium, certè

temerarium

temerarium est facinus, quo homines haud rarò morti exponuntur. Sed sic inter literarum & disciplinarum rudes comparatum, ut frequentissimè inter triplicia bona, quæ externa sunt, & longè uilissima, animi corporisq; bonis præstantissimis præferri solent. Peroptimum itaque ac perutile esset, celebres Senatus publico decreto legem sancire, quæ piorum, & doctorum Medicorum opera, pharmacopœorum Officinas quotannis inuisendas esse statuerent, simplicia quæque examinanda, inspicienda, tractanda, quósue autores imitandos in componendis pharmacis, quósue abolendos uellent, graui censura, determinarent. Præterea eodem pertinet, confidentes ac imperitos homicidas, qui per mortes, magnoq; pretio, experimenta faciunt, & intolerabili licentia, quæuis cathartica, ut alia mittam, cuiuis offerunt, urbibus interdicere, & è communi hominum cœtu abigere: solis autem pijs, sapientibus, eruditis, exercitatisq; medicis, medicam artem longè præclarissimam pariter & uitæ tuendæ necessariam, committere. Hinc quoque emptitios doctores, homines frequenter improbè audaces, abigendos decerno. Valde dubito an ulla beneuolentia maiori, ciues suos afficere, ac demereri possent uiri celebres primariæq; in rebuspub. autoritatis. Atque ista initio Operis commonescisse satis sit. In processu iuxta consuetudinem, pharmacorum uentrem soluentium misturas à seplasiarijs componi solitas recensebimus, si præceptiunculas aliquot ijs rectè conficiendis necessarias apposuerimus: ubi cognoscere expedit, diuersas purgatoriorum facultates, ex diuersis trituræ ac misturæ rationibus contingere: Siquidem nisi crassiusculè, hoc est, nequaquam densissimo cribro purgantia medicamenta in uniuersum terantur & secernantur, fieri uix potest, quin præcipuas corporis partes, substantiæ suæ subtilitate pe

tate penetrent, offendant, & stomachi tunicis impacta tenacius, dysenteriam, aut saltem copiosiorem, aut citatiorem aluum faciant, quàm ægro conueniat, & nos ex rationali coniectura conceperamus. Itaq; *huius dictionis, in omnibus catharticis diligenter meminisse, necesse est.* Proinde *euphorbium parum diu teritur* Mesuæ. Vt *uerò intolerabilem in tundendo acredinem effugiant operarij, confert pauxillum olei amygdalarum dulcium affundere: sed quando recens est, oleo solo absq; pistillo dissoluitur.* Similiter *turbit, thapsia, quorum cortices utiliter exteriores raduntur, donec albescant.* Item Hermodactylus, *helleborus uterq;, polypodium, soldanella,* Rheubarbarum, *myrobalani omnes: nisi his posterioribus robur adijcere uisceribus, aut urinas mouere decreuerimus.* Agaricus *autem lamina tenui, in sublimi curuata, & foraminibus multis aspera* (Germanicè ein Riebeisin. Gall. une grattoire,) *aut serra rapaci, fricando in scobem nõ admodum tenuem agitatur.* Medulla *colocynthidis à granis omnibus repurgata prius pistillo modicè confringitur, mox in portiunculas forpice dissecta, & quàm potest fieri tenuißimè puluerata (nimirum ut malefica eius uis celerius per corpus permeet) iusta quantitate innocenter purgat, autore* Mesue, *cap.* de Tritura, *interprete* Syluio. *Quòd si portiones quædam craßiores sensuq; perceptæ sumantur, uillis uentriculi, & spiris intestinorum adhærent, humoreq; inibi reperto imbutæ tument, & partes dictas distendunt ac ulcerant, ut inquit filius* Serapionis. Fiat *autem omnis tritura clementer, & pro terendorum substantiæ ratione.* Quæ *enim immodica est, uirtutem dissoluit.* Porrò *scammonium oleo amygdalino dulci fricatum, aut amygdala una atq; altera prius in mortario trita, commodißimè ac tenuißimè seorsim friatur, nisi quando cum alijs coquendum erit,*

aut quando

aut quando uirtutem eius multa tritura dißipatam ire metuimus: tunc enim craßius teri aſſueuit: eandem doctrinam quoque de pauxillo oleo ſiue affundendo ſiue perfriando, in alijs ſuprà memoratis catharticis, uſurpare commodum erit: partim ut ſecurior euacuatio, partim ut minor pulueris dißipatio fiat. Sed determinatum ubiq; pondus, cùm primis tamen expendere neceſſarium eſt. Ad hæc ſcire oportet, nullam aromatum ſeu ſpecierum iniectionem, aut appoſitionem fieri debere, niſi mellis, aut humoris cuiuſcunque coctura clementi equidem igne, abſoluta, & uas ab eo ablatum fuerit, & mediocriter materia refrixerit. Aliàs illorum ſubſtantia, uigor, ac facultas, magna ex parte diſſolueretur. Nec inſuper medicamentum diligentißimè permixtum, ex lebete in aliud uaſculum (in quo conſeruandum erit) transferendum, niſi probè refrigeratum. Iam tandem ad purgandorum medicamentorum compoſitiones peculiariter ordine inſtituendas peruenio.

Benedicta Nicolai Alexandrini.

Rec. Turbit, ſacchari, ana drachmas uiginti.
Alij addunt diagridij drachmas decem.
Roſæ, hermodactyli, garyophyllorum, ſpicæ, zingiberis, croci, ſaxifragæ, macropiperis, amomi, ſeminis ſelini, ſalis gemmæ, ana drachmas duas.
Galangæ, macis, ſeminũ carui, fœniculi, aſparagi, ruſci, granorum ſolis, ana drach. duas.
Dentur ex ea drachmæ quatuor, manè uel ueſperi, cum calida.

CRONENBVRGIVS.

Profectò euenit in hac, quod in pleriſq; cõpoſitiõibus fieri

ſæpe demonſtrauimus: cùm aliqui ſanè omnia prædicta in medicamentum conijciunt, quidam uerò pauca, alius aliud, & alius minus, alius plus indit. Quædam exemplaria Præpoſiti ex medio pondus Nicolai Alexandrini contrahunt, quædam addunt polypodium, maſtichen, amion, lapidem Lyncis, eſulam, & agaricum. Nicolaus Myrepſus quibuſdam Præpoſitus exiſtimatus (quod ego nulla ratione credere poſſum, quoniam nimis multa, & magna ſunt utriuſque in pharmacis componendis diſcrimina) Antidoto 407. quindecim ſimplicia, præter ea quæ enumerantur, à Nicolao Alexandrino, & Præpoſito adſcribit, eſtq; eo modo uehementer potens. Certè coniectura haudquaquam à uero aberrante adducor, ut Antidotum 107. ex alterutro iſtorum, Myrepſum collegiſſe arbitrer, quãuis in quibuſdam diſſentiat: attamen pondera plerorumque ingredientium omnino conueniunt. Quæ uerò in eo ſubſequuntur, noua noſtris uidebuntur, proinde ueterem, utpote longa conſuetudine probatam lectionem retinendam eſſe conſulo, quam nos ex Alexãdrino tranſcripſimus. Intolerabili pernicie Placentinus de Medicinis ca. 9. principio uncias pro drachmis poſuit: identidẽ faciens ſceleratè in doſi. Cùm itaq; adeò indiſcriminatim hæc Benedicta ſit prodita, diligẽter animaduertere oportet, quid redundet, aut deſit: ita enim quis ea rectiſsimè utetur, quod alioqui nullo modo fieri poterit. Porrò quantũuis, in dictione, autor quoſdã Galangam, & reliquas ſpecies addere autumet, quaſi ipſe ſic cõponere non ſit ſolitus, nemo uelim ſuſpicetur: neq; hoc indicat, ſed potius ſui etiam ſeculi confuſam uarietatem in hoc pharmaco prodit, quæ utinam hoc noſtro ſublata eſſet. Aut malim credere imperitia ſcribẽtium illam dictionem (alij addunt) adiectam eſſe. Ego præſcritas omnes ſpecies arte tuſas, hoc eſt, Turbit, hermodactylum

craßiori

craßiori puluere: & diacridium, & salem gemmæ seorsum: Reliquas, exquisitiori ac cribro denso traiectas mellis despumati, pro tota dosi, uncijs uiginti, excipio: deinde in usum repono. Hac enim ratione, mellis erit dupla portio, & media. Cæterùm hoc loco necesse habeo exponere, quæ in superioribus libris prætermissa hactenus sunt, ut nusquam aliquid à nobis negligatur. Occurrit itaque initio

Turbit.) Possem hic dicaci calamo, quæ ab alijs scriptoribus partim ambiguè, partim obscurè tradita sunt, repetere, atque ita chartas istas magna loquentia distendere: sed quoniam utrunque, & rei imperitiam auget, & confusionem ac ignorantiam parit, satius uisum est, omißis ambagibus, breuiter scriptorum quorundam sententias attingere: mox ipsius Turbeti imaginem (quæ sæpe ueri occasionem proponit) simulq; quid sit uulgare, & paßim usurpatum Turbit, cum germanis notis, quibus à spurio atque adulterino commodè dignoscatur, demonstrare. Manardus clarißimus ætate sua Medicus, & rei plantariæ peritißimus, Turbit, quo nunc Medici, ac seplasiarij utuntur, ferulaceæ siue ferulæ similis plantæ radices negat, quod tamen Mesue affirmat, ut paulò pòst dicemus, sed myrti folio esse ait, & proinde secundam Tithymali speciem, à foliorum figura, Myrtiten nũcupatam determinat: cui subscribit Brasauolus oculari testimonio fretus. At Fuchsius Turbit Mesues, Thapsiæ radices existimat, qui ideo non est audiendus, quòd ueterum ne unus quidem, Thapsiam succo lacteo abundare, memoriæ posteritatis mandarit, & Mesue contrà lactariam herbam scripserit. Mundella Turbit album, radicem pityusæ credit: Tagantius Gallus, Medicus insignis, ex Alypo radices intelligit, quemadmodũ certè Matthiolus Senensis ex Actuario constanter edoctus. Tragus eximius herbarius, pityusam, ac

Turbit, unius fruticis radices arbitratur: adeò inter doctißimos quosque sententiæ agitantur, iudiciaq; uariant, nescio hercle suorúmne amore (quando fermè omnes iniqua animi propēsiōe corrupti, ingenijs nostris impēsè nimis fauemus) an rei ipsius difficultate, diuersitate, & nondum cognita satis ueritate. Ex supradictis itaque, id penè sum consecutus, quod Demiphon Comicus: dum unus ait, negat alter, tertius deliberandum censet. Proinde necesse est Turbeti faciem ex scriptoribus, quando proprio intuitu non liceat, cognoscere, ubi breuiter uelut indubitatum haberi debet, Dioscoridis tripolium lib. 4. cap. 119. ac Plinij 26. cap. 7. esse Serapioni uocatum Turbit, cap. simpl. suorū 330. nam eadem est scripturæ ratio, quamuis in recensendis Arabum sententijs, aliud Turbeti genus, à Tripolio alienum idem pingat. Pandectarius ignorans eandem plantam ab ijsdem designari, bina discreta capita constituit, Tripolij nimirū, & Turbeti: à qua ignorantia Genuensis eximi non potest. Quidam ex Dioscoridis & Serapionis uerbis instructi, Turbit uulgare idem sunt arbitrati: unde etiam Alexander Benedictus, clarißimus apud uniuersum orbem Medicus, paßim Tripolium gummosum illud ipsum uocauit. Sed horum omniū opinio hinc subuertitur, quòd radix Tripolij siue Turbit apud Serapionem odorata sit, & gustu acris: qua uerò nos utimur, odore caret, & salsedinis asperitatisq; quidpiam ostendit: unde consequitur diuersas omnino radices existere. Porrò quam lactarij generis, ferulaceis folijs, sed minoribus, triplici discrimine, utpote albo, subcinereo siue flauo, ac nigro, narrat Mesue, radix disiuncta erit cēsenda, tam à Dioscoridis, quàm à Serapionis delineatione: et, si quid ego iudico, Actuarij prorsus Alypiæ uel Alypi (nullam etenim differentiam utriusque agnoscit Paulus lib. 7.) radix pronuntianda, quando

ipse

ipse diserte in hæc uerba loquatur: Turpetum, quod radix est Pityusæ, & albũ Alypiæ, glutinosam detrahit pituitam, &c. Atque hanc usualem Officinarum decerno, quoniam testificante Mesue, trini illiusmodi colores in ea conspiciuntur, & folijs tenuibus prosilit, sicut ferula, quam equidem fidem Matthiolus summus Medicus, & in herbarũ omnimoda cognitione nemini secundus comprobat. Turbit probatur ex Orientali plaga allatum, recens, album, fractu facile, resinosum, cariei expers, & firmum. Sed hoc æuo frequenter crassum, cortice nigrum, foramineum, & ut summatim dicam, corruptum, ad nos comportatur, partim nefanda uenditantium impostura, dum ex Thapsiæ & Pityusæ, uel esulæ maioris radicibus concinnantes, pro legitimo Turpeto substituunt: partim medicamentariorum (sit uenia dicto) ignauia simul ac auaritia: quando potius laborant, ut minoris hoc emant, quàm ut uera ab adulterinis seligant. Vtrunque est intolerabile, ne dicam detestabile crimen. Reuera si in ullis artibus, uigilans censura habenda foret, ea in rebus medicis summopere est utilis ac necessaria. Proinde ut pestes publicæ, illiteratum perniciosumq; hominum illud genus fugandum pronuntio, quoniam uniuersa medicamenta, ausu temerario, impunitaq; licentia, in simplicibus humanæ saluti destinatis, inquinant, uitiant, ignorant, obscurant, deprauant, perturbant, immutant, & ceu irrita planè abijciunt. Atque utinam eiusmodi terræ onera, & opprobria etiamnum, in eximijs Academijs, ac numerosis Rebuspublicis non alerentur. Tales autem homines cur non albis coruis similes existimem? quoniam cum doctis propter indocilitatem & imperitiam, uersari non possunt: neque cum indoctis, propter nominis sui existimationem, ac inanem arrogantiam, uolũt. Mihi si liceret, in illos legem constituere, paucos aliquot uiros

ros probè institutos, & ueritatis amantes deligerem, quibus totum id oneris concinnandorum medicamentorum demandarem. Audiui, proh pudor, ex Officinarijs deblaterantem quendam, Medicis se quidem permittere, ut præscriberent quæ uellēt, uerùm ipse ex arbitrio suo parabat omnia. ô hominem nefandum: nam si id ipsis datur cæcis magistris, duces etiam magis cæcos sequentibus, quorsum amplius attinet erudire, constituere, fouere Medicos? Imò quorsum totam artem conseruare expedit, quando ita promiscuè quibuslibet hominis uitam tractare sinimus? Quando, inquam, rudium quorundam uoluntati, compositiones tantùm, quibus uitæ humanæ consulitur, relinquimus? Et ideo fit, ut eruditorum animi, ab usu Medico alienantur, Officinarum quarundam misturas populares auersantur, & scrupus magnus prudentia præditis inijcitur: quoniam perspicuè dolum isti animaduertunt, periculum subesse intelligunt. In summa, confidentiam plerorumque, in concinnandis pharmacis, uident: unde sapientißimè sibi consulentes, improbas ac infideles Officinas fugiunt, respuuntq;. Id si quisquam apud nos alius ædepol Dominus Iacobus Omphalius, cùm multiplici linguarum peritia, uariaq; multarum artium cognitione: tum uerò imprimis iuris utriusque doctrina uir clarißimus, amabiliq; morum candore suspiciendus, intelligit ac sapit: quod seria, & subinde repetita disputatione uel Hippocrate digna suiq; iamdudum diligentißima curatione, & didici & agnoui. Id, hoc loco, nunc lubentius repeto, ut omnes homines ingenuos, & ueritatis amantes, ad hanc imitationem excitem, utq; præsentibus ac futuris constet, quàm studiosè & prolixè idem uir eximius, de hac Medicinæ parte meditari mecum soleat. Ego autem duorum alterum, in eiuscemodi rebus necessarium statuo: aut Apothecarijs meliora

perquirenda,

perquirenda, aut ipſis Medicis, ſua domi medicamenta paranda eſſe, quibus, ubi opus erit, pro ægrotantium neceſsitate, utantur. Sed hæc tam copioſe dixiſſe, quum mihi hoc loci minime fuiſſet propoſitum, proximi amore tamen, ac ueri ſtudio, huc ſum progreſſus. Atqui iſtis nunc omiſsis tranſire ad alia uolo. Sequitur paulò pòſt in contextu,

Seminis ſelini.) *Quod Græcis & antiquis Selinon, id Latinis ac recentioribus Apium hortenſe appellatur, de quo ſententiam noſtram, in Antidoto Hæmagogo, & Athanaſia, tulimus, quamuis quibuſdam non paruam diſputationem adferat.*

Salis gemmæ.) *Quoniam ueluti gemma nitet, qualis eſt Sarmaticus, ac Dacicus. Idem etiam foſsilis, marmoreus, & ſaxeus dicitur: probatur cãdidiſsimus, æqualis, lucidus, illapidoſus, denſus, ac Meſuæ cryſtalli modo ſcinditur, & ſplendet. Genuates Cappadoticum, eundem pronunciat. Dioſcorides tres tantum ſalis differentias lib. 5. cap. 75. enumerat, foſſilem, marinum, lacuſtrẽ: & eas quidẽ alias, & aliter, quàm Meſuæ, qui quatuor conſtituit. Sal omnis aut fit, aut gignitur, eſtq; coactus, aut ſiccatus ſalſus humor, aut terræ combuſtæ ſpecies, ut refert Cælius Antiquarũ lectionũ lib. 26. ca. 15. Conſtat, autore Meſuæ, ſubſtantia terrea per aduſtionem amara, & aquea inſipida, quæ ambæ ſi ſint æquales, ſaporẽ ſalſum perficiunt: ſi terrea uincit, amarior euadit: ſi aquea, ſalſugo eſt mitior. Coquitur ſal probatiſsimus, ac candidiſsimus, in ſalinis Zelandiæ, quæ Oceani Germanici, inter Occidẽtẽ & Aquilonẽ, ultima inſignis & ampla eſt inſula, Rheni oſtijs obiecta, ac quàm plurimis elegãtibus urbibus ornata: quæq; nõ tantum Germaniã inferiorẽ, copia ſalis ſui, uerum etiã magnã ſuperioris partem ſatiat. Galenus 9. & 11. Simpl. Plinius lib. 31. capite 7. locupletiſsimè ſalis hiſtoriam edocuerunt.*

runt. Similiter 3. fossilium Georgius Agricola, unde petant eius rei studiosi. Quin & Cælius acutissimo ingenio salis laudes lib.6.cap.1.ac 2.complexus est.

Reliqua hãc compositionem ingredientia, aut per se manifesta sunt, aut in præcedentibus, siue sequẽtibus explicantur. Non est igitur, cur frustrà amplius uerba in hac fundam, coniungo itaque pharmacum, quod est ordine sequens.

Catharticum Imperiale Nicolai Alexandrini.

Rec. Diacridij, zacchari, ana drach. octo.

Cinnamomi, nardi, saxifragiæ, polypodij, ana drach. quatuor.

Garyophyllorum, zingiberis, spicæ celticæ, melanopiperis, macropiperis, cardamomi, amomi, ana drach. iij.

Mellis quantum sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Initio huius libri, quæ medici cathartica appellent, indicauimus, uidelicet magna ui, & uehementer purgãtia, quale est etiam hoc ipsum, de quo nunc agitur, præsertim si hermodactylum quoque recipiat, ueluti depingitur à Præposito, aut esulam, cum Arnaldo de Villa noua. Quapropter eos haudquaquam uerum dicere reor, qui citra molestiam hoc educere asserant. nam laboriosissimè quidem mouet, cum hermodactylis, mitius est & securius, sine ijs, sicut nos transcripsimus. Hic si mihi Auicennæ manes cognoscerem propitias, quam iste confectionẽ lib.5.summa 1.Tract.1.ex octoginta tribus simplicibus recitat, prorsus confusionem confusissimam uocarem: tantas nimirum dissidentes inuicem res continet, ut non minimam inferat quæstionem, quomodo

simul

ſimul omnes illæ facultates conuenire, & in opportunum uſum uerti queant. Quapropter ad ea quæ ſunt euidẽtia, ac certa quadam methodo offeruntur, animum conuerto: cuius generis eſt pharmacum ſuprà à nobis conſcriptũ. Porrò quæ præſenti medicamento habentur, ſunt manifeſta, ac memorem magis Lectorẽ, quàm explicatorem deſiderant, ſiquidẽ de omnibus ſuperius egimus. Ideo hic eadem rurſus nõ cenſeo repetenda. Reliquum eſt, ut pauca de diagridio dicamus.

Hoc quidam Dia crydion legunt, eſtq; ſcammoniæ præparatus ſuccus. Etenim plãta ipſa propriè dicitur ſcammonia, ſuccus uerò ſiue liquor, ſcammonium: attamen utrunque ſimul in appellationibus miſcetur. Succus pleriſque ex radice modis colligitur, cuius rei doctrinam tradunt penè omnes, qui eius hiſtoriam pingunt. Theophraſto autore, nihil aliud quàm ſuccus in uſu eſt lib. 9. cap. 22. Laudatur Dioſcoridi 4. cap. 152. leue, ſplendens, nitidũ, rarum, colore quàmſimillimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis, quale ex Myſia Aſiatica deportatur: Plinio citò liqueſcens, uirus redolens, cap. 8. li. 26. præcipua autem probatio eſt à guſtu, ne ualde linguam accendat ac uehemẽter urat. A quibus notis quantò magis recedit, tantò eſt deterius. Noſtrum ſæpe ab his alienum uiſitur, utpote linguam urens, graue, nigrum, craſſum, quantumuis pro uero, in medicinæ uſu, recipiatur, quemadmodum alia permulta. Et quamuis moueat, id certè magna ui ac laborioſè facit: unde fidẽ auget minus eſſe genuinum, ſed natione Syriacum, & Iudaicum, quod deterrimum habetur. Viride etiam, & tetri odoris, peßimũ eſt. Viginti annos ſeruatur, ſed uetuſtate uileſcit. Clementißimo igni coquendum, ſi crudum eſt, & craßiuſculè tritum: aliàs pro occaſione curatur, ac poſtremò, abſoluta coctione, inijcitur. Eius uſus prudẽtißimè intra corpus fieri debet, ne fortè

tè eiusmodi, ex immodico profluuio, inducat noxam, qualem se Galenus refert 12. Methodi non procul à fine libri, curasse: & nos haud dissimilem huic aliquando in Italia conspeximus: & Gruningæ, in magnifico cõsule Doct. Ioanne Sikinga, chirurgi cuiusdam temeritate & inscitia inductam diligenti opera sanauimus. Etenim in hoc & Græci & Arabes conueniunt omnes, eius usum grauem ac molestũ esse, siquidẽ Paulus li. 7. Aëtius 3. stomacho aduersissimũ adstruunt: unde etiam Mesuæ purgantium medicamentorum maximũ dixit. Satius itaque habetur semper correctum propinare, & alijs clementioribus mixtum, quod in malo cotoneo perfici potissimùm solet. Doctor Gysbertus Horstius Romæ medicinam magno quæstu & amplo honore factitans, scammonium tritum uino granatorum diluere, & per diem in mortario ducere ad eius præparationem iubebat. Cæterùm tota hæc compositio, mellis expumati uncijs plus minus quatuordecim excipitur.

Confectio Hamech Mesuæ.

Rec. Myrobal. citrinarum unc. iiij.
Chebularum, nigrarum, Rheubarbari boni, ana uncias duas.
Agarici, colocynthidos, polypodij, ana drach. octodecim.
Absinthij, thymi, sennæ, ana * unciam unam.
Violarum drach. quindecim.
Epithymi uncias duas.
Anisi, rosarum, fœniculi, ana drach. sex.
Succi fumiterræ libram unam.
Prunorum numero sexaginta.
Passularum enucleatarum uncias sex.

** aliàs drachm. sex, & emendatius.*

Infundantur

Infundantur omnia in aquæ casei quantitate sufficienti, in uase uitrato angusti orificij, & obturetur os eius per dies quinq; : deinde bulliant ebullitione una, & colentur. In tali colatura dissoluantur.

Cassiæ fistulæ mundæ, unc. quatuor.
Tamar Indorum, unciæ quinq;.
Tereniabin, unciæ duæ.
Sed expende, post horum colaturam, non iustum põdus retinueris. Proijce desuper zacchari boni lib. unam & mediam.

Coquantur dum habeant spißitudinem mellis. Postremò admisce scammoneæ seorsum fermè exactè tritæ unciam unam & mediam.

Mirobal. citrinarum, chebularum Indarum, ana unciam mediam.
Belliricarum, emblicarũ, rheubarbari, semi. fumi terræ, ana drach. tres.
Anisi, spicæ, ana drachmas duas.
Crassius ista conteri debent, quàm pulueres specierum cordialium, uelut aliàs diligẽter monuimus.
Dosis eius est drachmæ duæ, usque ad aureos duos.

CRONENBVRGIVS.

Medicamenti huius autor est Hamech, qui alio nomine Rhazes dicitur, ex quo transcripsit Mesue, qui mox Arabico titulo alterum priori descriptioni propinquum subiungit, quod non æquè communiter à nostris, uelut prius, conficitur. Nicolaus ille Alexandrinus lib. suo de Pharmac. composi. cap. 460. laxatiuum quoddam huic non admodum dißimile cõtexuit. Atqui cũ publica cõsuetudo multis annis

Mesuen, aut potius Hamech in hac compositione, sibi imitandum proposuit, nescio cur non eundem sequar & ego, præcipue quando nulla adsit suspicio falsi. Venio itaque ad quorundam simplicium interpretationẽ, deinde incunctanter huius medicaminis componendi artem, dilucidioris doctrinæ causa subyciam. Primò sciendum, è Myrobalanis auferendos esse nucleos, atque id aßiduè tum hic, tum alibi obseruandum, quoties per pondus, non per numerum scribuntur.

Prunorum Damascenorum.) Videlicet omnino dulcium, cuius rei rationem, in medicamento Diaprunorũ, expendemus, ac inde, si quis uolet, discat.

Casſiæ fistulæ.) Lege quæ superius & inferius, quando peculiariter de eius compositione agemus, dicentur.

Aquæ casei.) Multis hominibus excogitata ratio est, qua partes caseosæ, in lacte, à serosis separari poßint. Porrò lac (quod sanguinis spuma aliàs dicitur) omne, ut Archiater Gal. 10. simpl. medic. ac lib. de boni & mali succi cibis, docet, ex tribus iysdemq; dißimilibus constat essentijs, caseosa crassa, serosa tenui & pingui, siue butyro, quod spumam lactis uocauit Plinius lib. 11. cap. 41. Serosa pars, Græcis schiston, Latinis scißile, uulgò serum simpliciter, & aqua lactis, Aristoteli sanies diluta appellatur, attenuandi extergẽdiq; potentiam poßidet, sumiturq; subducendi uentris gratia. Ideo ueteres, uelut 3. Aliment. habet, ad aluum sine molestia exonerandam, creberrimè hac potione usi sunt, quod Dioscorides 2. cap. 62. confirmat. Sed serosi istius humoris haud parua sunt discrimina, ab ætate, à pastionibus, ab anni tempore, à multiplici pecudum natura, & à mulctu autore Galeno, locis suprà citatis, Varrone lib. 2. cap. 11. & Gellio, 12. cap. 1. Qua uerò arte secernatur, adeò notum est plebeis ut

me

me explicatore non indigeat. Hic ſaltem cum Galeno illud monebo, quod non de morbido lacte, ſed de naturali cuiuſq; animalis ſemper intelligere oportet: eſtq; primum ac nouiſſimum inutile. In ſumma, lac ſit purum, ſyncerũ, guſtu ſuaue, bono odore præditum, recens. Ego cũ Meſue, omnibus caprinum præfero, utpote non nimis dilutum nec craſſum, ſed conſiſtentia medium: aut eius inopia, ouinum, aut idoneũ bubulum in Vere, aut æſtatis principio recenter mulctum. Ex huiuſmodi igitur lacte, ſerum diſsipare, & in ipſum ſimplicia conijcere, utiliſsimum habetur.

Tereníabín.) Id mannam coagulatã, & granuloſam ab omnibus doctis interpretari cõperio, tametſi Arabes diuerſis capitibus de hac & tereniabin prodiderint: ſed non aliam inter ea ſpecierum differentiã eſſe conſtat, quàm quòd alia liqueſcens, melli ſimilis, alia in grumos concreta uideatur, quæ profectò noſtra Manna eſt. Extat autẽ haud aſpernanda de ea æuo noſtro controuerſia, adſtruentibus alijs Græcos penitus aliã quàm Arabes rẽ hac uoce intellexiſſe: alijs uerò in totũ illos ignoraſſe. Certè perpendẽti mihi uerba Galeni 3. Alimentorũ, & Meſues cap. ſuorũ ſimpl. 8. uidentur omniũ uerißimè ſentire illi, qui Galeno (licet aliter uocarit, ac nondum eius in medicina ueniſſet uſus) cognitam, & rem cũ Meſue eandẽ pinxiſſe aſſeuerent, dum melleum humorem cœlo cadentem ſcribit. Quin & Theophraſtus eius meminit lib. Plantarum tertio, cap. nono, his uerbis: Sin autem, autore Heſiodo, mella apesq; quercus ferat, magis quoq; illud cõfirmatur. Ergo naſcitur uel hic melleus humor è cœlo cadens, in hac maximè inſidẽs. Et Plinius inſuper lib. 11. cap. 12. Venit, inquit, mel hoc ex aëre, & maximè ſyderũ exortu, præcipueq; in ipſo ſyrio ſplendẽte fit, nec omnino Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus. Itaque

cum prima aurora, folia arborum melle roscida inueniuntur. At si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore uestes, capillumq; concretum sentiunt, siue ille est cœli sudor, siue syderum saliua, siue purgantis se aëris succus, utinã esset & purus, ac liquidus, & suæ naturæ, qualis defluit primò. Sic illi. Atqui certum habetur mel commune, apum industria naturaq; ex floribus colligi: proinde ueri est simillimum, huiusmodi aërium mel, quod nunc Manna uocatur, haudquaquam fuisse ueteribus incompertum aut ignotum: quos imitatus uidetur Vergilius quarto Georg. quãdo dicit:

Aërij mellis cœlestia dona.

Ab Auicenna cap. simpl. 493. Manna, & cap. ulti. zuccarum Albusar (quamuis id alijs sal Indus putetur.) A Suida Mel syluestre, Alexandro Benedicto ros Syriacus appellatur. Posteriores autem Græci ad unum omnes, sæpißimè eius dilucidè meminerunt. Ac quantumuis de manna thuris insuper, id est, micis concussu elicis, medicamine leniter adstringente, diligenter utrique dixerint: id alterius ignorantiam nõ ostendit. Ioannes Manardus antiquorum zaccharum & mannam, res affines esse, comprehendiq; inter mellis genera, utrunq; putat, Epistola secunda. lib. 2. ac zaccharum nostrum antiquis fuisse ignotum, & ab illorum diuersum, ibidem refert. Quin Nicolaus Leonicenus in Epistola ad Hieronymum Menochium, Græcos ueteres de Manna generatim tantùm, nõ autem speciatim fuisse loquutos, censet. Quoniam potest, inquit, hæc Manna uentrem soluens, ad caput de Melle apud eosdem referri, sicut etiam zaccharum: quod species mellis, tum à Dioscoride, tum à Galeno ponitur. Matthæus Curtius Papiẽsis præceptor olim de me optime meritus, non multum uirtute differre dicebat mel ac Mannam: quia utrunque aluum mouet, illud minus, hæc

magis,

magis, propter redundantẽ in ea acrimoniã. Dicebat præterea melroridum, & mannam, pari modo è cœlo cadere, neque alia ratione, quàm maioris minorisq; coagulationis, distare. Etenim materia utriusque est eadem, nimirum uapor humidus à sole eleuatus, ac postea eiusdem calore exiccatus, induratusq;. Hermolaus Dioscoridem cap. 31. lib. 1. nomine Elæomeli, Mannam nunc usualem comprehendisse suspicatur, quẽ Marcellus & Brasauolus ciuiliter redarguunt: etenim aërium mel ex trunco nõ manat, sed in arborum ac plantarum folijs frondibusq; reperitur, quemadmodum ex Galeni & aliorum monumentis intelligimus. Hodie in Medicorum scholis, & Pharmacorum Officinis, duo Mannæ genera ostenduntur, quorum alterum ab Orientali plaga, Alexandria Aegypti, alterum ex Calabria Italiæ defertur. Illius duplex est species, præstantißima Mastichina uocata: uilis & improba, Bombicina nuncupata. Calabriensis plurimi æstimatur, stirpium frondibus insidens collecta (Manna foliorum cognomine) minutis granulis constans, translucida, grauis, candida, gustu dulcis, suauis, mastiches granulis similis: deinde quæ ramis insidet: postremò quæ lapidibus & solo inhæret, granulis craßioribus, & colore longè minus syncero. Calabrina pluribus annis integra persistit: Orientalis tantùm uno. Nunc parandi medicamenti artem subscribam.

*Infundantur omnia simul craßiusculè tusa concisaq; in libris *uiginti (hanc dosim ex Electuario è Psyllio eiusdẽ trãsumpsi, quod in Antidotario suo præposuit) aquæ lactis, & libra una succi fumariæ igne defæcati, per dies quinq;, in uitreo uase obturato stricti orificij, macerari permittantur: deinde semel aut bis efferuescant. Sed præstiterit Rheubarbarum per se parum tusum: similiter agaricum & colocyn-*

* *quidã sex.*



thidam in petijs colligare, ac post macerationem exprimere. Ab igne ablata exprimantur, & colentur. Appone zaccharum rubrum, pro maiori abstersione: igni diligenter coquantur ad mellis compagem. In portiuncula uerò expressionis, dissolue caßiam, ac Tamar Indos: pari modo Mannam à sordibus per setaceum purga, quæ deinde medicamento refrixo immittes, pistillo ligneo ducẽdo: postea scammoneum negligentius tritum, ut magis purget: ultimò aromata creta diligentius & discussa, ut in corpus ferantur melius, fiatq; omnium unitas. Manardo autore, integra uncia absq; periculo in Italia exhibetur. Ego in robustis & alioqui contumacibus corporibus, qualia nõ pauca ager Gruninganus tolerat, eam dosim transcendi, sine ullo nocumento, imò subinde sine ulla eductione, atque etiam Coloniæ itidem mihi usu uenit, sed hic iudicium prudentis Medici postulo.

In Dia Cartamum, censura nostra.

Nos hic decet tantò magis huius compositionis ueritati quærendæ inhærere, tantoq; diligentius illi inuigilare, quãtò nunc in ea peccent plures, falsaq; (ignotis ignota connectentes) de eadem tradant. Nam dum plerunque aliàs haud pauci prauis componendi uijs insistant, imprimis equidem seipsos decipiunt, secumq; alios multos in errores trahunt, nulla in parte utiles, cùm nec ipsi sapiant, nec bene monentibus obtemperent. Hinc tam studiosè Galenus nõ omnibus compositis pharmacis simpliciter, absq; diligenti examinatione, credendum præcepit, de simpl. 1. cap. 27. & 1. de Composi. medic. per genera. Maximum ac proprium Medicorũ munus est, morbos adimere: sed id quomodo faciẽt ij, qui simplicium facultates ignorant? Hæc eò nunc dico diligentius,

2. Methodi. per Locos 7. c. 1. & init. 8. p Loc.

quò

quò plus est in isto medicamine ambiguitatis, ne addam obscuritatis, quando adeò confusè atq; indistinctim ubiq; eius sit lectio. Siquidem apud Valescum lib. 6. cap. 24. sex discrepantes descriptiones lego: similiter apud Nicolum Florentinum Serm. 2. cap. de Cura hæmitritæi. Rursus apud Petrũ de Largillata, cap. de Podagra, Alexãdrum Benedictum lib. 22. cap. 41. & Arnoldum de Villa noua: ut taceam quadruplices insuper magno discrimine, in medicamentarijs seplasiariorum codicibus, eodem titulo cõpositiones (quod mihi quidem constat) circunferri. Reuera deplorãdum est, artem medicam tot habuisse præceptores, ne dicam destructores. Vt autem diu assuetæ satisfaciam huius faciendæ consuetudini, delegi unicam (quibuscunq; tamen liberum componẽdi arbitrium permittens) descriptionem, quam hic ponam, ut qui requirunt, facilè inueniant.

Dia Cartamum Nicoli Florentini.

Recip. Spec. Dia dragagãti frigidi, unc. unã.
Carnium cytoniorum, uncias duas.
Zingiberis albi, drachmam unam.
Medullæ cartami unciam mediam.
Turbit electi, drachmas duas.
Diagridij, drachmas quincꝫ.
Mannæ granatæ, mellis rosati, ana drach. iij.
Zacchari unc. xv. Fiat confectio.

Appendix.

Carnem cytoniorum, mala ipsa priuatim siccata & cõcisa, absque corticibus intellige.

Medullæ cartami scalpello minuantur, eodem modo, quo semina quatuor paßim in Officinis teruntur: nec enim pistillo quassantur, absq; multa oleosa substantia.

Diagridium per ſe, quod frequenter præceptum eſt, friatur: Manna liquefacto roſaceo diſſoluta colatur. In ſumma ordine iuxta artem ſingula miſcentur cũ zaccharo, & hinc tã forma ſolida, quàm liquida parari compoſitio poteſt. Reſtat de cartamo exponẽda hiſtoria, quæ paucis ſic uenit intelligenda. Græci Cnicũ, Arabes Kartam, quidã Crocũ Saracenicum & agreſtẽ, Germ. Wilder Saffrã, ac Fluer appellant, Gal. Saffran ſauuage. Ital. Zaffarano Saracineſco. Plebs ignobilis ad tingẽda obſonia, eius floribus utitur. Dioſcoridi 4.168. Theophraſto 6. Plant. cap. 4. in ſatiuũ atq; agreſtẽ, cuius duo genera, diſtribuitur. Hunc ſecutus eſt Plin. 21. cap. 15. & Mauritani omnes. De ſylueſtri plenius 8. horũ Cõment. Viſitur cnicũ ſemine candido, uetuſtate ruſeſcente, plano, anguloſo, grãdiuſculo, cuius medulla eſt unctuoſa. Veteres ex eo oleum parabant. Herba ipſa nũc ueluti pleræq;, noſtro ſolo ſedulitate aſſueſcere cœpit. Animaduertat quiſque uocis cartami, & cardami affinitatem, unde haud contẽnenda noxa, facili errore, committi poßit.

In Dia Caſsiam cenſura noſtra.

Quandoquidem paulò minus plena ſint iuniorũ uolumina erroribus (quẽadmodum ſæpe admonuimus, & indicauimus) quos ulla abſq; examinatione uulgares recipiunt: proinde interdum eorundem cauſa, nimirum ut ipſi circunſpectiores, aut alij his ipſis prudẽtiores, in cõponendis medicaminibus, reddantur, nobis totus ſermo eſt amplificandus, ne quid ueritati obſiſtat. Nemo autẽ doctus neſcit, quàm paßim multæ ac diuerſæ in medicamentoſis Officinarũ libris (quos diſpenſaria uoce barbara appellitant) Dia Caßiæ ſiue Caſſiæ præparatæ reperiantur: quibus tamen confidenter magis, quàm fideliter paratis, omnis penè practizantium turba,

turba, tum in corpus sumendis, tum in uentrem infundẽdis medicamentis, utitur. Vt uerò peregrinas ac uagantes eius descriptiones, & Electuaria lenitiua mittam (satius est enim integrioribus potius adsentiri, quàm quibuscunq;) Cassiæ pharmacũ huc transcripsi, quod Dominicus Apothecarius Coloniensis haudquaquã postremus, in intersignio Iridis longo usu paratum retinet, quodq; præcipuorũ eius urbis Medicorum commẽdatione dignum agnoscimus. Habet uerò sequenti dictione:

Cassia præparata.

Recip. Passularum à nucleis mundatarum, libram unam.
Folliculorũ Sennæ mũdatorum, librã mediã.
Polypodij quercini, unc. quatuor.
Glycyrrhizæ rasæ, uncias duas, & semissem.
Prunorum Damascenorum dulcium absque ossiculis, uncias quatuor.
Iuiubæ, Sebesten, ana unc. unam.
Ficuum remotis granulis, dactylorum sine lapillis, ana numero decem.
Anisi, fœniculi, cartami, ana unc. mediam.
Seminum communium maiorum frigidorũ, ana drach. sex.
Capillorum Veneris, florũ trium cordialium, hordei mundi, ana manip. ij.
Fiat coctura in aqua pluuialis quartal. sex. i. libris xxxij. iuxta artem ad libras xvi. In colatura dissolue, & expurga casiæ recẽter tractæ ex cãnis, ac liberæ à membranis ligneis & granis libras ij.

Tamar Indorũ, zacchari ex succo uiolarum, ana uncias quatuor.

Zacchari rubri, libram unam & mediam.

Percoquãtur simul lentissmo igne ad solitã, ac omnibus cognitam crassitudinem.

Id hoc loco inseruimus, ne quid relinqueretur eorum, quæ humano generi profutura cognoscerẽ. Pleræq; tamen Officinæ aliud parant, quod in usum Enematum asseruant, quod est tale.

In libra una decoctionis maluarum, uiolariæ, Mercurialis, atriplicis, betæ, althææ, coquũt mellis despumati librã mediam. Sub finem admiscẽt Pulpæ cassiæ fistularis transmissæ per colum libram unam.

Porrò Franciscus de pede Montium, c. de Cura malæ cõplexionis hepatis, aliã complexus est. Similiter Ioannes Concorregius c. de Paralysi, & iectigatione. Atq; rursus aliã Petrus de Tusignaua c. Paralysis, tremoris. Certè Francisci cõpositio est pretiosa, ac sapore gratissimo, si illi Mãna addatur. Sed iam oblatum tempus nos de Cassia fistula differere monet. Veteribus (ut hinc ordiar) Græcis hãc Catharticam nigrã seu fistularẽ nostram (quæ ab illorum est diuersissima) prorsus fuisse incognitam, iamdudũ optimorũ Medicorum recentium testimonijs cõfirmatum habetur. At posterioribus, puta Aëtio simul & Actuario, circa initium libri de Medic. compos. c. de Potionib. medicamentarijs, atque alibi quoque dilucidè monstratur, cum additamento nigræ. Similiter à Mesue ca. suorum simpl. & reliquis Arabibus. Hodie ex India, & Alexandriæ, Asiæq; portis ad nos copiosissimẽ conuehitur. Barbarus in Italia seri frustra queritur, quia nec ad frugem peruenit, & celeriter opprimitur. Eligi debet

bet foris & intus nigra, ponderosa, pellucens, plena, ac cum inclusa grana licet concutiantur non strepunt, pulpa pingui, succulenta, integra. Quibusdam Siliqua Aegyptia dicitur: sed diuersa hæc est à Siliqua Dioscoridis scripta li. 1. ca. 130. quam Columella Græcis Ceration rectè uocari tradit. Cæterùm illius usq; omnes meminisse oportet, Casiam simpliciter apud Græcos scriptã, semper intelligendã esse de casia aromatica uera: aut in eius penuria, de optimo Cinnamomo. At in Mauritanorum, & eorũ sequaciũ codicibus, de caßia hac medica siue fistula. Quod autem in descriptione Francisci de Pede montium legitur,

Mellis casiæ fistulæ.) Nihil aliud est, quàm ipsius medulla, siue colatura recens.

Candum rof.) Est concrescentia siue gelatio illa zacchari, quæ in fundo syrupi rosacei uisitur.

Cum decoctione herbarum frigidarum, & quatuor seminum usualium.) Intellige bletam albam, uiolariã, maluã, borraginẽ, intybũ. Ex seminibus, quatuor maiora frigida dicta, nẽpe melonũ, cucurbitæ, cucumeris, citrulli. Alia particularia manifesta sunt ijs, qui animũ adhibẽt. Montanus Medicus raró casia utebatur, sine pyræ puluere, uel cymini, uel aliquo simili: nec lubenter Electuarijs, quæ Casiã recipiebãt, quia totum medicamẽtũ rancidũ facit, & nisi recenter tracta sit, corruptionem facilè sentit.

In Dia Catholicon Præpositi, censura nostra.

Nimis uerè in medicamẽti huius enarratione Platearius dicit, unũquenq; Apothecariũ pro uolũtate sua hoc ipsum componere. ô deplorandam ætatem hanc, in qua tantũ sibi iuris arrogant audaculi quidam (quod doctus subinde firmi

dat

dat, ac refugit) tam temerè absque rei cognitione miscentes pharmaca, quasi non sat sit per plerosque arti medicæ affusum caliginis, nisi eandem ipsi in immensum prouehant: ut tandem minoris habeatur operis, pharmacum aliquod ex integro componere, quàm uitiatum denuò restituere. Reuera diligentius expendenda res est, ne dum sic compositionum autores haberi uelimus, proximi citius morbũ augeamus, ne dicam mortem acceleremus. In tantam audaciam, in tantam improbitatem uehemẽtius scriberem: nisi calami facultatem, sceleratorum confidẽtia superaret. Certè aliter pristinos medicinæ autores fecisse multorum testimonijs cõstat, cùm omnem operam, omnem industriam exercerent, ne ad latum unguem, à uera componendi methodo aberrarẽt: tantum abest, ut ita licenter, absque singulari delectu, quascunque medicaminum constructiones consarcinandas suscipere nt, unde facile hominum aut salus aut pernicies paritur. Sed operæpretium uidetur in testem ad hanc rem producere Marcellum, præclarißimum artis scriptorẽ, quò nimiam quorundam, in conficiendis medicamentis licentiam uituperemus: contrà benè agentium sedulitatem comprobemus. Moneo sanè, inquit, si qua fuerint paranda medicamina, ne absque Medico, aut incuriosius componantur, aut indiligenter habeantur. Nam licet attentißimè species & mẽsuras earum, remedijs quibusq; adscripsero, & ipsarum mensurarum notas, uel ponderum qualitates secundum Græcam traditionem, & medicorum ueterũ consuetudinẽ, seorsum libello huic inseruero, & non solùm Romana, sed etiam Graia expositione digessero: tamẽ è re est, ut hæc eadem cum peritioribus conferantur, ac sæpius retractẽtur, & quæ confecta fuerint uel parata medicamina, sub signaculis semper habeantur, ne aut casus incidat, aut malig

malignitas alicuius obrepat, quæ beneuolè ac syncerè parata corrumpat, sitq; de remedio uenenum, & de salubritate pernicies, culpeturq; medicina, cùm peccarit incuria. In summa, me hæc benignè parasse, & tamē super his monuisse sufficiet. Sic ille. Sed quorsum ista? nimirum ut edoceam, quanti sit in erroribus publicarum Officinarū medicamenta parantiū corrigendis, huius unius præstantißimi uiri censura æstimanda, quā & laudare omnes, & admirari debēt, quando ueritatem ipsam habeat iudicem. Porrò ut ad rem propositā reuertamur, scire oportet multiplices esse huiusmodi compositiones: nam Thesauri Aromatariorū autor, Lumen, ac scripti Pharmacopolarum commētarij diuersimodè loquuntur, cuius potißimū ratione, in superiorem sermonem incidimus. Præpositus uerò medicamētum suum ex Alexandrino transcripsit, qui c. 442. sic ait:

Catholicum Nicolai Alexandrini.

Recip. Sennæ mundatæ, casſiæ, tamar Indorum, Rheubarbari, ana uncias tres.
Polypodij, anisi, glycyrrhizæ, seminum communium, candi, penidij, ana unc. unam
Sirei quod sufficit, in quo ponantur
Polypodij unciæ octo.
Fœniculi unciæ tres.
In libris tribus aquæ syrupizentur cū* uncijs duabus zacchari. Atque hæc quidē sunt, quæ scribit ille. **Rectius lib. duabus.*

Cæterùm longus usus Præpositi scripturam ut uerā comprobat, quā hoc modo ex quadruplo decurtatā habetote.

Dia Catholicum Præpositi.

Recip. Sennæ mūdatæ, casſiæ fistulæ purgatæ

tæ, Tamar Indorum, ana uncias duas.
Rheubarbari, florum uiolarum, polypodij, seminis anisi, ana unciam unam.
Glycyrrhizæ rasæ, penidiarũ, candi, quatuor semi. communium frigidorum mundat. à cortice. ana drach. duas.

Primò fiat decoctio in libris quinq; aquæ lactis, ex polypodij recentis uncijs quatuor. sem. fœniculi drac. sex, donec supersint ex colatura libræ duæ, & media. In huius paucula quantitate, dissolue cribrando caßiam, ac Tamar Indos: in reliqua admisce zacchari libras duas, & coque ad spißitudinem Syrupi. Tũc huic refrigerato, caßia, & Tamar Indi iusto suo pondere, addantur, pistillo ligneo diligenter mouendo: tandem semina concisa, & penidiæ contusæ cribratæq;.

Additio.

Myrepsus Antidoto 502. & sequẽti diuersimodè, ac prorsus alienißimo, ab alijs scriptoribus, contextu recẽsuit. Itaq; miror Leonhartum Fuchsiũ huius interpretem, posterius Catholicon uelut consuetudine Officinis familiare cõmendasse. Nam ut dosim, quæ nihil cum Nicolao Alexandrino aut Præposito cõmune habet, prætereã, res quoq; ipsæ planè uariant. Siquidẽ radices Capparorum, pruna, cerasia, turpetum, diacridium, purgatoria fortißima adiungit, atq; longè aliam, quàm Præpositus cocturam instituit. Et cæcus sit funditus oportet, qui ista non uideat. Proinde manifestum est, quàm nihil operæ, in conferẽdis autorum compositionibus, reposuerit Fuchsius, quod nunc semel monẽdum esse duxi, cùm frequentißimè aliàs obseruarim, ne Apothecariorum uulgus alioqui ad quiduis suscipiendũ sine iudicio procliue

cliue huiusmodi inscriptionibus seducatur, ac magis autoritati ipsius, quàm rei ueritati credat. Nec potest nec debet ipse, quando uir bonus ac doctus sit, hanc monitionẽ meam non candidè interpretari.

Dia Phœnicum Mesuæ.

Recip. Dactylorum cheiron triduo aceto infusorum partes centum.
Penidiarum saphiri, partes quinquaginta.
Amygdalarum mundatarum, partes triginta.
Turbit, partes trigintaquinque.
Scammoneæ, partes duodecim.
Zingiberis, piperis lõgi, foliorũ rutæ siccorũ, cinnamomi, macis, ligni aloës, anisi, fœniculi, dauci, galangæ, ana parres duas, & semissem.

Omnia in tenuißimũ puluerẽ redacta per angustũ cribrũ discussa, excipiantur mellis expumati sufficiẽti quantitate.

CRONENBVRGIVS.

E *dactylis est purgatorium, sicut mox exponam: sed nũc absoluere statui primum, qualis sit aliorum de eo ueterum sententia. Aëtius uolumine* 3.*c.* 90. *Oxyporion Diaphœnicon, id est, è palmulis scriptum profert: Nicolaus Alexandrinus cap.*204.*quanquam aliud ca.*705.*simplex tradat. Serapion Tract.*7.*cap.*16. *diuersum ab Auicenna lib.*5.*summa* 1. *Tract.*3.*positum ordine tertio, (tria etenim constituit, cuius primum cum Aëtio similitudinem retinet) Supra hæc insuper Mesue cap. de Turbit huic propinquum facit. At quoniã usus multis antè annis, in omnibus ferè Officinis, priorẽ Mesues compositionẽ cõstruẽdo inualuit: idcirco nos identidẽ explicando singula in superioribus de consilio prætermissa*

termiſſa hic apponemus. Incipit *uerò.*

Recip. Dactylorum cheiron, &c.) *Quē nūc dactylum uno ore omnes uocamus, fructus eſt palmæ arboris* Dioſcoridi *li.* 1. *c.* 125. *compoſita uoce* Phœnicobalanus *quibuſdam, ſiue palmæ glans.* Appellantur *inſuper caryotides, palmulæ, & caryotæ palmulæ, à Græcis, docente* Galeno *de cibis boni ac mali ſucci, phœnicæ (unde nominatū medicamentū) ab Arabibus* Machla, *ſicut uidere eſt apud* Serapionem *c.* Simpl. 118. *ubi immaturum dactylum* Balach *uocat. Eſt autē non exigua in palmulis differētia, nā aliæ ſunt ſiccæ, duræ, & adſtringētes, ut* Aegyptiæ, *quæ propriè* Adipſy *uocantur, uelut refert* Solinus *ca.* 35. *Aliæ molles, humidæ, ac dulces, ut caryotæ dictæ. Aliæ uerò inter has mediæ cenſentur, ut quæ plus minúſue auſteritatis aut dulcedinis habēt. Naſcuntur laudatiſsimæ, ſcribentibus* Diodoro Siculo *lib.* 3. *Antiq. geſtorū, c. de* Indis, *ac* Galeno *de* Alimen. 2. *in* Hierichunte *Syriæ* Palæſtinæ *oppido, quod uerū eſſe inde liquet, quoniam qui* Hieroſolyma *ad nos redeūt, paſsim palmarum ramos ſecū deferunt, in certiſsimū peregrinationis ſuæ ſymbolū.* Præterea *in inſulis nuper repertis in* Occidente *abundanter naſci fama eſt.* Iam *quædā palmarum fructum nullo intus oſſe lignóue producunt, quædam cum eo, quod maniſeſtiſsimè ſcriptum reliquit* Theophraſtus 2. Plantarum, *ca.* 8. Aëtius *cum oſſe, & ſine eo naſci prodidit lib.* 11. *c.* 30. *cuius etiam meminit* Plinius 13. *c.* 4. *Amplius lib.* 23. *c.* 5. *Differunt etiam colore, magnitudine, ſexu, figura, ſapore, ac loci diuerſitate, quæ copioſè* Theophraſtus *pluribus locis proſequitur. & ex recentioribus* Hermolaus Coroll. *c.* 157. 158. *ac* Cælius *Antiquarum lectionum libr.* 5. *capit.* 6. Iacobus Syluius *Medicus, ut ſi quis alius, in* Gallia *doctiſsimus,* Cheiros κιῤῥὸς *legit, & fuluos ſiue immaturos dactylos interpretatur*

terpretatur, ſicut flauiores aut nigriores, maturiores. Serapion hayron legit cap. 69. facitq; ſpeciem dactylorum. Vidi ego Romæ, iuxta aram cœli, in Capitolino monte, creſcentem palmam, ſed ſterilem. Hoc loco apponi uelim immaturos, (utpote potentiores adſtringendi, ac roborandi uires retinentes: nam illiuſmodi exigua qualitas alijs purgatorijs miſta efficacius mouet, Galeno teſtificante 3. ſimpl. cap. 14. Quin & ſcammonium cydonijs rectè miſceri, autor eſt 1. Alimentorum) ſine oßibus (quæ nucleos autores dicere conſueuerunt) & cerebro (ſic enim nominant ſummam eius particulam) ac lanugine illa intrinſeca. Ponderari debent antequam infundantur, & quò ſunt ſicciores, eò diutius atq; copioſius macerandi: poſtquam bene humecti fuerint, ſuperflua aceti quantitas exprimatur, & mox in mortario, ligneo piſtillo tundantur, donec omnino emolleſcant, tum per incerniculum cochleari ligneo colentur, ac manu ſubigantur: quibus penidias ex optimo zaccharo elaboratas, & hordeacea aqua humectas, ac parum liquefactas admiſce: deinde amygdalas excorticatas, ſcalproq; ſutorio minutißimè conciſas: poſtremò ſpecies. Sed ſcammonium per ſe tritum eſto. Mellis cocti atque expumati ſint libræ duæ, aut circiter, ex uncijs duodecim conſtãtes. Partes in medicamento, drachmæ ſunto. Atq; ita expoſitioni in præſens finẽ faciam, quando de reliquis ſuprà definiuimus.

Diaprunis uel Diaprunorum Nicolai Alexandrini.

Recip. Prunorum Damaſcenorum maturorum, numero centum.

Ponantur in uaſe ſtannato, & tantillo aquæ, ut probè cooperiantur, bulliant, donec diſſoluantur. Tunc ab igne de

 ponantur,

ponantur, & quando frigere incipiunt, ab aqua eximantur, ac per cribrum fricentur, donec nihil, præter oſſa & cortices, in eo remaneat. In aqua autẽ illa, in qua decocta fuerint pruna, ponatur (drachma una) uncia ſemis uiolarum, ac rurſus parum ferueant: mox expreßis uiolis, appone libras duas zacchari, & unam ex pulpis prunorum, coquendo ad ſpißitudinem: Hic adde, Tamar Indorum, & medullæ caßiæ fiſtulæ, ana unciam unam, diſſolutorum & colatorum cum exigua parte ſuperioris decocti. Cùm iam rectè habuerint, ac ſpatha continenter ducta fuerint, hæc infraſcripta arida, in puluerem redacta, liquidis iſtis committe:

Reci. Santalorum alborum, rubrorum, Spodij, Rheubarbari, cinnamomi, ana drachmas tres.

Roſarum, uiolarum, ſem. portulacæ, ſcariolæ, Berberorum, ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, ana drach. ij.

Seminum quatuor frigidorum maiorũ mundatorum, ana drach. unam.

Si uerò laxatiuum facere uolueris, ponantur in unaquaque libra Diaprunorum ſimplicis, ſcammonij drachmæ ſeptem, quando ab igne deponitur.

CRONENBVRGIVS.

Hoc ipſum medicamentum quoq; Diadamaſcenon inſcribitur. Et quis dubitare poterit, hanc non eſſe ueram compoſitionem, cùm eadem uerba, tum hic, tum apud Myrepſum Antidoto 88. & Præpoſitum ſcripta legãtur? Quare ſuperfluum eſt, profuſius illa in dubiũ uertere. Quòd uerò in impreſſo Alexandrini Codice, primò drachma una, mox uncia ſemis, uiolarum ſcribitur, id facile eſt mendum exiſtimare, &

pro

pro drachma una, unciam semissem restituere, ut tota lectio ubique similis atque integra persistat. Cæterùm pruna hic esse debent Damascena, quæ exiccata stomacho sunt, autore Dioscoride, utilia, aluum adstringentia, cuius rationem Galenus 7. Simpl. ignorat, cùm ipsa palàm etiam subducant 2. Alimentorum, minus tamen quàm quæ importantur ex Iberia, ut quæ dulciora sunt.

In satiuorum genere numerantur nigra, alba, uersicoloria, rubra, cerea, hoc est, ex candido in luteum pallescentia, purpurea, Damascena (à Damasco Syriæ monte, in quo nascuntur) appellata, quibus primam bonitatis laudem omnes ferè deferunt: nec enim omnia persequi uolo. Actuarius cap. de potionibus medic. & Mesue in simplicib. cap. 19. in emolliendo uentre, Damascena cæteris præferunt. Ego hic, quemadmodum Alexandrinus, dulcioris succi intelligo, tum ut magis sit emolliens aluum compositio, tum ut sumẽtibus suauior. Sed quoniam nos commodè Damascena recentia habere nequimus, aut si id donemus, tamen interstinguere non possumus (ex tractibus enim diuersis, diuersa ad nos cõuehuntur, nempe ex Iberia siue Hispania, Gallia, atq; regionibus insuper alijs, ut omittam innumerabilia ferè, in hortis nostris, eorundemq; sepibus, nascentium genera, quæ Plinius 15. cap. 13. ac nos paulò antè enumerauimus) proinde ex uulgarib. Damascenis dictis siccis, dulci sapore, optima deligo, quæ diem noctemq; aqua, pluuia recẽti humecto, mox doctrina superiori paro. Porrò, quòd apud Mesuen est Conditum ex prunis, Officinis penè omnibus habetur inusitatum, uelut Gilberti Anglici compositio, cap. de cura Arthetica. Sed hic admonere est necessarium, bifariam componi Dia prunorum, simpliciter absque Diacridio, ut suprà indicauimus: & cũ eo, adijciendo in unaquaq; libra, drachmas

ſeptem diacridij, quãdo igni auſertur: ac tunc Diaprunorum purgans, ſeu ſolutiuum appellatur. Atq; fugiendi ſunt homines, qui nunc pro tota conſtructione, unciam mediam diagridij, nunc pro libris duabus prunorum, uncias duas inijciendas produnt: quippe hoc modo aucta doſis, malignior ac pernicioſior cenſetur: illo autem inefficacior inualidiorq;. cauendum interea ne quis uocum diſcrimine, ſimplicis aut compoſitæ decipiatur, quod Fauentino illuſtri Medico accidiſſe cognouimus, dum ex uulgari Bononienſium conſuetudine ſimpliciter Diaprunorum ægro cuidam præſcriberet Patauij, Pharmacopœus ſolutiuum compoſitum ſubſtituit, ex quo errore æger in ſummum uitæ periculum adactus eſt. Expende igitur quantas noxas dictionis unius confuſio inuehat mortalibus. Cæterùm conſtructio, & ſimplicia rerum cognitioni neceſſaria, aut per ſe manifeſta ſunt, aut ſuperius à nobis prodita. Quapropter ea ipſa in animũ reuocare expedit: nã id facere æquius eſt, quàm de eiſdẽ ſæpenumerò rebus, uerba profundere. De Spodio autem, uiolis, ac berberis, ſuo loco ſufficienter explicabo, nunc tantùm de Portulaca quædam adiungam: Hæc Græcis Andrachne, de qua Dioſcorides li. 2. ca. 117. Galenus 6. Simpl. & 2. Alimentorũ: Plinius 13. cap. 22. Duæ ſunt eius ſpecies, una hortenſis, in areis fermè cultorum hortorũ ſponte naſcens. Huius ſelecta folia, oxhalme, ſiue ſalſugine, appropinquãte uindemia, condiri poſſunt, ut in totum annũ, aut hyemem ſaltem (quando uirere neſciunt herbæ) uſui ſint. Id à præclaro, & ingenio, & doctrina uiro Otgero Clemente Medico Amſtelredamo olim fieri memini. Altera eſt agreſtis, humi iuxta riuulos, ac lente repentes aquas, tenuiorib. paßim folijs ſerpens. Indiſcreta prorſus huius reperitur appellatio apud Dioſcoridẽ, atq; Modernos ſcriptores, quos uerſet eius cõtrouerſiæ cupidus.

Dia Senæ Nicolai Alexandrini.

Rec. Senæ uncias tres.
Auellanarū assatarū numero quinquaginta.
Serici combusti drachmas duas.
Lapidis Armeniaci drachmam unam.
Lapid. Lazuli drachmas tres.
Zacchari uncias sex.
Cinnamomi unciam unam.
Garyophyllorū, galangæ, piperis, spicæ, ozimi, zingiberis, foliorum garyophyllorum, cardamomi, croci, zedoariæ, florū rorismarini, macropiperis, ana drachmas duas.
Mellis quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Iuxta hanc ipsam dictionis seriem scribit Præpositus, ac continuò aliam ex Gilberto Anglico transcriptam ca. de uitijs splenis. Nicolaus Myrepsus antidoto 112. margaritas, aurum, atq; alia quædam aromata apponit. Rursus num. 465. Antidotum ex rebus 53. constantem recenset, ubi pastilli scillitici, Theriaces, hedychroi, & pleriq; alij recipiuntur. Legitur præterea alia 505. ac in uulgatis Præpositi exemplaribus binæ, quibus nonnulli Turbit, & Diacridium miscent, quod ex Myrepso Antidoto 472. aut 490. initium accepit. Insuper suprà has inueni tres longè lateq; distantes. Itaque planè in multis errorum periculis uersari officinas propè dixerim omnes, propter multiplices tum huius, tum aliorum medicaminum descriptiones: cui nemo nisi extremè fatuus reclamare uelit. Nec mihi studio est edocere, quod per se manifestum haberi potest, sed ueras compositiones, ac boni compositoris officium indicare. Quapropter antiquorum monumenta

numenta uoluens, huc produximus quæ hactenus aut temporum infelicitate, aut uiuentium incuria, iacuerunt neglecta. Atq; ob eam rem semper ex Archetypis, genuinã dictionem transcribere maluimus: quanquam adhuc aliud medicamen experientia multa (qua medicamentorum facultates explorandas Galenus plerisq; locis decernit) comprobatum nominis eiusdem habeam. Sed prius uolo superioris expositionem apponere, eorum uidelicet simplicium, quorũ in supradictis non meminimus: deinde idipsum subscribere. Interea si sint pharmacopolæ longa consuetudine similes confectiones parantes, eos ut non damno, ita Medicis suis eiusmodi indicent, moneo: ne quispiam per ignorantiam defraudetur. Et quoniam hoc loco Senæ mentio fiat, non intempestiuè opinor, quæ nobis uaria de ea suggerit mentio, huic potißimũ parti inseremus. Virgilius Marcellus ijs uidetur acquiescere, qui ab Antiquis Delphinium esse opinati sunt. Auerroës nouis medicinis annumerat. Ego (quod utriusq; uenia mihi dicere liceat) neq; Delphinium Senam esse arbitror (quando aliam prorsus à Sena diuersam, ac picturæ Dioscoridis apprimè respondentem cognoui) neq; medicinã nouam omnino esse patior, quia haud semel apud Aëtiũ & Actuarium, scriptores Græcos reperi, inter atrum humorem purgantia. Quidam in ea opinione uersantur, ut existiment Coluteam Theophrasti lib. Plantarum 3. cap. 17. aut Colyteam eiusdẽ lib. 3. ca. 14. Senã esse, ut Ruellius 1. ca. 70. Fuchsius ca. de stirpium historia 169. Tragus 3. ca. 9. atq; Amatus Lusitanus. Dissentiunt uerò Aloisius Mundella lib. epist. suarũ medicarum epist. 15. & inprimis Matthiolus Senensis manifestißimis rationibus. Ita frequenter sunt uaria de una re hominum iudicia. Duo eius genera, & per se caducum, & demessum, referuntur. Mesue ait folliculos ex uiridi nigricantes,

folijs ad purgandum esse efficaciores: contrarium Manardus affirmat. Sed sanè secundum Mesuen pronunciandum erit, si non tam autoritatem, quàm usum quotidianum sequi uelimus: & nescio qua ratione usq; adeò acer oppugnator Mesues sit Manardus, uir alioqui singulari humanitate, modestia, ac eximia animi synceritate, & moderatione: sed totam hanc dissensionem exquisita doctrina sustulit, perpetua memoria dignißimus Matthiolus in Comment. suis supra Dioscoridem, quos lectitent Medici, nam seplastarijs sufficiat hæc aperuisse. Quæ subinde in hortis nunc excrescit, multò est orientali inefficacior, ut quatuor unciæ uix unā æquent. Tolerant coctionem mediocrem.

Sericum comburitur per se minutim concisum olla noua, operculo foraminulento tecta, in clibano.

Lapidis Armeniaci.) *Autoribus præterea Armenius, Armenus, & Armenicus appellatur. Aëtio insuper Armutheus lapis, cuius usum ut maximè incolumem, in melancholicis ac crassum sanguinem habentibus, idem lib. 2. ca. 47. prædicauit. Præfertur leuis, colore cœruleo, aut medio inter uiridem, & obscurum terreum, maculis tum uiridibus, tum nigris distinctus, ut habet Mesue, perquàm friabilis, calculi expers. Plinius lib. 35. cap. sexto laudat uiridem communicato colore cœruleo. In huius penuria, securè utimur lapide cyaneo siue lazuli, quoniam pares ferè uires habent, autorum testimonio. Vanum est, quod utrunque ceu unum confundant Auicenna & Serapion. Lotum omnino hic accipi uelim, quod post longam & absolutißimam trituram, ita fieri oportere Galenus lib. 2. Simplic. cap. 15. ac Mesue Medicam. purgant. cap. 13. edocuerunt. Alexander Trallianus cap. libri primi 17. ad duodenas uices (uetus legit quinquagenas) in alui deiectionibus lauari præcipit, aliàs proptē*

uomitum molitur. Atqui de lotionibus ac crematuris, idq; genus alijs, plenißimè ſeptimo libro expediam.

Mellis quod ſufficit.) *Eſto eius expumati pro tota compoſitione libræ duæ.* Atq; *hæc ſatis ſunto.*

Dia Sennæ Tabulatum, quo ego utor.

Rec. Sennæ electæ unciam unam.

Thymi, epithymi, trium florum cordial. ana drachmam unam.

Serici combuſti, glycyrrhizæ raſæ, cinnamomi, macis, ſpicæ nardi, garyophyllorum, ana grana quindecim.

Ellebori nigri, lapid. lazuli loti, ana drachmam unam.

Diacridij drachmas ſex.

Zacchari aqua fumi terræ diſſoluti libras duas. Fiat Electuarium in Tabulis, Doſis eſt à drachmis ſex ad unciam.

Additio.

Trium florum cordialium.) *Officinarum Cophæi, flores boraginis, bugloſſæ, uiolarum interpretantur, uelut etiam omnes conſtanter retinent.*

Ellebori nigri.) *Hoc loco paucioribus quoad fieri queat uerbis, de utroq; elleboro, referre ſtatui.* Romani *paſſim duo eius genera indicantes, unum album, alterum nigrũ ueratrum, præſertim ad radicum colorem reſpicientes, dicũt: quod etiam* Melampodium: *quoniam caprarum paſtor* Melampus, *furẽtes in ſe* Prœti *filias, primus purgaſſe, & eodem ſanaſſe fertur: quamuis ab hac hiſtoria diſſentiat* Vitruuius *lib.* Architect. 8. *cap.* 3. Theophraſtus, Dioſcorides & Plinius, *optimum in* Anticyra *inſula,* Helicone, Parnaſo, & Aetolia,

gigni

gigni tradunt, utpote gustu acre, feruensq; illius climatis ratione: in Germania autem nostra non similiter, cœlo nimirum frigidiore, ac loco humectiore. Eligi debet ellebori nigri cortex corpulentus, plenus, in quo tenuis medulla, quæ eximenda est, mox siccatur in umbra. Album autem ueratrum habetur præstantissimũ, fragile, carnosum, non acuminatum, aut iunceũ, nec dum frangitur puluerulentũ, tenuem habens medullam, gustu nõ admodum feruens, nec saliuã subinde ciens. Hippocrates, cæteriq; ueteres simpliciter nominatum Elleborũ, album semper intelligebant: & nigrũ, non nisi cum quodã discrimine, sicut testatur Galenus initio commenti primi Aphor. sect. 5. Arabes uerò cõtra. Itaque obseruanda est compositio, Græcáne, an Arabica sit. Fusissimè de utroque tractat Theophrastus lib. 9. ca. 10. & 11. quem exactè sequutus est Plinius 25. cap. 5. & Diosco. lib. 4. cap. 133. & 134. At quoniam utriusque modò mentionem fecimus, nõ erit alienum, aliquid de his apponere. Negat in herbario suo Fuchsius cap. 105. ac celeberrimus Tragus Tomo 1. cap. 135. & 136. Dubitat quoque in Botanologico suo, Eurytius Cordus, uulgare nigrum uerũ existere: quoniam usus eius omnino innoxius & plerisque salutaris habetur, contra ueterum omnium de Elleboro decreta. Itaque ab ijs putatur Consiligo Columellæ lib. 6. cap. 5. ac Plinij lib. 26. cap. 7. uires eius tradẽtis: quibus subscribit Ruellius 2. capite 134. Syluius uerò Napellũ Arabum arbitratur. Sed hic nequaquam silentio prætereundum, triplicem Elleborum nigrum, florum differentia, inueniri: unum flore in purpura albicante, ut ait Dioscorides, alterum candido, tertium herbaceo. Primum cæteris longè præstare confitebuntur, quicunque eius periculum fecerunt: posteriora duo genera etsi inefficaciorem uim edant, non propterea eiusdem speciei esse negan-

dum, quum in uniuersum omnibus eadem est foliorum facies. Præterea tametsi Columella ac Plinius Consiligini quædam Elleboro communia tribuerint, non ideo eam uim in hoc desinere, aut minus reperiri inficiantur. Itaque certò statuendum nostri usus Elleborum nigrum legitimum esse, etsi quadantenus inualidum subinde experiamur primo generi comparatum. Nec audiendus est Syluius (pace eius dixerim) quoniam speciatim de Napello, atque Elleboro utroque, Mauritani dißeruerunt. Interea haudquaquam & illud ignorandum, uehementius terribiliusq; per superiora strangulando album ueratrum, quàm nigrum expurgare, quod etiã Pausanias ultimo libro, & Plinius affirmãt, atque ego experientia, certo definitoq; iudice didici: unde Arabum scriptoribus, & Macro quoque securius salubriusq; nigrum æstimatur, & album uelut molestißimum ac periculosum uituperatur. Vidi olim per uomitionem sanguinẽ eo epoto educi. Verum id non aduertentes quædã medicæ fœminæ, confidẽter similia fortia purgatoria propinant, inefficaciam aliorum insuper calumniantes, quando non decies, aut uicies, uel per superiora, uel inferiora euacuant. Neque desunt interim, qui non plurimum autoritatis pariter ac prudentiæ iisdem deferãt. Quis, per deos, tãtus stupor nos inuasit, ut quasi mentis ac sensus inopes, nobis ipsis rectè consulere, aut nequeamus aut negligamus? Imò corpora nostra, res longè omniũ pretiosißimas, talibus carnificibus ultrò torquẽda præbeamus? Celebris est sententia, omnibus anteuertenda uitæ cura. In summa, quicquid alij sentiunt (in quorum catalogo & Plinius constituendus) dicentes ueratrum priscis tam promiscuum fuisse, ut studiorum gratia plerique, ad prouidendum acrius quæ commentabantur, sæpius sumptitauerint: sicut feciße Carneadem Academicum aduersus Zenonem

Stoicum

Stoicum scripturũ constat, apud Gellium lib. 17. cap. 15. unde etiam natum prouerbium est, Anticyras nauigare. Ego ta*men immodicum ac frequentem germani eius usum formidandum simpliciter enuncio, etsi delectu quodam non semel, absque ulla molestia, atrabiliarijs cum melicrato, atque alijs quoque mistam nigri quãtitatem propinauerim, pro ægrotantis robore. Qui antiquitus ueratrũ effodiebant, allia comedere, & uinum sorbere consueuerunt. Vtriusque uis triginta annis durare putatur. Atque ista de ueratris, ac tota compositione, sufficiant. Nigrum lingua nostra* ſchwartz Nieſswurtz, wrãgkraut, Chriſtwurtz *dicitur. Gall.* Ellebore noir. *Ital.* Elleboro nero. *Alterum* Nieſswurtz *aut* Pronſtelkraut. *Gall.* Ellebore blãc. *Ital.* Elleboro biãcho. *Atqui opportunũ est huic loco dilutũ ex Sena præstãtißimũ adscribere, qđ est huiusmodi:*

Rec. Foliorũ ſenæ ſelectiſsimorũ, drach. ſex.
Zingiberis ſiue cinnamomi triti, drac. unam.
Florum bugloſſæ drach. duas.

Misce omnia uitrato uase figulino angusti oris, mox affunde feruẽtis aquæ, aut seri caprini aut bouini uncias decẽ, occluso accuratißime uasculi orificio, ut omnis spirandi occasio intercipiatur, ac eo modo calidis cineribus ad noctem fermententur. Postridie ubi nunc offerẽdi neceßitas instat, exprimantur & colẽtur: cui pro diuersis tẽperamẽtis & morbis, quædã admisceri possunt. Etenim id optimũ experieris.

Dia Turbit cum Rheubarbaro.

Rec. Turbit gummoſi, & bonitatis notas habentis, unc. unam, & ſemis.
Rheubarbari electi drachmas ſex.
Zingiberis drachmas tres.

Spicæ, mastichæ, ana drachmam unam.
Anisi drachmam unam.
Diacridij drachmas sex.
Zacchari albi uncias sedecim.
Fiat electuarium in tabulis.

Aliud sine Rheubarbaro.

Si quis autem uolet simplex conficere, Rheubarbarum omittat: reliqua ex suprascripto pondere apponantur. Vt uerò Turbit turbare uentrē desinat, lacte recens mulso perfundatur, deinde siccetur, & in medicamentum recipiatur.

Multa eius generis Nicolaus Myrepsus, *hermodactylum quoque ac plura aromata multiplici pondere recipientia, proponit, quibus subinde ex* Rheubarbaro *purgatoriū, subinde ex hermodactylo, aut ad podagricos & arthriticos, appellationē indidit, Antidotis* 463. 464. 471. 475. 476. 478. 481. 487. *& ponè sequentibus.* Inter Arabas, *Rhazes puluerem ex* Turbit *ostendit* 9. *ad* Almansorē, *capite* 71. *Sed haud fuerit alienum ipsius uerba subscribere, quæ sunt:*

Turbit albi drachmæ uiginti, zacchari triginta, zingiberis decem.

Auicenna singulorum portiones pares constituit. Mesue *cap. proprio* Turbit *partem unam, zingiberis dimidiam, amygdalarum duplum, ex Iudæo, ut salubre purgatoriū refert: mox loco amygdalarum, flores uiolarum substituit.* Placentinus *de* Medicinis *cap.* 6. *ex* Rhaza *transposuit.*

Electuarium Elescoph Mesuæ.

Rec. Scammoneæ Antiochenæ bonæ, Turbit albi, ana drachmas sex.

Garyophyll

Garyophyllorum, cinnamomi, zingiberis, Myrobal. emblicarum, nucis moschatæ, polypodij, ana drachmas duas, & semis.
Zacchari albi, uncias sex.
Confice melle despumato sufficiẽti, quod esse debet, dissoluto cũ eo zaccharo, unciæ viij. Ita quadruplũ mellis ac sacchari erit, ad species. Sed usus ac industria hæc suppeditat.

CRONENBVRGIVS.

Perinde ferè scribit Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 3. sub nomine Episcopi, addendo præter superiora, piper & cardamomũ. Sed quanquam hoc ipsum multis Officinis sit ignotum, non grauabor tamen obiter dicere, quod iam olim de ipso cognoscam. Bononienses Medici, atque inter hos præcipuè Antonius Maria Bettus, è factitantibus artem nequaquam infimus, & Philosophus insignis, uir senex, præceptor uenerabilis, illo Electuario in colicis cruciatibus, amuleti uice utebatur constantissimè, ac ingenti laborantium leuamine: à quo ego etiam edoctus, tanquam per manus traditum, in simili malo usurpo, ad unciam subinde, in robustioribus, attingens. Ingredientia sunt manifesta.

Electuarium ex Psyllio Mesues.

Rec. Succi buglossæ domesticæ, syluestris, endiuiæ, apij, coctorum & despumatorum per laneum colum ana libras duas.
Succi fumi terræ, uncias tres.
Proijce super ipsos adhuc calentes,
Cuscutæ, anisi, follicul. sennæ, ana unciam mediam.
Capillorum Veneris, manipulum unum.

Asari,

Asari, uncias quatuor (drach. quatuor uerissimé,)

Post unius diei maceratione semel efferueat, mox inijce,

Violarum uiridium, uel siccarũ, uncias tres.

Epithymi uncias duas.

Adhuc paulisper bulliant, deinde colentur, exprimantur, pòst dissoluantur.

Psyllij unciæ tres, frequẽter spathula mouendo, ad integrũ diem naturalẽ fermententur: post hæc ex his mucilago tota exprimatur.

Accipe huius libras quatuor: appone zacchari albi libras duas, & semis. Scammoneæ coctæ in pomo, id est, diagridij uncias tres, & semis.

Faciliter coquantur, ac continuè moueantur: deinde asperge

Pulueris Trochiscorum Diarhodon, ex spodio, Rauedsceni, ana unc. i.

Trochiscorum ex berberis, unc. med.

Dosis est à drachmis tribus ad aureos tres.

Hamech uocauit hanc confectionẽ Electuarium trochiscorum. Sunt qui addant aceti libram unam, & semissem: Alij succi uiolarum librã unam: & est medicamen nobile.

CRONENBVRGIVS.

Generosum proculdubio in flaua bile educenda pharmacum, similiter urentibus febribus, ac curatu difficilibus: quemadmodũ Mesue, *& post eum* Nicolaus Myrepsus *Antidoto 224. idem corruptè scribens, indicant. Quo nomine, à nulla opinor* Officina, *alienũ habetur. Cæterùm psylliticum illud*

illud à Præposito, seu potius Alexandrino cap.311. in affinibus morbis commendatum, ab usu exoleuit: ueluti quod scribitur à Montagnana cap.19. in Antidotario. Quare iure à nobis quoque negliguntur, & ad Mesues expositionem conuertimur, simul sermonem de psyllij facultate (quæ ingenti controuersia iactatur) adijcientes. At priusquam id aggredimur, corrigendus error est, in Asaro, & loco unciarū quatuor, drach. quatuor restituendæ, sicut uetustiora ac correctiora habent exemplaria.

Psyllij.) Dioscorides lib. quarto, cap.60. à pulicum similitudine, quam semen habet, uel quòd illos abigat, nomē ei inditum refert. Latinis insuper Pulicaris herba, siue simpliciter Pulicaris, diuersa à Pulicaria, siue Conyza, à quibusdam Cunilago appellata, Dioscoridis lib. tertio, cap.116. ac Plinij 21. cap.10. quarum longa est historia, quam lectores ab ipsis autoribus, quàm à me discere malim. Porrò quod ad temperamentum attinet, frigidum secunda serie, humidi ac sicci medium, Galenus octauo Simpl. & Paulus lib.7. statuūt. Neque intra corpus Græci, neq; Latini ueteres propinant, quoniam uenenis excessu frigiditatis annumerant. Testis est Dioscorides lib.6. cap.10. quem unū pro multis nunc citasse satis sit. At ætas posterior, seminis muccaginē siue uiscidum, quod succum uocare lubet, in quotidianum usum ponere cœpit, à Mesue (ni fallor) Simpl. cap.20. exemplum capiens, uerùm interioris ipsius substantiæ exhibitionem uitat. Nemo autem priscorum, de aliquali eius caliditate, uel tantillum est loquutus. Quanquam Medicorum huius temporis quidam, internam eius partem siue medullam, acutam, acrem, imò causticam cōstituant, nescio quibus instructi sophisticis argutijs: externam uerò frigidam simul ac humidam, quarto gradu. Certè ego plerunque, id quod est maximè intimū dentibus

tibus mandendo, gustuq; saporum discretrice præcipua, ieiunus & omnis alienæ qualitatis expers, periculum feci, sed nullum inde manifestum, aut sensu perceptibilem calorē deprehendi, quem impossibile erat, in tanta (ut illi uolunt) caliditate, aut ignea ipsius facultate, obscurari. Nam ab euidenter apparētibus, sæpissimè ueritas exoriens cognoscitur, quod quibuslibet mecum est perspicuum. Etenim quæ quarti ordinis excalfacientia iudicantur, uel ipso Galeno teste ult. cap. quinti Simplic. urunt, & escharam moliuntur. Proinde eos inconsideranter, de duplici eius discreta potentia, pronuntiasse existimo, quandoquidem ueterum nemo, huius in transcursu unquam meminerit. Sed quid circuitu pario nunc tædia longo, dum sequor ambages, summa hæc: Psyllium est secundo ordine frigidū, inter humectantia & siccantia temperatum. Ex eo uiscus, aut (ut Mesuæ uerbis utar) uiscositas, manibus, uel torculari exprimitur (quem modum nouerunt pharmacopolæ) cui in compositione cætera adduntur. Nec ueneni metus ullus esse debet, cùm non semen ipsum (quod tamen Galenus & Aëtius plurimo usu uelut innoxium habēt) sed quod ex eo elicitur humidum, hic recipiatur, sintq; multa mista eius uehementiam emendantia. At quid adhuc longè peregrina exempla requiro? quando huius seminis innocentiam, eclegmatis ex eo parati usu quotidiano, tueri commodè queam, quod Loch ex Psyllio passim dicitur. Etenim constat inde adiutos quàmplurimos, offensum neminem, modò dexter Apollo usurpet. Scribitur à Mesue cap. de Curat. Tussis catharralis. Herba ipsa conspicitur in hortulo meo, Germani Psylienkraut, & Welscher Flöhsamē dicunt. Galli Herbe à puces. Ital. Psillio.

Quod autem initio legitur, succi buglossæ domesticæ & syluestris, de uulgaribus nostris intelligi potest, ac succus commodè

commodè eximitur, post contusionem foliorum moderatè calfactorum.

Succi Endiuiæ, uidelicet ueræ, de qua in Syrupo egimus.

Troch. Diarhodon, &c.) *Horum artem sexto Cõmentariorum explicabimus, tantùm monendum in omnibus Mesuæ compositionibus, eiusdem trochiscos apponendos esse. Et ubi dicit Rauedseni, trochisci ex Rheubarbaro accipi debent. Reliqua alibi aut diximus aut dicemus.*

Electuarium ex Soldanella.

Recip. Folliculorum sennæ, tartari albi, rad. Iridis, polypodij quercini, ana drach. iij.
Turbit unciam mediam.
Soldanellæ drachmas sex.
Sem. Iuniperi, Rheubarbari, ana drach. iij.
Diagridij drachmam unam.
Ligni aloës, cinnamomi, zingiberis, ana drachmam unam & mediam.
Nardi drachmam mediam.
Zacchari tabarzet dissoluti in aquis cichorij, & hyssopi libram unam, uncias quatuor, fiat ad artem confectio solida.

CRONENBVRGIVS.

Licet Officinis plerisq; hoc medicamentum sit futurum nouum, utpote in nullis libris, quos ego uidere hactenus potui, obuium: tamen usus est nequaquam pœnitendi, in hydropis specie Ascite dicta, siquidem potenter ac securè aquam educit, ut ego sola huius consuetudine, præclarum consecutus sum effectũ. Hoc mihi cõcinnauit Medicus quidam Italus, quem ego in praxi aßiduò comitari soleo. Est autem hic ex superabundãti adscriptum, quò nihil in mortalium pro=

stigandis malis prætermittatur. Quod ad simplicium interpretationem dici poßit, ea mihi superius est expedita: De Tartaro, quando de eius oleo agetur, disseram.

De Soldanella, ueluti coronide, summaq; totius sermonis nunc expediam: hanc Latini Braßicam marinam dicunt, quia haud temere, à locis maris, inuenitur. In Zelãdiæ oris, quas Oceanus alluit, ubertim prouenit. Iure omnes autores à satiuis braßicis discreuerunt, quando nihil cum illis habeat simile, siue formam, siue facultatem respiciamus. Testis est Dioscorides lib. 2. cap. 115. Galenus 7. simpl. Plinius 20. ca. 9. Coniungunt tamen historias de Braßicis, quod etiã Arabes fecerunt: sed isti decipiuntur, quòd naturæ affinitatem cum caulibus retinere arbitrantur, præter Græcorum opinionem: id utriusq; dictionem expendentibus constabit. Gentilis errorẽ manifestauit Leonicenus, in episto. ad Hieronymum Monachium, cap. de Turbit, Chakillen Serapionis nõ esse Soldanam. In eodem errore fuit Syluaticus. Nunc, quod est in frequentißimo usu, subijciam.

Electuarium ex succo Rosarum Nicolai Alexandrini.

Recip. Zacchari albissimi, succi rosarum rubrarum, ana libram unam, uncias quatuor.
Santalorum alborum, rubrorum, citrinorum, ana drachmas sex.
Spodij drachmas tres.
Diagridij drachmas duodecim.
Camphoræ scriptulum unum.
Tempera ad modum Electuarij, syrupo facto de eodem zaccharo, & succo Rosarum.

CRO

CRONENBVRGIVS.

Hoc est celeberrimum, & omnibus tabernis notißimum. Paratur in forma solida, tritis per se singulis, præter santalos, qui simul contundi possunt. Nicolaus Præpositus *ad uerbum ex Alexandrino delineauit. Quæ triplici ordine coniuncto, à* Myrepso, *Antidoto 152. & sequẽtibus recensentur, ab usu, & à publica lectione uariãt: neq; mihi placet nimia quantitas* Turpeti, *nimirum unciæ duæ, præter diacridium: & camphuræ drachmæ tres, ac semißis.* Hæc *siquidem, solo fœtore: illa, immodica purgationis formidine offendunt.* Itidem *in secunda & tertia Antidoto metuendum, quoniã potentem educendi uentris uim obtinent.* Guilhelmus Placentinus *de Medicinis compositis, cap. 9. negligenter santalorũ rubrorum drachmas octodecim scripsit. Sunt etiam qui malint* Mesuen *imitari, qui ita habet:*

Electuarium Rosatum Mesues.

Recip. Succi rosarum rubrarum completarũ libras quatuor.
Zacchari Tabarzet libram unam, & mediã.
Tereniabin puri ac recentis, uncias sex.
Scammoneæ Antiochenæ unc. unam & med.
Coquantur omnia supra lucidum ignem, dũ mellis habeant spissitudinem: deinde admisce,
Trochis. ex spodio unciam unam.
Galliæ moschatæ, croci, ana drach. duas.
Trochisc. ex Berberis, drachmas quatuor.
Repone in uase uitreo.

Appendix.

Italis est hoc familiare, & confici debet ijs, qui uti uolũt

pilulis aggregatiuis, & ex hermodactylis Mesuæ. Illud uerò à nostris magis agnoscitur, in quo clarus & apertus est totus sermo. Tantùm cogitandum, ut scammonium per se ducatur. Tereniabin dissoluatur, & per stamen setaceum coletur. Reliquus puluisculus tritus ultimò inspergatur: & ne quis æquiuocationi uocis lædatur, oportet diligenter autoris nomen adscribere, quando letale sit utriusq; discrimen.

Electuarium Indum maius Mesuæ.

**fistulare nostrā intelligo, cùm hoc sit purgatorium pharmacum.*

Recip. Cinnamomi, garyophyllorum, spicæ, rosarum,* casiæ, macis, cyperi, ana drachm. quatuor.
Zacchari, penidiorū, ana drachmas uiginti.
Galangæ, heyl, cardamomi, asari, mastichæ, ana drachmam unam & semis.
Santalorum citrinorū, drach. ij. & semissem.
Ligni aloës, nucis moschatæ, ana drach. ij.
Scammoneæ coctæ bonæ in pomo cydonio drachmas duodecim.
Turbit boni, albi, gummosi, & arundinacei, drachmas quinquaginta.
Omnia terantur crassiusculè, & oleo amygdalino fricentur. Deinde accipe succorum Cytoniorum,* granatorum, apij, fœniculi, depuratorum, ana libram mediam.
Decoque cum melle ad spissitudinem, & confice cum speciebus.

**Scilicet acerborū, ad uehemētiā pharmaci moderandā.*

CRONENBVRGIVS.

Hoc maius inscribitur, ad minoris mox sequentis differentiam. Serapion Tract. 7. cap. 8. unam atq; alteram Indi cōpositionem bene confusam memorat. Auicēna uerò summa

1.lib.5.Tract.3.contractiorem. Ego à publica lectione discedere nolens, eas negligo: & sequentem Mesues, nempe minorem & usu frequentiorem usurpo. Sed huius discriminis, sicut reliquorum omnium, admoneantur medici. Permultum enim interest, maiorine, an minori utantur.

Electuarium Indum minus Mesuæ.

Recip. Turbit, zacchari, ana drach. centum.
Macis, piperis, zingiberis, garyophyllorum, cinnamomi, cardamomi, nucis moschatæ, ana drachmas septem.
Scammoneæ drachmas duodecim.
Confice cum melle despumato.

Additio.

Hic nullo silẽtio turpissimus lapsus, in Dispẽsatorio Cordi, prætereũdus est, quem ego malo imperito chalcographo, quàm perito iuueni attribuere: manifestior enim mihi uidetur, quàm ut iste admiserit. Is est, Turbit drach. sex, pro centum, ut nos uerissimè posuimus. Sanè hic error admodum crassus & noxius censendus. Ingredientia antea explicuimus, quòd si ea minus memoriæ inhærẽt, rursus ea ipsa, quæ suprà sunt definita, reuise.

Quod autem ad construendi artem spectat, ea uirum potius attentum, quàm expositorem requirit. Atque ego hoc laboris nequaquam detrectarem, nisi illud iam esset persuasum, pariter nimiam loquacitatẽ fugiens. Mellis despumati esto, pro hac dosi, libræ tres medicinales, unciæ quatuor, præter zaccharum. His simul iunctis, duplex erit portio, ac dimidia, & duæ insuper unciæ, atque media. Iam ubi de Hieris orationem absoluero, quartum hunc librum finire decreui.

Hiera Dia Colocynthidos, ex inuentione Ruffi, quam ſcribit Meſue.

Recip. Stœchados, agarici, chamædryos, ana drachmas decem.

Colocynthidæ bonæ & electæ, drach. xx.

Et in alio:

Colocynthidæ, troch. alhandal, ana drachmas uigintiquinq;.

Serapini, opopanacis, ana drach. viij.

Petroſelini, ariſtolochiæ rotũdæ, piperis, ana drachmas quinq;.

Caſiæ drachmas ſeptem.

Cinnamomi, croci, ſpicæ, myrrhæ, polij, ana drachmas quatuor.

Myrrham uino infunde.

Medicinæ terantur accuratiſsimè, & anguſto cribro cernantur, conficianturq́; melle deſpumato.

CRONENBVRGIVS.

Primò hic corrigendus intolerabilis error, in lectione colocynthidæ, dum ait Meſue drach. uiginti, & alio loco, ana drachmas uigintiquinq;. Si uera hæc lectio ſit, quis nõ tantam eius doſim in una compoſitione meritò uereatur, ac cũ ratione mox deteſtetur? itaque reſtituendum exiſtimo, colocynthidæ drachmas uiginti, aut eius loco Troch. Alhandal drachmas uigintiquinq;. Cõſtat etenim per admiſtionẽ Gũmium (ut in Trochiſcis pòſt edocebimus) uehementer caſtigari, unde ſanè tutior ac mitior eſt, eiuſdem auctio & operatio: proinde doſis ad drachmas quinq; intendi poteſt. Cæterùm probata Rufi compoſitio legitur apud Aëtium lib. 3. cap. 119. in hunc modum, ex uerſione Montani:

Hiera

Hiera Rufi.

Recip. Pulpæ colocynthidæ, drach. viij.
Chamæpityos, chamædryos, agarici, marrubij, ana drach. decem.
Sagapeni, casiæ, ana drach. quinque.
Opopanacis, drachmas octo.
Petroselini, aristoloch. rotundæ, piperis albi, ana drachmas quinque.
Cinnamomi, spicæ nardi, croci, myrrhæ, polij, ana drachmas quatuor.
Mellis quod satis est: uidelicet libræ duæ, uncia una, drachmæ duæ, atque sic duplum pondus est.

CRONENBVRGIVS.

Paulus libro septimo capite octauo, omittit Agaricum, chamæpityn, marrubium, opopanacum, & casiam. Nicolaus Alexandrinus capite 412. plane Aëtio subscribit: nemo autem stœchadem admiscuit. Suadeo conficiendam esse ex Aëtio, unde Mesue transcripsit, quoniã dotes habet eximias, ut etiam testatur libro sexto, capite uigesimotertio. Myrepsus uerò aliam ostendit numero de Hieris 24. ex Nicolao Alexandrino acceptam capite 406. quam Præpositus põderibus geminat. Ac quamuis infinitæ fermè hieræ apud scriptores reperiantur, (ueluti paulò pòst attingemus) nos tamen tres solùm manifestabimus, quarum usus futurus sit præcipuus. Prima itaque erit, quæ ab Aëtio, Galeni testimonio, scribitur. Secunda Hiera Logadium. Tertia picra Galeni. Sed nunc amplius his non est immorandum, propterea continenter apposita prima, mox ad alias transeo.

Hiera Colocynthidos Galeni, ex Aëtio cap. 113. lib. 3. secundum uersionem Cornarij, & cap. 117. Montani.

Recip. Pulpæ Colocynthidæ, drach. uiginti.
Scillæ assatæ, agarici, ammoniaci thymiamat. scammoniæ, cort. ellebor. nigri, stœchados, hyperici, ana uncias duas.
Epithymi, euphorbij, ana drachmas octo.
Polypodij sicci, bdellij, aloës, chamædryos, marrubij, casiæ, ana uncias duas.
Myrrhæ troglodyt. sagapeni, croci, aristoloc. longæ, trium piperum, cinnamomi, opopanacis, castorei, petroselini, ana unciam mediam.
Mellis quod sufficit.
Ego commodè libris sex excipio, duplo nimirum mellis pondere. Integra exhibitio drachmæ quatuor, media tres, minima duæ, cũ melicrato. Hactenus ille.

CRONENBVRGIVS.

Similem docet Nicolaus Alexandrinus cap. 409. sed acorus inserta est. Itidem Myrepsus numero 21. pauculis rebus intermißis. Nos frequẽti usu efficacißimam, in ijs uitijs, quæ autor commemorat, inuenimus. Arida omnia in unum ponderata, præter gummi, scammoniam, euphorbiũ, bdellium, aloën, contunduntur, ac cribrantur. Hæc uerò seorsum teruntur, illa aceto dissoluuntur, deinde mellis pauxillum admiscetur, mox reliqua adduntur: postea cum mellis optimi expumati libris sex (tantum ego commodè accipio, licet alij plus:

plus: sed exactam in huiuscemodi mensuram præscribere est difficile, quanquã sub quadam latitudine explicari utcunq; potest) cõprehenduntur, & in usum reponũtur. Porrò cui= cunq; iusta mensura, singulorum dosim imminuere licebit, ut semper mediocri fermentatione efficacior hæc hiera habea tur. Ego triplum superioris compositionis parandum Phar macopolis meis præcipio, atqui medicamentũ à colocynthi de nomen habens, quod nunc ex usu paßim hieram, id est, sacrum uocamus, diuersis (testificante Galeno, de ratione uict. acutorum 2. & de his quos purgare oporteat, cap. 5. & per locos 8. c. 2.) modis constituitur: nam interdum hellebo= rum, interdum scãmonium, subinde alia atq; alia simplicia, iuxta affligentis & expurgãdi humoris rationem, recipit, & omittit: cuiusmodi exempla etiam uisuntur apud Nico= laum Alexãdrinum c. 418. Actuariũ c. proprio. Sunt adhuc pleræq; Hieræ fortißimæ nũcupatæ, Galeno attributæ, quas prudens Lector promptè apud autores uarios reperiet: & in his omnibus diuersa aromata adiecta sunt, ut uulgò ge= nuinæ Galeni descriptiones non reperiantur. Paulus Aegi= neta insuper Archigenis hieram refert, quã pondere discre= pantem habet Aëtius eiusdẽ libri ca. 118. & Alexandrinus c. 419. Idẽ c. 746. Pacchio Antiocho, auditori uidelicet Philo nidis. Catiniẽsis aliã attribuit à Scribonio Largo compos. 106. & Marcello medico antiquißimo quoque descriptam. Quæ autem Iusto autore legitur, Paulo lib. 7. cap. 8. & Aë= tio tertio, capit. 120. pingitur: sed ille casiam, piper album, ac nigrum prætermisit. Myrepsus cum Paulo concordat nu mero quinto tantùm pastillos Theriaces interponens: in se= quenti scriptura nouem simplicia omittit, & polypodium adiungit. Amplius numero decimosexto rebus conuenit, sed ponderibus uariat. Atque parua est differentia in deci=

moseptimo, cum Alexandrino capit. 420. Ad hæc leguntur hieræ Asclepiadæ, Philagrij, Iosephi, Alexandri, Antipatri, Andromachi, Themisonis, Antiochi, Oribasij, Lāponis, Pelusiotæ, Emphyti, Hermetis, Constantini, Auicennæ, Mesues, Ducis, Abbatis, & plerorumque aliorum, ad fastidium usque, quas omnes certo consilio præterire expedit. Sed mirifica Colocynthidos Antidotus non ignorata, propter multiplices effectus, à uetustißimis, ac ideo iure innumeris illustrata præconijs, à nobis diligenter transcripta est, ut omnes posthac Officinæ eam ritè parare queant. Restat sermonem de Colocynthide absoluere. Dioscorides libr. 4. capit. 158. sarmenta ac folia, instar satiui cucumeris, per terram, repentia emittere ait: Latinis Cucurbita syluestris, amara, & Alexandrina: Marcello, diminuto nomine, Cucurbitula: Arabibus, Plantarum mors, & 4. Regum capi. 4. Prophetarum filijs, mors in olla, quando Elisæus ex Colocynthidis frutice pultem illis, per puerum suum apposuisset, Officinis Coloquintida, quibusdam Alhandal, & Alhandahal appellatur. Plinius lib. 20. cap. 3. in satiuam, ac syluestrem, Mesue simplic. cap. 4. in marem & fœminam distinguit. Nos semper fructum, non plantam intelligimus, in Medicinæ usu. Vtilior est pallida, siue potius alba, rara, leuis, exactè matura: siccior autem immatura, nigricansq;, ut uitiosa reprobatur. In agro Bononiensi frequenter uidimus, sed non maturatur. Et hic, & ubique in compositionibus, interiorem medullam à seminibus uacuam accipi uolo, quæ minutißimè conteri debet, ne aliqua eius pars, stomacho, hepati, aut intestinorum anfractibus implicetur: nam cùm sit natura acris, mordaxq; interna loca ulcerat, ac conuellit. Proinde melius est, eam prius mulsa perfundi, deinde exiccatam, in puluerem tenuißimum redigi. Atque

id ſemper Pharmacopolis memoria tenendum, in omnibus etiam pilularum compoſitionibus, quæ Colocynthidam admittunt. Et quantumuis eius conſuetudo, perniciosa inducat ſymptomata, hoc tamen loco formidari non debet, quoniam multis eius malitiam reprimentibus corrigitur, & inſuauitatis pariter mitigandæ gratia, quædam habet admiſta aromata: unde proſus ſacrum medicamen appellari meruit. Sed illi deteſtādi, ac piſtrino digni, qui temerè ac confidenter abſque iudicio, nulla morbi notitia, nulla hominis animaduerſione, nullo uirtutis amore: ſed perditiſſimorum carnificum more, ſemper ferè, & ubique, non iuxta Aëtij doctrinam, ſcriptulos duos, ex duobus mulſæ cyathis: aut iuxta Aeginetæ cenſuram, integram eius drachmam, ſed binas, ternáſue, imò nonnunquam quaternas letali crimine propinantes, mortem inferunt. Quod eò certius cognoſco, quò olim apud quendam ex uulgo medicantium, Gruningæ uocatus, qui minimo aberat, quin ſeſe eiuſcemodi poculo imprudens interemerat: quem poſt fraternam monitionem, ſimul ac acerbam expoſtulationem, ut in poſterum ab arte medica ineptus homo deſiſteret, liberaui. Sed utinam ceu iſte, alij complures, pari inſcitiæ ſcelere polluti, mihi hic acquieſcentes, tandem nocentem & effrenem Colocynthidæ uſum expenderent. At uereor ne tales dedocere, & uelut trāſformare, hac oratione, ſit impoſſibile. Nam quibus ut quos nec principum, nec magiſtratuum autoritas, qui iuſtitiæ ac legum miniſtri ſunt, & uirtutum omnium (inter quas iuſtitia erga proximum optima cenſetur) diſpenſatores, unde præclara illa Solonis ſiue Bizantis ſententia, magiſtratus uirum demonſtrat. Cùm igitur neque ad honeſtatis, neque ad neceſſitatis uſum, confidentes nefarios, & Cercopum cœtum, ac lupi decades, legum ac iuſta guber
nandi



nandi ratio in ordinem cogere queat: neque item ipsi æternæ salutis amore, ab illiusmodi noxia temeritate deterreantur: ego priuatus homo absque imperio, tantum isto humi repente calamo, ab fraudulentis, & malis artibus auertere, aut dehortari poßim? Proinde tales nunc omitto, olim à summo iudice seueriter, pro improbis factis, puniendos. Interea publica detestatione, communiq; odio digni sunt. Transeundum deinceps ad secundam compositionem, quæ Hiera Logadium inscribitur. Sed hic minime prætereunda uidetur confidentia Præpositi, qui mala fide suam ex Alexandrino transtulit: atque illum sequitur, iniuria potius temporis quàm ingenij penuria corruptus, Arnaldus de Villa noua in Antidotario de Hieris: quæ cùm quibusuis manifesta esse possunt, non egent quopiam demonstrante, siquidem lib. de Compos. Pharmacorum capit. 410. hæc ipsa Hiera legitur.

Hiera Logadion Empodiston Nicolai Alexandrini.

Recip. Colocynthidis interioris, polypodij, ana drach. uiginti.

Euphorbij, polij, *coccognidij, id est seminis laureolæ, ana drach. xvij.

**Sic habet interpres, ego potius dixerim thymeleæ semẽ, de quo in pilulis ex mizereo.*

Absinthij, myrrhæ troglod. ana drach. duodecim.

Centaureæ, ammoniaci thymiamat. agarici, folij, scillæ, diacridij, spicæ, ana drachmas decem.

Aloës, comarum thymi, casiæ, chamædryos, bdellij, prasij, ana drachmas undecim.

Cinna

Cinnamomi, opopanacis, castorei, aristol. longæ, piperis albi, nigri, longi, croci, sagapeni, petroselini ana drach. quinque.
Hellebori albi & nigri, ana drachmam unam.
Mellis optimi quod sufficit (pro tota hac dosi esse debent libræ sex constricto pondere, quod ea ratione, duplum fermè erit.) Cõfice diligenter, & repone in dolio uitreo, ac pro necessitate utere.

CRONENBVRGIVS.

Dum uehemẽter in conciliandis hieris laboro, ita tandẽ conuenire mihi uidentur. Prima Myrepsi Hieralogadij scriptura, sect. 23. uniuersa Nicolai Alexandrini ingredientia complectitur, præter thymum, & helleborum album: ex suo tamẽ accumulat elaterium, salem ammoniacum, zingiber, atque hypericum. Affirmarem ex Serapionis prima compositione transcriptam, si coccognidium, ac cẽtaurium quoq; haberet: quãuis idem etiamnũ scordion, epithymũ, amomũ, gentianam, & stœchadem aggreget. Secunda uerò Myrepsi prorsus cum Alexandrino sonat, estq; ex decima ponderum parte contracta: hãc Præpositus nobis tradidit. Tertia itidem quæ numero octauo pingitur, est secunda Serapionis, ex Philagrio accepta, in qua Myrepsus diacridium neglexit, cuius tamen Arabs meminit. His subscribit Nicol. Alexandrinus cap. 413. Cæterùm Pauli altera Antiochi hiera lib. 7. cap. 8. ab Aëtio refertur lib. 3. cap. 116. Alexandrino capit. 411. Serapione Tract. de Antidotis cap. 9. Auicenna lib. 5. summa 1. tract. 2. Hali 10. Practicæ. Placentino de Medicis cap. 7. Priorem autem Montanus in Aëtio prætermisit, quam Cornarius in uersione sua apposuit, ut hinc manifestò

festò

festò constet diuersa utrūque exemplaria(quod in epistola præliminari fatentur)habuisse. Quæ apud Myrepsum sequuntur numero 14.& 15.non minus à reliquis discordant, quàm apud Alexandrinum cap.414. & Actuarium eodem titulo.Præterea Theodoreti Hiera logadion,ab Alexādrino ca.415.ac bis à Myrepso sect.23.inuenitur,quod proculdubio ex Theodorico Serapionis Tract.7.c.9. aut ex quinque eiusdem appellationis Auicennæ li.5.summa 1.Tract.2. collegerūt:in uniuersum tamē uariant. Duo illa apud Paulum lib.7. capit. 11. ad confectionem Anacardinam pertinēt,uelut ipsa inscriptio innuit,sed hanc initio totius uoluminis indicauimus.Superest nunc tertia picra Galeni proponenda.

Hiera Picra Galeni,ex Mesue.

Reci.Cinnamomi,mastichæ,asari, spicæ nardi,carpobalsami,croci,xyloaloēs,casiæ, ana partes æquales.

Quidam addiderunt absinthium, atque alij alia. Aloēs autē sit duplum pōderis omniū.

Hiera magna Galeni,ex Nicolao Præposito.

Recip. Cinnamomi,spicæ,croci, schœnu anthos,asari,xylocasiæ,xylobalsami,carpobalsami,uiolæ,absinthij,epithymi,agarici,rosarū,turbit,colocynthidæ,mastichæ,ana scriptulos duos.

Aloēs ad pondus omnium specierum.

Mel quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Vt uerum fatear, multum temporis & laboris impēdimus

mus, in Hieris explorandis, enumerãdis, conciliandisq́;, tantùm ut rectis medicamẽtorũ parandorũ studijs nunc utroq; ueluti cornu laborãtibus succurreremus: ac dũ huic operæ reuerenter iuxta ac constanter insistimus, examinando Galeni Hieram, non potui usquam eiuscemodi scripturam inuenire, nisi apud eos, qui ex Galeni monumentis sese eã descripsisse testificantur. Itaque Nicolaus Alexandrinus cap. 405. & 428. Myrepsus numero 7. Galeno autore, tradũt, ad eum planè modum, quo Præpositus manifestauit. Frequentes insuper aliæ, eidem paßim attributæ Hieræ, non leguntur sanè in illis uoluminibus, quorũ etiamnum copia apud nos extat, sed omnino ex sex aromatis, & aloës plus minus drachmis centum, sicut mox dicemus. Proinde inquisitione dignum est, cur tam multæ illius titulo circumferantur, quæ in ipso non inueniantur. Ac quamuis notißimæ pariter ac familiarißimæ sint hodie Pharmacopolis, attamẽ adeò deprauatæ habẽtur, ut attentum exposcant Medicum, qui eas tutò ac feliciter in usum uertere uelit. Cæterùm ut recepta iãdudum à Medicis penè omnibus, & Officinis consuetudo tollatur, transcripsi huc utranque compositionem. Priorem medicantium turba uocat simplicem, aut de octo rebus. Alteram magnam siue compositam. Et hic cùm illorum cæcitatem, ac in nobilißimo pharmaco isto, ignorãtiam animo uerso, & rei indignitatem, hoc est, Galeno autori præcipuo (nam inuentorem dicere non queo, cùm multis ante eum annis celebrata sit, ut ex lib. 2. Pharmacorum per locos colligo) illatam iniuriam mecum perpẽdo, non possum non proclamare, ô cœlum, ô terra, ô maria Neptuni, quò istos magnus deduxit Galeni, & genuini autoris contemptus, & ueræ lectionis neglectus? Et in qua Medicorum familia hos præclaros (si dijs placet) Hierarum

compo

compositores nobis productos dicam? qui illius uerba, tam absurda additione corrumpere sint ausi, magno, prò scelus, mortaliũ exitio. Atqui ut maximè illis permittamus appellandi libertatẽ, tamen corrũpendi aut inuertẽdi arbitriũ, id uerò neutiquã concedendũ. Nec hic uideo ullũ excusationi dari locum, ut uulgò plerunq; solet, nimirũ hoc à sciolis immutatum, hoc ab imperito adiectum, hoc typographi incuria uitiatum, illud temporis iniuria deprauatum, illud uerbis diuersum, re tamen idem, atque id genus alia: quoniam audaci confidentia, & confidenti audacia, uulgarium Antidotariorum scriptores eadẽ loquuntur. Vnde aliud in animum meum inducere non possum, quàm illos compositores, cum omni exercitu, ac ducibus suis, Serapione, Auicenna, Mesue, Præposito, Arnaldo, Placentino, & eiusdem farinæ pluribus, uoluisse Galeni sacrum medicamentum peruertere. Etenim quorsum addere, siue demere quicquam attinet, quando Galeni autoritate celebratum iri uolumus? Aliàs non huius, sed Rhazis, Serapionis, Auicẽnæ, aut Mesuæ, aut Præpositi dicatur. Vbi quæso unquam simili dictione eam scripsit Galenus? ubi carpobalsamum, xyloaloẽn, casiam, pharmaco simplici admiscuisse legimus? ubi absinthiũ, uiolas, agaricũ, Turbit, in suũ medicamen coniecisse uidemus? idemq; cõpositũ appellasse? Deniq; ubi duplum ex aloë põdus apposuisse tantùm deprehendimus? Imò Mesue c. de Aloë, Galenum ex sex aromatibus cũ aloë componere, testatus est. Sed ne huiusmodi diutius tẽpus teratur uerbis, nunc Galenũ ipsum Cornarij opera latinè loquentem, audiamus li. 2. de compos. pharmacorum secundum locos c. 1. in hunc modum: Optimum remedium est (de caput dolentibus ex stomacho scribit) pharmacũ ex aloë (nam hãc gratam stomacho, ut si quid aliud, 6. simplic. testatum reliquit) quod aliqui

picram

picram siue amarum, aliqui hieram, id est, sacrum ex aloë appellant, inq; eius compositionem, aloës drachmas centum cõijciunt, & sex uniuscuiusq; reliquorum, quorum etiam sex numero existunt. Præstantißimum autem fit pharmacũ, ubi minus de aloë additur. Visum nanq; mihi est, nimiam eius copiam centum drachmas esse, ad proportionem reliquorum, quibus hæ adduntur. Quapropter etiam per xc. drachmas, ipsum composui, & per lxxx. Quin & per pauciorem aliquando crocum, quia quidam ex eius usu capite læduntur, quod ipsum ex solo croci odore perpetimur. Quare optima eius fuerit cõpositio, quæ ex aloës drachmis nonaginta, & croci drachmis quinq; constat, qua ego utor. His uerò, qui neq; croci odorem citra molestiam ferunt, sed statim capite replentur, ex quatuor croci drachmis, pharmacũ compono. Et rursus 7. methodi: Aloë non elota, ualentius euacuat, elota uacuat quidem minus, sed roborat uentrem magis. Expedit ergo paratam habere, quam omnes Medici picram, id est, amaram uocant, atq; hanc dupliciter confectam, ex aloë elota, & non elota: admiscentur autem huic,

Cinnamomum, xylobalsamum, asarum, spica nardi, crocum, Chia mastiche. sunto autem horum cuiusque drachmæ sex.

Vnius aloës drachmæ centum.

Tradit quoq; eandem dictionem 6. de Sanitate tuenda, & lib. de Ratione curandi, per sang. mißionem. Superioribus concordat Andromachi scriptura ab eodem relata cap. 2. de compos. pharmac. per loca, tantùm florem iunci odorati, id est, schœnu anthum superaddens. Eandem aßignat Oribasius libro Curationum, cap. de Mensibus prouocandis. Paulus insuper lib. 7. cap. 11. (non dubium mihi, quin ex Alexandro Tralliano scriptam lib. 7. cap. 10. ad finem) & adhuc

Actuarius cap. de Coniunctis humoribus purgandis. Aëtius quoq; hanc ipsam lib. 6. ca. 45. probat. Et ex Themisone transpositam uehementer prædicat lib. 6. cap. 10. atq; 9. cap. 10. quemadmodum etiam Galenus noster 8. de comp. medic. lib. cap. 3. in nullo à sua discrepantem, nisi quòd Themison loco xylobalsami, carpobalsamum ponat, & pro drachmis sex, unciam integram collocet, quemadmodum integrè legimus apud Auicennam lib. 5. Tract. 9. Vnus Scribonius cõpos. 110. ad Antonium Musam, reducit. Nunc quis obsecro æquus censor, audito ipsius Galeni, siue Andromachi, siue Themisonis testimonio, compositores nimis in barbaros medicos propẽsos, ac credulos mecum non calumnietur? Certè consultius fecissent, ac maiorem sibi laudem comparassent, si nihil in Galeno, plurimisq; alijs mutassent. Porrò Præpositus hanc ex Nicolao Alexãdr. mutuauit, qui eandem lib. Pharmacorum cap. 405. & 428. ad uerbum, absq; alicuius autoris mentione memorat. Vnde conijcio eam ipsam non esse Galeni, quod ueritas comprobat, alioqui huius nomen non subticuisset. Myrepsus quinq; hieras, Galeni autoritate, recensens sectione 23. in nullo cum alijs concordat. Atq; hactenus quæ dictu necessaria, ac reprehensione utilia de hieris uidebantur, explicuimus, nam in omnibus tabernis calumniam atq; iniuriam planè adeò grauem passæ sunt, ut nullo pacto iam amplius, dum medicina pristinum nitorem recuperare, iterumq; reuiuiscere cœpit, tolerandam esse arbitrarer. Itaq; ueram lectionem reducere uolui. Sequens nunc est, ut qua arte ritè isthæc parentur, edoceam. Proinde Galeni instituto insistens, ex drachmis centũ aloës dupliciter paro, nempe ex lota, & nõ lota aloë. Cribratã igitur hanc, exactißimo studio (ut uis huius, sicut aliorum hieram ingredientium, in angustos uentriculi partiumq; uicinarum meatus penetret) & aqua pluuia,

pluuia, aut fontana purißima sufficienti lotam, itidem rudicula siue spatha lignea, aut ferrea, in patina terrea uitrata agitatam, ac postquam subsederit cõuenienti tempore excolatam, & sub caniculæ æstus resiccatam accipio: postea eam ipsam aquam, quæ ab aromatis excolata est, affundo (aromata autem sex illa suprà adscripta intelligo) quæ in craßiusculas partes cõminuta, in ollam nouam conijciuntur, & aqua fluuia perfusa, donec dimidiũ superſit, coquuntur: hac colatura aloën denuò lauo (ut id quod inutile & crassum est, subsidat) in sole deinde rursus sicco, sed quãdo è patina eximo, paululum tepefacio, mox tero, & sex illas species tenuißimè tritas mistasq́;, mellis expumati libris medicis tribus, duplo nimirum pondere excipio, ac in usum repono, secundũ Galeni doctrinam præbens. Illotam uerò tritamq́; aloën, & simplicia reliqua, seorsum ab illa in puluerem redacta, cũ melle misceo, ac in formã pilularũ fingo: quas loco Elephanginarum, & hieræ ab Officinis dictarum, magno ægrorũ fructu, exhibeo. Quin & pulueris eiusdem portionem reseruo, pro balanis formandis, aut per se, cum liquore propinandã. Dicebat excellentißimus Dn. Curtius, ueluti ueteres hieram melle, ita se caßia recenti eam propinare. Iuniorum quidam Galenum imitari uolentes 6. de Valetud. seruanda, cinnamomum duplicant: quoniam uulgare nostrum, casiam uerè existimant. at ego exquisitißimum suadeo deligendum.

Baptista Montanus, doctißimus iuxtà ac eloquentißimus apud Italos medicus, uice xylobalsami, cubebas ponebat. Quidam suprascriptæ cõpositioni, æquale pondus trochiscorum ex agarico admiscent, nimirum drachmas sex: & tũc pilulas ex hiera cum agarico uocant: sed de his, peculiari sermone lib. sequenti. Ego tamen uolo discrimen esse uerum inter has, & Galeni picram. Iam tempestiuũ est, contractis huius libri

uelis quiescere, tantùm addens de Aloë.) Dioscorides 3. ca. 22. duo succi eius coacti genera constituit: unum arenosum, quod sedimentum purißimæ aloës esse uidetur, alterum ad hepatis imaginem uergit. Optima est aloë, boni odoris, myrrhæ æmula, syncera, quæ nihil doli sensit, nitida, arenarũ & calculorum expers, ex rubro colore rufa, friabilis, ac iocinoris modo concreta, facilè liquescens, eximiæ amaritudinis. Improbatur nigra, obscura, dura, & fractu contumax. Conueniunt omnes, ex India probatißimam adferri, quamuis in locis alijs maritimis idonea nascatur. Officinis nostris tria succorum genera nota sunt, primum & optimum dicitur Succotrinum, alterum hepaticum, tertium caballinum, ueterinariæ medicinæ magistris familiare, omnium uilißimum, utpote nihil aliud quàm ipsius aloës genuinæ sordes, ut ego equidem reor. Nescio autem quomodo illæ secus, quàm Dioscorides, eius genera enumerent, nisi ex Auicennæ simplicibus, cap. 66. & Mesue, eiusmodi dissensio sit orta. Ego non semel in Italia, herbam omnibus ijs notis, quas illi autores attribuunt insignitam, & hyeme insuper uirentem olim conspexi, eminentioribus ædium locis sub diuo expositam, quanquam isthic à natura genuina desciscere, & insignem amarorem remittere censeretur. Imò apud nos quidam in fenestris, ad uulgi admirationem (quoniam incrementum extra terram recipit, ac semper uiridis, dictu mirum, permanet) suspendunt. Idem ante annos uigintiquinq; à Gottefrido Seplasiario Louaniensi factum uidi, dum cum eo habitarem: & superiori quoq; anno, quando hæc commentaremur, eximius Doctor Ioannes Echtius in horto suo collocauerat, atq; nos plantam in hypocausto etiamnum habemus. Sunt qui Semperuiuum marinum nominent. De ea copiosè Galenus 6. Simplic. Plinius 27. cap. 4. cui foßilis quædam aloë uisa uidetur,

quam

quam uelut improbam, propter nigrorum, & abundantem humiditatem, reijcit. Ac purgantium medicamentorum ratio, summatim ita se habet, progrediendum nunc ad Catapotia: itaq; quartus liber hic finem sortiatur.

Libri Quarti de compositione medicamentorum Finis.

LIBER QVINTVS,

DE COMPOSITIONE

Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



QVINTVM *librum de componendorum medicamentorum artificio orsurus, ea denuò repetam, quæ à nobis superioribus libris (quantum mediocris ingenij nostri qualitas patiebatur) tradita sunt. Primo itaq; Antidota & Electuaria nunc uocata complexi sumus: secundo conditurας, conseruas, Rob, Locoh, & quæ ijs propinqua existunt: tertio Syruporũ multifaria genera, eorundemq; parandorum modos edocuimus: quarto Cathartica seu purgatoria, & quæ sæpe incidant incautis pericula monendo absoluimus. Iam deinceps pilularũ (quas Græci coccia, quasi granula, ac catapotia uocant) cõpositiones, eodem ordine exponam. Dicta autem sunt ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare, deglutire uel bibere: quoniam id genus nec editur, nec lingitur, nec diluitur, sed integrè usurpatur, sicut testatur Scribonius Largus compos. 87. ac Marcellus, uir illustris & Medicus cap.* Medicam. 16.

Romani globulos orbiculósue, pilulas pronuntiãt, ab orbiculari facie, & diminuta pilæ forma. Q. Serenus glomeramina uocat, his uerbis cap. 55.

Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus
Clausa aries, inter geminæ coxendicis umbras.

Excogitata potißimum sunt, Actuario autore, in uentris deiectionibus, ne sensum sui deglutiendo præbeant, néue stomachus adscititijs grauetur humoribus, quotidianis satis onerátus. Cum itaque à longinquis humorem aliquem, præter naturam educere uolumus, ea exhibemus suaui quopiam puluere ex ratione conspersa, aut auri siue argenti folijs tecta, aut cum syrupo, pro multiplici scopo. Conseruantur etiam melius ac diutius specierum pulueribus, debētq; per craßius cribrum traijci, ut eorum substantia in uentriculo manens longius, ex partibus distantibus potentius trahat, & expurget. Damnantur temporis longitudine, consumpto nimirum genuino succo. Serapio ad sex menses durare scribit Tract. 7. cap. 34. Porrò quãdo nõ ex istis uerbis cõparetur catapotiorũ construendorũ peritia, sed ex uera eorundẽ scriptura, congruũ est eam persequi, sumpto à pilulis ex agarico, exordio.

Pilulæ ex agarico Mesuæ.

Rec. Agarici drachmas tres.
Radicis Iridis, praßij, ana drachmam unam.
Turbit drachmas quinque.
Hieræ picræ drachmas quatuor.
Colocynthidos, sarcocollæ, ana drach. duas.
Myrrhæ drachmam unam.
Excipe cum robub, id est, sapa.

CRONENBVRGIVS.

Idem autor ca. de asthmate ex ijsdem construit, licet quædã

sit

ſit ponderum diſsimilitudo. ſimiliter Myrepſus nume. 109. Serapion Tract. 2. cap. 24. Rurſus 7. cap. 17. titulo pilularũ quæ abſtergũt pectus, ac paulò poſt has facit nouã miſturã priori diſsimilem. Auicenna lib. 3. ca. 40. myrrham prætermittit. Re uera hic locum habet Comicum illud, Vnum noris omnes noris: adeò ſimiles retinent labra lactucas, bisq; per omnia dicunt Arabicæ medicinæ proceres. Cæterùm hodie omnium confeßione Meſues deſcriptio paratur, quapropter eandem interpretari expedit. Vt autem uſitatum hactenus morem, ne nunc quidem deſeram, neceſſariam ingredientium declarationem adſcribam, idq; ea breuitate, quam compoſitionis perſpicuitas poſtulat. Lego principio.

Agarici.) Dioſcorides (hunc ob uetuſtatem lubenter primo loco citamus) duo eius genera conſtituit 3. cap. 1. unũ maſculum, fœmininum alterum, quod illi præfert, & plantæ radicem, aut ut fungũ in arboribus naſci ſcripſit: quare huic incompertum eius fuiſſe ortum intelligi poteſt. Fuit autem in Sarmatia urbs & amnis Agarus, unde agarici radici ſiue fungo datum nomen. Galenus ſexto Simplicium, & Paulus libro ſeptimo, capite tertio radicem truncis innaſcentem uocant. Plinius uerò decimoſexto uolumine, cap. nono profuſius pingens, fungum candidum, odoratum, antidotis efficacem, in ſummis præſertim glandiferis arboribus naſcentẽ, noctuq; relucentem aſſerit. Præſtantißimum in pleriſq; Italiæ locis larici innaſcitur, quamuis ex Aphrica paßim ad nos perferatur. Sed non multum refert, quo loco aut creſcat, aut unde uehatur, modò notas bonitatis repræſentet. Paulus docet eligendum albißimum, frangibile, minimè lignoſum aut perforatum. Ego ex alijs quoq; addendum cenſeo leuißimum ac rarum ualde: Nigrum, denſum, durum, graue, & quod in fragmentis ſuis, uelut fila neruorũ habet, autores improbãt.

Vnde eiusmodi, inter noxia medicamenta, reposuit Dioscorides lib. sexto, cap. 32. Mesue ait, quatuor annos seruari posse, alij quinque, cum dauco, libystico, polypodio. Cocturam, ac trituram mediocrem fert.

Hieræ picræ.) Intellige Galeni compositionẽ, quoniã hãc ipse Mesue, ut præstantionẽ reliquis, ante alias scripsit.

Sarcocolla.) Lachryma, siue gummi est (testificante lib. 3. cap. 81. Dioscoride) arboris Persicæ, pollini thuris similis, rufa, gustu amara: Galeno 8. simpl. & Mesuæ cap. 18. emplastica, sine morsu siccans: quanquam Plinius lib. 13. cap. 11. albam ruffæ præferat, sicut etiam 24. cap. 14. ubi uetustate multum nigrescere ait. Nomen, à glutinandis carnibus, apud Græcos inditum, quod seruauit. Iidem non nisi foris utebantur, Arabes etiam intus ad pituitosos, & alios crassos humores educendos, cuius rei gratia, hic à Mesue additur: cui quoque lacte asinino, ad quinque dies, nouo semper affuso, nutritur ad correctionem. Alijs insuper muliebri recenter mulso, pòst aqua rosarum dissoluitur. Vera est inuentu admodum rara, & puluerata, adulterij suspecta: ob id consultius erit, eam integrè emere, & gustu amaroris periculum facere, ut dolum facilius effugiamus.

Robub.) De eo, in Rob ex Ribes transegimus, proinde si memoriæ inhærent, quæ ibi dicta sunt, non est opus denuò repetere: sin minus, illinc huc transferre commodè licebit. Et hæc quidem ad istarum pilularum conficiendarum institutum, attinent, commonefactis insuper lectoribus, ut ingredientia rectè in puluerẽ uertantur: non enim tam exactè conteri debent in pilulis formãdis, quàm in electuarijs. Attamen Colocynthis exquisitissimè puluerari debet, ne partes transitu ulcere lædat: similiter sarcocolla, & myrrha per se. Et si quis cum melle expumato hanc massam compingat: non

erit

erit à ratione alienum.

Pilulæ aggregatiuæ Mesues.

Rec. Myrobal. citrinarum, Rauedsceni, ana drach. quatuor.

Succi * eupatorij, & absinthij, ana drach. tres.

Scammoneæ Antiochenæ coctæ in pomo drach. sex.

Myrobalanarum chebularum, Indarum, agarici, colocynthidos, polypodij, ana drachmas duas. alij .3. iij

Turbit boni, aloes, ana drach. septem.

Mastichæ, rosarum, salis gemmæ, epithymi, anisi, zingiberis, ana drach. unam.

Electuarij rosarum quantum sufficit, ut compingantur.

*Intellige eupatorium Mesuæ.

CRONENBVRGIVS.

Quanquam Mesue in suo compositionum catalogo, præter hanc continuò duas insuper alias descriptiones, maioris ac minoris titulo, doceat: atque ab ijsdem etiam discordantem aliam Auicenna lib. 5. summa 1. Tract. 9. attamen hæc omnium præstantißima efficacißimaq; iudicatur: quare nos quoque eandem parantes paucorum uocabulorum expositionem, & usum hic subijciemus.

Succi eupatorij & absinthij.) *Hoc loco præmonendum, Eupatorium uerũ, esse agrimoniam uulgarem, secundum omnes Dioscoridis notas, quanquam alij pulicariæ speciem constituant, ut suprà in Syrupo ex Eupatorio indicauimus. Extrahẽdorum autem succorum ratio, huiuscemodi esse debet: incisis ac contusis herbarum folijs molliusculis, ac tota simul eorundem substantia lineo sacculo indita, tor-*

culari mox perquàm diligenter premantur, donec id quod dilutũ est, effluxerit: mox luculẽto igne fumiq; experte (qualis est ex prunis constans) uulgatissimo apud omnes Seplasiarios more, per colum laneum coletur, ut crassum omne, quod feci in uino, & amurcæ in oleo, proportione respõdet, separetur. Postea hi succi, & alij eiusdẽ generis omnes, ad solem æstiuum siccentur, & ita postremo tum hic, tum alibi, usui accommodentur. Nam quemadmodum diu per se aridi conseruari non possunt, ita etiã cum melle repositi, languẽt: proinde media quadam cõsistentia his uti oportet. Seorsum uerò terãtur scammoniũ, colocynthis, aloẽ, mastiche, sal gemmæ, bene diligẽter. Agaricus cribretur, & reliqua, iusta doctrina: tandẽ simul mista, cum electuario rosato, in massam elaborentur. Intelligo autẽ nõ id quod Præpositus, sed quod ipsemet Mesue inter electuaria sua refert. Alia ingredientia alibi sunt dicta. Iacobus Syluius in Mesue, ac Musa Brasauolus in examine catapotiorum, hoc loco prauum exẽplar sequuti uidentur, ut qui ter secus, quàm nos, ex uetustis codicibus pondera instituerint. Myrepsus easdẽ retulit titulo, ad omnes affectus præstantes, numero 106. intermisit tamẽ succum Eupatorij, absinthij, aloẽn, & anisum.

Pilulæ Arabicæ Præpositi.

Rec. Aloẽs uncias quatuor.
Croci, drach. unam.
Bryoniæ, myrob. citrinarũ, bellíricarum, Indarum, chebularum, emblicarum, Mastichæ, diacridij, asari, rosarum, ana unciam unam.
Castorei drach. tres.
Excipiantur succo fœniculi.

CRON

CRONENBVRGIVS.

Easdem aßignat Gilbertus Anglicus cap. de Arthritide: sed ad præsentia, hoc solũ dixisse sufficit, istas rarò in usu haberi, tamen pro componere uolentibus, ex Præposito huc trãscripsimus, ubi id animaduertere oportet, ut aloë, mastix, diacridium, crocus, singula seorsum tenuißimè terantur, & per colum traijciantur: deinde cætera ex ordine. Porrò si solo succo massa formetur, promptè soluitur, friatur, & canescit: proinde satius est oleo rosaceo manus oblinere, atque ita bene concussam massam formare & comprimere.

Pilulæ aureæ Myrepsi.

Rec. Aloës flauæ, diacridij, ana drachmas quinque.

Rosarum, sem. apij, ana drachmas duas, & semissem.

Anisi, fœniculi, ana drachmam unam, & semissem.

Croci, interior. colocynthidos, hieræ picræ, ana drachmam unam.

Cõprehendãtur aqua infusionis tragacãthæ.

CRONENBVRGIVS.

Has scribere placuit ex Myrepso, quoniã longo usu, Præpositi nomine, Officinis uniuersis cognitæ fuerunt: & ubi in uulgatis codicibus mastiches, hic picræ haud ineptè legitur. Nicolao Alexandrino cap. 807. pondera omnia sunt duplicata. Nec moueri quispiam debet apud Mesuen legens binas descriptiones pilularum Turbit, ubi priorem Aureã uocat, præter communem planè consuetudinem. Etenim nemo eas tali nomine cognoscit, quem tamẽ imitari uoluit Bertrucius cap. suæ praxeos, de Actione læsa digestionis stomachi. Cur

aureæ denominatæ ſint, nihil refert inueſtigare, & curioſa nimis eſt Præpoſiti, ac Arnaldi Villanouani opinio qua iſtas ita inter alias excellere, ſicut aurum inter metalla, autumăt. Ego autĕ nominŭ cură negligere uolo, quod non ſemel in ſuperioribus ſum teſtatus, quoniă non in eiuſmodi rerŭ notitia cŏſiſtit: imò appellatiŏis uſus, neq; obeſſe neq; prodeſſe quicquam poteſt, uerùm ſi in facultate aut conſtructione error accidat, hinc ingens ægrotis malum prouenit. Hic obiter attingam, *quod ſcire eſt operæpretium, ut aloë, diacridium, colocynthis, ſingula ſeorſum terantur, ſed poſtremum hoc, forcipe minutim diuidatur: poſtea alia tundantur, demùm ſimul miſta, cum gummi roſacea aqua diſſoluto, cŏprehendantur.*

Pilulæ Azaieret Auicennæ.

Rec. Pulueris hieræ picræ Galeni, unciam unam.
Maſtichæ, myrob. citrinarum, ana unciam mediam.
Aloës hepaticæ uncias duas.
Fiant pilulæ, cum ſyrupo ex ſtœchade.

CRONENBVRGIVS.

Hanc doſim ex Auicenna lib. 3. Fen. 3. Tract. 1. *cap.* 29. *de Canonibus uniuerſalib. curat. excogitarŭt* Montagnana, & *Gentilis illius commentator.* Et *quoniam nihil hic eſt obſcuri, ideo ad alias propero.*

Pilulæ Alephanginæ Meſuæ.

Rec. Cinnamomi, cubebæ, ligni aloës, calami arom. macis, nucis moſchatæ, cardamomi, garyophyllorum, aſari, maſtichæ, ſchœnanthi, ſpicæ, carpobalſami, ana unc. unam.
Abſinthij ſicci, roſarum, ana drach. v.

Terantur cōtritione grossa, & fundantur super ea, aquæ libræ xij. coquantur ad cōsumptionem duarum partium: deinde fricentur manibus, colentur.

Accipe aloës succotrinæ bonæ leuissimè, & exquisitè tritæ libram unam. Lauetur in scutella lapidea uitrata cum aqua pluuiali frequēter, deinde exiccetur, & affunde ipsi aloë, expressionis prædictæ circiter libras duas: maceretur aloë, & in sole, aut supra aut intra fornacē, urgente necessitate, siccetur, donec humorem imbiberit. Tunc admisce myrrhæ, mastichæ, ana drach. v. croci drac. tres. Tere diligenter: temporis uero progressu, reliquū superioris decocti colati immisce, subinde sursum ac deorsum agitandō, in sole uel hypocausto, donec marcescāt. Ex hac pasta parum tepefacta, formentur pilulæ.

CRONENBVRGIVS.

Nulla est Officina, quæ non has, superiori doctrina, paret, uocanturq; subinde ex aromatibus. Myrepsus sect. 32. numero 10. & 12. proximior est Mesue, quàm Serapion duabus compositionibus pilularū de Aloë, cum multis speciebus: & Hali 10. Practicæ. & 7. de inordinato appetitu. Certè omnes permagnam cum hiera Galeni obtinent affinitatem, nam quemadmodum hæ potißimùm ex aloë lota, ita hiera quoq; ex eadem cōstruitur, sicut fusius, quando de hieris sermonem faceremus, exposuimus. Galenus autem non tam operosam, quàm Mesue descriptionem refert, sed tantum ex sex rebus, & aloë: cui non dißimilis est pilularum ex hiera constructio,

quam

quam inferius attingam, hoc solùm mutato, quòd hæ ex lota, illæ ex non lota aloë conficiantur. Cæterùm hodie Pharmacopolæ constanter Mesuen imitantur, sub canicula solis feruore parantes, unde longo tempore opus est, priusquam à diuturna consuetudine illius æmulatores dimoueantur. Formetur massa, antequam aloë, cum istis postremis (quæ per se ducantur) siccetur.

In pilulas ex Benedicta.

CRONENBVRGIVS.

Hæ ex compositione purgatorij ipsius, in tabernis conseruantur, in gratiam potißimùm eorum, qui pilulas transglutire, quàm ipsum medicamentum assumere malint. Ego uerò, ut suprà quarto libro, ita hic quoque Alexandrinum imitor. Consulant eundem locum Lectores. Et quando eadem cōpositio ex superioribus euidens omnibus est, ideo eam prolixius repetere nolo: tantùm memoria quis complectetur, quæ isthic sunt dicta. Consequens est, ut ad cocchias nuncupatas transcendam.

Pilulæ Cocchiæ Præpositi, ex Galeno.

Rec. Aloës, absinthij, pulpæ colocynthidæ, scammoneæ, ana æquale pondus.
Mastichæ, dimidium unius prædictorum.
Confice succo fœniculi, uel absinthij, uel solatri, & fac pilulas, dentur secundum quantitatem uirtutis.

CRONENBVRGIVS.

Hæc catapotia quidam à Coccos, id est, à capite: alij melius à magnitudine grani (quod κόκκον dicunt Græci) ita appellari putant, quod scire non admodum refert. Sed hæc ipsa iam olim celebria, & laudata fuisse, atque ob id, omnibus

bus medicinam factitantibus notißima, maximè Rhazæ 9. ad Almanſorem cap. 1. autoritate, uulgatißimum habetur. Serapion eundem citans Tract. 7. cap. 17. ac Ioannes Meſue, Rhazæ cocchias aßignat cap. de ſolutiuis, in frigida ac phlegmatica ſoda. Similiter Præpoſitus, & omnes, ex Galeno per Locos 1. cap. 1. tranſcripſiſſe uidentur. Ab his diuerſas recitant Arnaldus de Villanoua, in Antidotario ſuo, Bertrucius cap. de Actione læſa digeſt. ſtomachi, & Ioannes Vigonius libro octauo, cap. 20. ſed ſatius eſt, omißis iſtis omnibus, Rhazæ contextum obtinere. Officinæ capitales interpretantur, ego malim cephalicas.

Pilulæ Cocciæ Rhazis.

Rec. Pulueris picræ, drach. decem.
Colocynthidæ drachmas tres, & tertiam, id eſt, ſcriptulum.
Scammoneæ drachmas duas, & ſemiſſem.
Turbit, ſtœchados, ana drachmas quinque.
Fiant pilulæ, & ſunt doſes decem.

Annotatio.

Eaſdem ſcripſit Myrepſus initio pilularum, titulo ad dolorem uentris & ſtomachi: ſimiliter Placentinus 19. de Medicinis. Porrò nulli dubiũ eſſe debet, quin Rhazis picra hoc loco admiſceri oporteat, quam ipſe eodem libro cap. 64. ſcribit his uerbis:

Hiera picra Rhazis.

Rec. Puluer. roſarum rub. ſpicæ, maſtichæ, xylobalſami, carpobalſami, cinnamomi, xylocaſiæ, aſari, ana drachmam unam.
Aloës cicotrinæ uncias duas,

Singulis ad artem exactissimè tritis, & per cribrum decussis, in usum se ponantur.

Excipiendæ uerò sunt pilularum species ad artem tritæ & cretæ syrupo absinthij, & in unum globū conformandæ, ex quo postea pilulas, cum iudicio, propinare oportet, quoniā uehementer fortes existūt: unde supra drachmā, earū dosis, id est, iusta ponderis exhibitio, augeri non debet. Aliàs uix tolerabiles torsiones, ac stomachi peruersionem inferunt.

Pilulæ communes Rhazis.

Rec. Aloës unciam mediam.
Croci orientalis, myrrhæ purissimæ, ana drachmas duas.
Cum uino optimo, fiant pilulæ.

CRONENBVRGIVS.

Melius cohærent, ac diutius seruantur, syrupo limonum, aut citreorum subactæ. Multum liquoris non admittunt, ad massam conglutinandam, quoniam facilè dissoluitur, & liquescit aloë, ideo leui occasione emplasticæ euadunt. Has ponit autor 4. ad Almansorem, cap. de Pestilentia, & dicuntur cōmunes, seu pestilētiales, quoniā cōmuniter tēpore pestiferæ luis sumūtur. Practici libri penè omnes, ad eum modum formāt. Inuētoris nomine Rufi, alia est cōpositio, ab ea, qua hodie isto nomine utūtur: siquidē Rufus crocum nō habet, sed pro eo, guttam ammoniacā. Differūt itidem forma, quia hæc potio fuit, illa in pilulis digesta, ut manifestò Paulus libro 2. cap. 35. demonstrat. Eius uerba, si quis fortè requiret, sunt.

Aloës partes duæ.
Myrrhæ pars una.
Guttæ ammoniacæ partes duæ.
Hæc in uino odorato contrita, instar dimi-

dij cyathi, exhibentur quotidie. Haud noui, inquit Rufus, qui post hunc potum, pestem non superauerit.

Scripturam hanc ceu genuinã ac ueram probat, ac confirmat Manardus Ferrariẽsis lib. epist. 5. & 18. epist. 1. Officinæ populariter ex Aloë, croco, & myrrha concinnant. Auicenna li. 4. Fen. 1. cap. 5. & Mesue de Febrib. ca. 6. absq; ponderum determinatione innuunt, quos uulgus æmulari maluit, quàm Græcos artis inuentores clarißimos. Nescio quo exemplari usus sit Myrepsus, dum admodũ multis rebus locupletarit, nume. 32. & 83. sect. 2. Porrò Ioannes de Vigo lib. 8. cap. 20. multò à prædictis dißimilem, ac nobis inusitatam tradidit. Ego utranq; compositionem huc reposui, ne quem offendam: parent seplasiarij, ex Medicorum uoluntate, quamuis præcognoscam nostratia palata nunc delicatiora esse, quàm ut grauem ammoniaci uulgaris odorẽ perferre uelint. Hæc breuiter Lectori sint notata.

Pilulæ è Cynoglossa Mesues.

Recip. Myrrhæ drachmas sex.
Thuris drachmas quinq;.
Opij, hyoscyami, ana drachmas quatuor.
Croci drachmam unam, & semis,
Radi. cynoglossæ drachmas quatuor, & mediam.

CRONENBVRGIVS.

Hanc compositionem recẽset Mesue, in Antidotario suo: plures euariãtes habentur cap. de cura catharri. Trallianus lib. 5. cap. 4. Thus & crocum: Myrepsus numero 22. hoc incuria opinor omisit, quoniam eximium correctorium est narcoticorum. Bononiẽses Medici Præpositum imitantur,

qui ſequenti doctrina parat.

Recip. Cynogloſſæ, opij, ſem. hyoſcyami, ana drachmas quatuor.
Myrrhæ ſex drachmas.
Olibani drachmas quinq;.
Garyophyllorum, cinnamomi cozumbri, id eſt, fæcis, ſtyracis liquidæ, ana drachm. ij.
Excipiuntur aqua roſacea.

Reuera in omnibus codicibus, magna eſt huius deſcriptionis turba, ne dicam inſolentia, quæ ſubinde aliquot in profundum ſomnũ præcipitat, aut uerius perpetuo ueterno obruit. Proinde ſi unquam alibi, ſanè hic induſtrium, atque meticuloſum eſſe oportet Medicum, ne pro ſopore, mortem imprudenter accerſat. Itaque diligenter, quem in hiſce parandis pilulis autorem Officinarij ſequantur, inquirendum, ut omnem inſcitiæ occaſionem, & calumniam pariter refugiat, ac ægri ſalutem opportunè tueatur. Alio nomine pilulæ, ad omnes morbos catharri, inſcribuntur. Ego autem ſequentibus utor, tanquam ſecurioribus.

Recip. Olibani, maſtichæ, ana drachm. duas, & mediam.
Opij, hyoſcyami, ana drach. unam, & mediam.
Radic. Cynogloſſæ drachmas tres.
Cinnamomi drachmam unam.
Garyophyllorum, galbani, ana ſcriptu. unum.
Conficiantur ſucco expurgato abſinthij.

Quod ad uocum expoſitionem pertinet, aliubi aut diximus, aut dicemus.

Pilulæ ex Eupatorio maiores Meſuæ.

Recip. Myrob. citrinarum, ſucci eupatorij, & abſin

agrimonii dioscoridi

absinthij, ana drachmas tres.
Rauedsceni drachmas tres, & semissem.
Mastichæ drachmam unam. Croci drachmã mediam. aloës bonæ, drach. quinque.
Confice succo endiuiæ, uel aqua casei.

CRONENBVRGIVS.

Præstantes sunt in autumnalibus febribus, regio morbo, lienis, iocinorisque obstructionibus: quo etiam nomine mihi in usu habentur, & idcirco hic adscribendas iudicaui. Idem *autor continuo sermone minores indicat, quas memorant* Serapion *Tract.7.cap.17. &* Auicenna *5.summa 1.Tract.9. simili prorsus dosi, præter* Rauedsceni. *Species ingredientes suis locis ostendimus, ut unusquisque paruo labore, ex* Indice *discere potest.* Melius *cohærent, & minus exuccæ fiunt, si syrupo eupatorij excipiantur.* Obserua *rationem triturandarum specierum.*

Pilulæ ex Euphorbio Mesuæ.

Recip. Euphorbij, colocynthidæ, agarici, bdellij, sagapeni, ana drach. ij.
Aloës drachmas quinque.
Fiat massa cum succo porri.

CRONENBVRGIVS.

Istæ *admodum potentes sunt in artuũ morbis, ex humida causa, & hydropicorum flauam aquam educendo.* Sed *dubito, an hæ ipsæ in tabernis paratæ inueniantur: dubito itẽ, an commode à quibusdã medicastris præscribantur.* Extant *apud* Alexandrum Trallianum *catapotia, ex euphorbio, dißimili scriptura lib.10.capite 1.de* Fomentis. Extat *apud* Actuarium *cap.de coniunctis humoribus purgandis ex eodem compositio.* Extant *insuper consimiles* Mesue *descriptiones,*

ptiones, & Serapionis cap. proprio, & Auicennæ circa finem Tractatus, de pilulis. Ioannes Manardus præterea lib. episto. 16. præclarum ex Euphorbio medicamen, non multum dißimile illius, quod legitur apud Alexandrum Benedictum lib. 15. capite 36. explicat, quod ego neglectis alijs ad suprascriptas affectiones usurpare consueui, magno mehercle ac penè incredibili profectu, præcipuè ijs, qui potiones & medicamenta respuunt. Exigua nanque eius quantitas, nempe scriptuli duo, aut drachma media, pro uirium ratione, absque nocumento, soluit. Sed melius fuerit, ipsum medicamen adscribere, quod est huiusmodi.

Medicamen ex Euphorbio Ioannis Manardi.

Recip. Euphorbij unciam unam.
Mastiches, tragacãthæ, ana unciam mediam.
Simul in medio crudi panis farraginei concludito, & more aliorum pistrinorum operum, in furno coquito: coctum ubi refrixerit perfringito, quicquid intus ex supra scripta materia inueneris, à pasta bene separata, in catapotia, aut unum globum formato, idq; pistillo calido, perquàm diligẽter uniẽdo. Ita fermè habet Manardus.

Nos hic finem faciemus, tantùm pauca de Euphorbio adijcientes: nam aliorum explicationes, ex ijs quas suprà diximus, transferri huc possunt.

Est autem Euphorbium recens, testificantibus scriptoribus, & ipso odore, ac gustu, acerrimum ac prorsus igneum, colore uitreum, translucẽs, fragile, album: nam uetustate pallescit, flauescit, & in cinericium colorem mutatur, adeò ut quinto,

quinto, aut saltem sexto anno elanguescat, atq; durum fiat. Hoc tamen loco recens, sicut ad nos primò conuehitur, accipi uelim: nam ignea illa facultas, mistione tragacanthæ, & mastichæ, resoluitur, atque hebetatur. Eius inuentor extitit Iuba Mauritaniæ Rex, Ptolomæi pater, ac Medici sui nomine, qui fuit Euphorbius, Antonij Musæ frater, appellauit. Torretur uerò crusta pistoria circumlitum, ut paulò ante retulimus. Aliam corrigendi rationem tradit Mesue, cap. suorũ simpl. de Euphorbio. Nõ uideo qua excusatione, Niger in Præfatione Dioscoridis, Euphorbium, chamelææ herbæ in Italia nascentis liquorem esse dixerit, nisi quia arbitror, Euphorbium, illius temporibus, nondum satis cognitum fuisse, quando non ita pridem, Augusto imperante, Iuba illud reperisset, & in Gallia, è liquore chamelææ grana cnidia proferente, adulterari cœperat: quæ res Nigrum in eam opinionem deduxit, ut ita de illo sententiam, ut suspicor, proferret. Diosc. 3. cap. 78. Plin. lib. 25. ca. 7. illud tradũt. In uentre ouium incorruptißimè seruatur ad quartũ usque annum. Commodè etiam milio, aut fabis, aut lentibus sepelitur. Cæterùm qui priorem descriptionem retinere malint, Euphorbium prudenter tritum, agaricum cribratum, aloën ductam, colocynthidam concisam læuigatamq; cum dissolutis in uino gummis, calido pistillo & mortario, tãdiu subigat, donec in massam bene unitam coëant.

Pilulæ fœtidæ maiores Mesuæ.

Recip. Sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, colocynthidæ, harmel, id est, rutæ agrest. aloës, epithymi, ana drachmas quinq;. Hermodactylorum. Alscebram, ana drach. ij. Scammoneæ drachmas tres.



Cinnamomi, ſpicæ, croci, caſtorei, ana drach. unam.
Turbit drachmas quatuor.
Zingiberis drachmam unam, & mediam.
Euphorbij drachmæ unius partes duas, id eſt, ſcriptulos duos.
Diſſoluantur gummi aqua porri, & fiant pilulæ.

CRONENBVRGIVS.

Conſequenter apponit Meſue minores, & amplius quatuor deſcriptiones cap. de Aegritudinibus neruorum, quas cõfuſim collegiſſe uidetur, ex Rhaze 9. ad Almanſorẽ ca. 7. & in Antidotario diuiſionũ cap. Medic. ad torturã oris, ex Serapione Tract. proprio, Auicenna lib. 5. ſumma 1. Trac. 9. & Hali 10. Practicæ, quos poſtmodũ ſectantur Arnaldus de Villa noua, Bertrucius cap. de Actione læſa digeſt. ſtomachi, & alij plures. Sed omnes non multum diſtant, ut propè hic uſu ueniat, quod ueteri prouerbio dicitur, Idẽ Accius quod Titius. Et quando Meſues ſuperiorẽ ſcripturã cõmuni nunc conſenſu tabernæ profiteantur, ideo particulares quaſdam uoces explicabo, mox componendi artem adyciam.

Ammoniaci.) *Licet eius deligendi notas primo horũ annotauerimus, nihilominus impræſentiarũ quædã ad hunc locum pertinentia, illis adiungam. Eſt itaq; Ammoniacum, opos, ſiue ſuccus, ferulæ cuiuſdam, quem iuxta Cyrenẽ Ammonis oraculum Aphrica gignit: quamuis eodem nomine ſal reperiatur, ſubacris, ac leuis, qui nunc tantùm factitius exiſtit, uelut olim probatiſsimus foſsilis, argentarijs magis in uſu expetitus, quàm Medicis. Syncerũ à ſubdititio diſcernes, cruſtis oblongis, lapidi ſpeculari ſimilibus, qui in igne crepitat, & ex eo exilit, quod ſpurius non facit. Dupliciter diſtin*

distinguitur Ammoniacum, Dioscoridi lib. 3. cap. 80. Theophrasto 9. Plantarum, & Plinio 12. cap. 24. Quo passim Officinarij utuntur, impurum ac uitiosum cernitur, calculos & terram continens, unde alterum genus credo.

Alscebram.) *Lactariarum herbarum species est Mesuæ, rusticorũ purgatoriũ, cuius una magna, altera parua, & hæc innoxia, si ex arte paretur. Idẽ quinq; dotibus præditam radicem cõmendat, præsertim cortice tenui, leui, fragili, subrubro castæ fistulæ modo, ante sex menses collecta. Serapio cap. 371. Scebrã, Seplasiæ maiorem Esulam uocant, estq; indubitatò Dioscoridis Pityusa, sicut ex mutua scripturæ ratione constat: licet Auicenna de Scebram aliud potius cap. 675. lib. 2. quàm pityusæ radicem pingere uideatur, & Mezeheregi cap. 491. pro Pityusa aßignet. Quare credere oportet, Scebram nõ esse Auicennæ Esulam, siue Græcorum Pityusam, aut eum bis de eadem radice scripsisse: similiter Serapionem cap. 360. ad finem, dum Pthiæ (Pityusæ rectius) facultates ex Dioscoride tradit, atq; amplius dum Scebræ uel Esulæ uires recenset, parũ fuisse oculatum, quia diuersis capitibus eandẽ medicinam repetijt. Cæterùm quã Esulam minorem tabernæ medicamẽtariæ uocitant, est Alscebram & Scebrã minus, & Dioscoridis Tithymalus Cyparißia: etenim septem eius genera lib. 4. cap. 146. enumerat, quem sequutus est Plinius 26. cap. 8. ac Galenus quoque Simpli. 8. & Græci omnes. Vnus Theophrastus ætate omniũ primus, tria tãtùm genera prodidit lib. 9. cap. 12. Sed ad uiuum imagines ostendit Matthiolus, tres Fuchstus, quatuor Tragus. Verùm omnia genera confuderunt Arabes, quæ tamen ordine exposuerant Græci. In hæc autem catapotia, Esulæ minoris radices, utpote innocuas, & Veris initio euulsas, lacteq; dulci ablutas, siue sero ipsius, recipiẽdas sua-*

deo: atque ſequenti doctrina coniungi.

Harmel.) *Mauritani inſuper Alharmel dicunt, qua equidem uoce, nihil aliud intelligunt, quàm quòd Dioſc. lib. 3. cap. 44. quibuſdam Harmalam uocari dixit, eſtq́; ſine dubio Ruta ſylueſtris, ſicut in Cõment. Syrupi ex Artemiſia oſtẽdimus, ubi & eos correximus, qui ubique in eius uicem, hypericonẽ accipiunt, tanquã eandem herbã. Sed nunc tempeſtiuè pudendũ, aut uerius pernicioſum, ne dicam letalem errorẽ Matthæi Syluatici deteſtor, qui cap. 322. Harmel cũ aſpiratione ſcriptum, apud Arabes ſemen Cicutæ, ſine illa, ſemen Rutæ ſylueſtris interpretatur: quod craßißimum eſt mendacium: quia quomodocunque ſcribatur, ſemper agreſtem Rutam denotat, tum apud Auicennam cap. Simplic. 340. tum Serapionẽ cap. 285. & Dioſc. inſuper ac apud Galenum. Eadem calami inſcitiæq́; ſuæ uirulentia, omnes Officinas ignorantißimus rerum medicarum Quiricus de Auguſtis Luminaris autor infecerat, dũ perpetuò ſemen Cicutæ, pro Harmel decernit. Nec mouemur Auerrois teſtimonio lib. 5. Collectanearũ ſuarum cap. 42. pro Harmel etiam Cicutam aßignãtis, & tertio gradu calidam ſiccamq́; aſſerentis. Nam quis eſt adeò in Medicina ignauus, qui mẽdam prima occaſione non animaduertat? Etenim nemo Medicorum Cicutam calidam ac ſiccam exiſtimauit, tantũ abeſt ut tertij exceſſus ordine id eſſe ſcripſerit, ſed potius quarto humidam frigidamq́; poſuit. Vnde facillimum eſt lapſum cognoſcere. Abolenda igitur in perpetuum ea erit cõſuetudo, quæ hactenus Cicutam rem extreme fatalem, pro ſalutari ſuppeditauit. Miror interea qua Pallade inſtructus Petrus Toletus in libello ſuo de Morbis puerorum cap. 1. Armel, grana uuarum paſſarum pronuntiarit, niſi rei obſcuræ maiores tenebras affundere ſtuduerit.*

Compo

Componuntur pilulæ sequēti modo: Gūmi humectētur, ac purato succo porri madescāt: mox species tritæ, ac seorsum scammonium pariter misceantur: tandem in unum corpus formentur.

Sed quando porri mētio fit, obiter quædam de eo suppo- nā. Dioscorides 2. c.143. capitati porri tātùm meminit, sicut Theophrastus 7. Plantarū, c.2. Plinius adhuc duo sectiui ge nera tradit 19. c.6. Differentia consistit satione, cultura, for- ma, nō genere. Et hāc studiosi ex Columella 11. Palladio li.3. petāt. Sectiuo autoritatem Nero dedit, uocis gratia ex oleo comedens. Fama est Melam equestris ordinis, reum à Tibe- rio accersitū, in summa desperatione, succo porri ad trium denariorū argenteorū pondus hausto, confestim sine crucia tu expirasse. Sation autor est, porros non olere homines, qui Cuminum prægustarint. Alterū Germanica uoce Lauch, *Gall.* Porreau gros, ou testu, *Ital.* Porro capita- to. *Alterum* Schnittlauch, *nostratibus* Biestloech, *Gal.* Porreau petit, ou seetil, *Ital.* Porra piccrolo ò sectiuo. *à quo tanquā ueneno cauent quidā: nam come stum creditur Ephialtē (quam nocturnum insessorē uocāt) conciliare. Tradiderunt autem ueteres, turbulenta somnia inferre, unde opinor uulgi sententia orta fuit. Est insuper Ampeloprason, quasi uitigineum siue uineale porrum, Gale no agreste dictum, cui à porro tantū est discrimen, quantum in alijs congeneribus plātis, inter syluestria & satiua 2. Ali mentorum circa finem. De illis agit Plinius toto c.6. lib.20. & sunt omnia eius genera uulgaris notitiæ.*

Ordo compositionis huiusmodi esse debet, ut primo lo- co gummi succo porri abundè calefacto macerentur, & si impuri sint, colentur. Deinde his etiamnum calidis euphor- bium contritū admisceatur, calidiori pistillo: mox aloë, scā-

monia, colocynthis, seorsũ trita. Postremò alia aromata ex arte in puluerẽ redacta, fiatq; una et æqualis omniũ massa.

Pilulæ ex fumo terræ Auicenæ, lib. 4. fen. 7. cap. 7. de Curatione scabiei.

Recip. Myrob. citrinarum, chebularũ, nigrarum, id est, Indarum, ana drach. v.
Aloës cicotrinæ drach. septem.
Scammoneæ coctæ drach. v.

Imprimis ex myrobalanis eximantur nuclei, deinde imbuãtur læuigatæ species succo fumi terræ, & exiccẽtur: deinde secundo ac tertio rursus humecta, interim exiccando: Postea cõpingãtur cũ melle expumato, in quo idẽ succus coctus & consumptus sit. Aliàs uno mense, non modò lapidis duritiem contrahunt, sed rimas & situm rancidum ostẽdũt.

Pilulæ ex Hiera Galeni.

CRONENBVRGIVS.

Hæ parari debẽt, quemadmodũ suprà docuimus, dum sermonẽ de Hieris ex Galeno concinnãdis institueremus, cum aloë lota, aut non lota, pro uario morborũ discrimine. Nam si accuratè lauetur, debiliter aut nihil uentrem subducit, ut autor est Galenus 3. Simpl. ca. 14. Et illota, non uehementer purgat, eodem dicente 8. de pharmac. compos. c. 2. Colonienses uerò pilulas hieræ formant cum agarico, ad istum modũ:

Pilulæ Hieræ cum agarico.

Recip. Puluerem picræ Galeni, trochisc. ex agarico, ana unciam mediam.
Aloës bonæ unciam unam.
Cum melle rosato, quantum sufficit, fingatur massa.

Illa

Illa autē catapotia ex aloë, ſcammonia, & colocynthide primo ſecundum locos cap. 1. perſcripta, ueluti illa Oribaſij in medicinæ cōpendio, c. de Aloë, & āplius lib. de Curationibus, c. de Alopecia, ac Tralliani 1. cap. 12. ac 15. & Myrepſi ſect. 28. numero 10. non parantur. Braſauolus in examine catapotiorum deligit picram Galeni uerā, cui miſcet agarici tantundem, quantum reliquorum ingredientiū ſex, nimirum drachmas ſex, quæ ſanè compoſitio utilis eſt.

Pilulæ ex Hermodactylis maiores Meſuæ.

Recip. Hermodactylorum, aloës, myrob. citrinarum, turbit, colocynthidæ, bdellij, ſagapeni, ana drach. ſex.
Caſtorei, ſarcocollæ, euphorbij, opopanacis, harmel, id eſt, rutæ agreſt. apij, ana drachm. tres.
Croci drach. unam, & mediam.
Confice cum ſucco caulium.

CRONENBVRGIVS.

Idem continuo ordine, duo catapotia iiſdem denominationibus apponit, minora, & ſe autore. Leguntur apud Trallianum quoque libro 11. quorum prior deſcriptio eſt huiuſmodi:

Aloës ſcrupuli duo.
Sem. cucumeris agreſtis ſeſcuncia.
Scammonij ſcrupuli quatuor.
Hermodactyli ſemuncia.

Altera habet:

Aloës, colocynthidos, ſcāmonij, ſingulorum ſemuncia.
Hermodactyli uncia, ſcript. quinque.

Ego

Ego istas compositiones huc transposui, partim propter ingredietium breuitatem, partim ne ignoremus in totũ inuentiones ueterum. Myrepsus sect. de Pilulis, nume. 20. aliam refert ex 41. rebus constantẽ, cuiusmodi etiam censendæ sunt nume. 102. & 112. ubi maiora Mesues, rebus quinq; locupletauit. Nec silentio prætereundum, plurimas esse adhuc Antidotos Dia Hermodactylu. Nam Trallianus sex enumerat libro suprà citato. Aëtius unam lib. 12. capi. 46. quæ fermè concordant cum quarta illius. Paulus duas lib. 7. cap. 5. Posterior est sexta Tralliani. Myrepsus quoq; Antidotorũ nume. 125. ac cõtinua lectione duas alias aßignat. Græcos Serapion Arabs sequutus, multiplices pilulas efformauit Tract. 7. de Antidotis cap. 17. & Tract. 4. c. 26. Similiter Auicenna lib. 3. Fen. 22. c. 8. ac 20. Rhaza 9. ad Almansorem cap. 90. secundam Mesuæ descriptionem expreßit, modò myrobalanos flauas adimamus. Certè ex omnibus istis, promptè scripturam suã amplificare potuit posterior ætas, qualia exempla uidentur apud Alexandrum Benedictum lib. 29. plerisq; capitibus, Valescum cap. de Gutta, & Sciatica, Montagnanam in consilijs, ac peculiariter ca. Pilularum, Bertrucium cap. proprio, Placentinum cap. 19. de Medicinis, amplius c. 192. Praxeos, & in summa, ad unum omnes. Ego hic loca annotaui, ut is, qui uelit pro arbitrio uti, ex autoribus queat facilè colligere. Nunc ingredientia exponẽda suscipiam, ubi imprimis & sola hermodactyli historia neceßitate quadã explicãda erit. Serapion c. Simpl. 194. primò Colchicum, deinde Ephemerõ, & utrunque Hermodactyli nomine incerta atque absurda prorsus doctrina cõprehendit, ignorans haud parum multum, inter eas plantas, discriminis ac periculi subesse, siquidem Dioscorides lib. 4. cap. 72. Colchicum referens, quod quidam Ephemeron, quidam Bulbum

agrestem

agrestem uocāt fungorum more, strangulatu enecare scriptum reliquit, quemadmodum Nicander in Theriacis. Galenus item 6. Simp. Ephemeri duo genera memorans, unū deleterium ac letale adstruit: similiter Paulus lib. 5. c. 48. Mox sequenti cap. Dioscorides, Ephemeron, inquit, aliqui Irin sylvestrem cognominant, &c. Id ceu innoxium tradit: cui subscribunt Galenus loco citato, & Paulus 7. cap. 3. Idem paulò superius priuatim de Hermodactylo recensuit, ac usum eius purgatorium in Arthriticis commendauit. Ex quibus dilucidum habetur, duo Ephemeri genera, ab Hermodactylo Pauli, discreta existere, & quàm imperitè Serapion, dum unico uelut pallio inscitiam suam tegit, de triplici planta prodiderit. Iam si syncero iudicio, & adamußim, ut dici solet, Dioscoridis, atque aliorum Græcorum Colchicum spectemus, conferamusq; uulgari Officinarū Hermodactylo, proculdubio eandem omnino radicem comperiemus. Quapropter haud iniuria esset, ab consuetudine Medica eliminăda. Et si quispiam imperitè arrogans mihi quotidianam eius securitatem obijciat, illi respondeo, uel eò mitiorē nostris hominibus uideri, quòd in Colchico solo non eruatur, uel quòd minori pōdere, & aliorum mistione correcta, offeratur: sed in uniuersum innoxiam esse, nemo sapiens pronūciarit. Ego nulli autor ero, ut temerè periculum subeat. Adhibeantur itaque docti & pij Medici in cōsilium, Germ. zeittloſz, & herbſtblůmen, hoc est, autumni flos, herba ipsa dicitur, Gall. Mort au chien, de la Chienee. Ital. Hermodattilo, ò Colchico. Hieronymus Tragus eum florem arbitratur Narcissum antiquorum, sicut in Rutæ historia aliàs diximus. Porrò Ephemeron alterum pingens Fuchsius in clarißimis suis de Stirpibus commentarijs, c. 88. Lilium conuallium Herbariorum, quod nostratib. Meyenblůmle

blůmle, *Gal.* du Muguet, *nuncupatur, asserit: sed eum erroris insimulat Matthiolus, atque aliam figuram repræsentat. Atque hactenus de ingredietibus. Genera gummium succo caulium dissoluere oportet, postea repurgare, mox reliqua cum ijsdem agitare, & in globum siue massam, addito, si opus sit, melle, cum succo cocto formare.*

Pilulæ Imperiales.

Recip. Amomi, anisi, mastichæ, zingiberis, cardamomi, cinnamomi, zedoariæ, nucis moschatæ, garyophyllorum, croci, cubebæ, ligni aloës, turbit, mannæ, agarici, sennæ, myrob. omnium, ana scriptulum unum.
Rheubarbari unciam unam.
Aloës optimæ cicotrinæ unc. duas.
Syrupi rosati quantum sufficit conficiendæ massæ.

CRONENBVRGIVS.

Nullum habent constantem autorem, sed uago ac incerto circumferuntur: uerisimiliter ab Imperatore quopiam, qui ijs uti cõsueuit, notitiã earum in uulgus dimanasse credo. Christophorus de honestis in additionibus super Mesuẽ, has ad uerbum scripsit, unde huc transposuimus. Magnam cum catapotijs ex Rheubarbaro affinitatem sortiuntur. Species omnes suis locis sumus interpretati, præter mastichen, quam in oleo explicabimus.

Pilulæ Indæ Mesuæ, quas scripsit Hali.

Recip. Myrob. nigrarum, hellebori nigri, polypodij, ana drach. v.
Epithymi, stœchados, ana drac. sex.

Garyo

Garyophyllorum drach. unam.
Agarici, lapid. Lazuli loti, colocynthidæ, sa=
lis Indi, ana unc. mediam.
Succi eupatorij, spicæ, ana drach. duas.
Hieræ picræ, drac. duodecim.
Fiat massa cum succo apij.

CRONENBVRGIVS.

Hæc descriptio est usualis & securior illa, quã refert ad finem cap. hellebori. At duæ illæ Serapionis Tract. 7. ca. 17. cuius posteriorem præcisè refert Auic. li. 5. summa 1. tract. 9. insulsissimæ sunt, ac ne ab ipsis scio interpretibus intellectæ, cùm tam profunda illorum sit ignorantiæ caligo, & admiranda stupiditas, ut nihil simile ueri ex ijs elicere queã. Proinde barbariem sibi habentibus familiarem ipsas relinquimus, ac nos Mesuen melius docentem sequimur. Apposita autem unius simplicis appositione, ad alia me conuerto.

Salis Indi.) *Quanquam de salis generibus antea egerimus, tamen manifestioris rei gratia, breuẽ de ijs sermonem adiungemus. Dioscorides igitur lib. 5. cap. 75. ea pertractat: similiter Gal. 4. Simpl. cap. 19. & 20. ac rursus cap. 9. de metallicis med. Amplius 11. cap. de ijs quæ in mari, & salsis aquis proueniunt: Insuper Plinius lib. 31. c. 7. Sed ut facile est hæc loca reperire, ita difficile, quid per salem Indum Mesue subinde; ac qui eo ætate sunt maiores medici Arabes, significent. Auicenna lib. 2. c. 757. zuccharum Tabarzed dixisse mihi uidetur, quod nostrate factitio est frigidius, et subtilius. Certè constat Paulum Aeginetam 2. cap. 53. de linguæ asperitate differentẽ, Archigenis testimonio, omnino id intellexisse, quod Auicenna lib. 4. Fen. 1. cap. 23. salem Indum dulcedine mellis uocauit. Id hac ætate amplius ex India apportari non credo. Herculanus & Gentilis zaccharum Candum*

exponunt

exponunt. A qua quidem expositione, neq; Manardus li. 9. epist. ultima, neque Brasauolus in examine succorum densorum, discrepant. Leonicenus uerò in epist. ad Hieronymum Monochium, Auicēnæ interpretes redarguit, qui loco citato, per salem Indum, zaccharum Candi arte factum uerterunt, quoniam candidum non est, sicut sal Indus, communi sali comparatus, sed potius luteus: attamen zacchari coctores Antuerpiani, ac paßim omnes, colore albo cognominatū Candū parant, quod proculdubio, ut pretiosum, ita optimū haberi debet. Atqui Mesue hoc loco, aliud salis genus planè intelligit, acutum, potens, & melancholiæ, phlegmatisq; eductiuum, sicut ipse testis est, in simpl. ca. de speciebus salis, & in Canonib. c. 2. de uomitorijs: cuiusmodi est subniger, uel subrufus obscurus. Paucæ nunc Officinæ glebulas salis in albo nigricantes, metæ forma, ostendunt. Plinius salis meminit, qui in India ex Oromeno monte exciditur, suprà citato libro. Qui Indum non norunt, salem gemmeum hic supponant. Compingatur massa, prius exactißimè tritis, lapide lazuli, sale Indo, & reliquis ex ordine & arte ingredientibus, cum apij succo depurato, atque in melle expumato cocto & consumpto, ueluti aliàs monuimus.

Pilulæ ex lapide Lazuli Mesuæ.

Recip. Lapidis lazuli abluti drach. sex.
Epithymi, polypodij, ana unc. unam.
Sammoneæ, hellebori nigri, salis Indi ana drach. duas, & semissem.
Agarici drach. octo.
Garyophyllorum, anisi, ana drach. quatuor.
Hieræ picræ drach. quindecim.
Confice cum succo endiuiæ.

CRO

CRONENBVRGIVS.

Harum usum formidat Montanus Medicus, asserens insuper Lazuli lapidem, melancholiã non educere, quod an uerè dicat, postea indicabimus: usuales tamen sunt, & in atrabilarijs affectibus percelebres. Serapion cap. pilulis aßignato in rebus conuenit, at pondus hîc penè duplicatum est. Bertrucius cap. de Melanch. Mesuen est sequutus, sed ex dimidia dosi, lapidem lazuli minuit. In præsens autem nihil est obscurum illis, qui superiora diligenter animaduerterunt, præsertim quæ in compositionibus pilularum fœtidarum, & Indarum disseruimus: quibus insuper magnoperè auxilio erit index latißimus, quem operi præposuimus, unde quiduis & celeriter & fideliter quærentes cognoscere poterunt. Nunc tantùm superest lapidem Lazuli enucleare.

Kyanon Græci uocant, Latini cœruleum, ab ipso colore. Pingitur Dioscoride 5. cap. 56. Græcis etiã Cyaneus, siue Cyanus, masculino aut fœminino genere dicitur, Galeno 9. simpl. teste, Arabibus lazulus, Mesuæ adhuc stellatus, Myrepso radiãs. Similis est sereno cœlo: deligitur inebriato colore, id est, saturato siue cœruleo coruscante, ut dicit Soli. cap. 20. Olim duplici genere reperiebatur, foßilis chrysocollæ potißimùm adhærens eamq; complectens: & factitius qui plus in usu est, cuius multæ sunt species, natiuo etiam uehementius expetitæ, & chymistis magis, quàm Medicis cognitæ. Eius faciendi modum Agricola 9. foßilium ostendit. Plinius lib. 33. cap. 13. à Græcis edoctus, tria genera numerat, præter Hispaniense, ac Puteolanum. Differunt ipsa insuper specie, quæ nunc in nigrorem, nunc in candorem uergit. Inuenitur non in ærarijs tantùm uenis, uerumetiam argentarijs & aurarijs, quapropter ijsdem punctis interstinctus, cæteris anteponitur, ac magno æstimatur. Scalpturæ resistit, Serapion cap. mi-

neralium 389. Hager alezaoard: cum eo magnam sortitur cognationem Armenius, ut qui in ijsdem metallis promiscuè oriatur, unde alter in alterius locum facilè substitui queat. Reuera uiribus sunt paribus, etsi efficacioribus iudicetur Armenius, modò absq; dolo haberi poßit, ut certò ex Germaniæ nostræ metallis, uero Armenio, uiridi colore ad cœruleũ inclinante, congener potest. Non est igitur mirum, si Arabes utrunq; misceant. Mesue uno capite cœruleum, quem Lazuli uocat: & Marchasitam, id est, pyriten (qui scintillas leuì æris percussu edit) ignauia quadam complectitur. Si uerum mihi dicere liceat, exitiali ignorãtia, tabernæ factitium cœruleum, pro uero usurpant. Sed mirandi sunt isti, qui eius usum non errorem leuem, sed perniciosum putant, ac proinde non aliter, quàm præsentaneum uenenum formidant. Certè ab hac sententia, si eos non Tralliani lib. 1. cap. 17. Armenium eximiè laudantis, Manardi lib. 3. epist. 3. & Alexandri Benedicti, plerisq; locis autoritas, saltem ipsa sæpenumerò experientia feliciter cõprobata dimouere, retrahereq; posit. Quotus enim quisq; nostrum est, qui eius periculum non incolumiter fecerit? proinde cedendum solis experimentis, quando ratio inueniri nequeat. Et cur quæso, Magnes ferrum trahit? Rursus si adsit Adamas, non trahit. Cur idem lapis allio perunctus, aciem ad se non rapit? Cur torpedo marina manu contacta, aut hamo etiam capta, piscatoris manum stupidam reddit? Cur quædam mistionem mutuam, quædam prorsus non suscipiunt? Nónne Sapphirus antracha restinguit? Nónne Corallium ædes à fulminum iniuria tuetur? Nónne pleraque Antidota, & simplicia, incredibilem aduersus contagia ac uenena, uim peculiariter obtinent? Nónne lapis Bezahar, indubitato Mauritanorum testimonio, speciali dote, præstantißimus, contra o-

mnia in uniuersum uenena, tum haustus, tum adalligatus habetur? Nónne Ophiten lapidem appositũ, capitis doloribus mederi, autores prædicant? Sane clarißimus Curtius Medicus, quem aliquandiu profitentem audiui, usum Armenij, cũ Mauritanis, magnopere prædicabat. Erit itaq; innocuus si perquàm diligenter teratur, & pòst abluatur (nam sic facultatis malignitas aufertur) tantum abest quicquam lædat, ut etiam luculenter, in atra bile purganda, conferat. Est præterea Cyanus flos, rusticarum puellarum, ac nostratium puerorum coronamentis pergratus, cuius color uenustatem nomenq; dedit cœruleo. Triuialis est, in frumentario nascens agro, calyce rosarũ, sed squarroso, tristi, sine odore, quibusdã Baptisecula, quia secantibus metentibusq; officit, retusa in eius occursu falce, uulgò Blaw Rocken, siue Kornblůmen. Gall. Blaueole, Aubifoin, Bluet, ou Percele, Ital. Fiore Aliso, & Fiore campese. Plinius eius meminit 21. ca. 11. Hæc de Cyanis. Nũc ad Lazuli lotionẽ uenio. Licet artẽ, qua lapidosa & terrestria abluãtur, septimi horum Commentariorũ initio, ex professo instituere decreuerimus, nihilominus paucis, loco expetente, de isto adiungemus. Dioscorides, ut Cadmia lauari dicit, sed satis fuerit cum Alexandro Tralliano duodecies abluisse, sicut lib. suprà citato edocuit, & ego in Dia Sennæ monui. Idem catapotia in melancholicis affectibus præstantißima, ex eodem lapide reposuit. Mesue uerò Electuarium ex cyaneo lapide, ca. proprio. Coniungitur massa pilularum, succo endiuiæ, cum sufficienti quantitate mellis expurgati cocti.

Pilulæ Lucis maiores Mesuæ.

Rec. Rosarum, uiolarũ, absinthij, colocynthidæ, turbit, cubebæ, calami arom. nucis mosc.

ſpicæ, epithymi, carpobalſami, xylobalſami, ſezeleos, ſeminis rutæ, ſchœnãthi, aſari, maſtichæ, garyophyllorũ, cinnamomi, aniſi fœniculi, apij, caſiæ, croci, macis, ana drac. ij.
Myrobal. citrinarum, chebularum, Indarum, belliricarum, emblicarum, Rauedſceni, ana unciam mediam.
Agarici, ſennæ, ana drach. quinq;.
Euphragiæ drachmas ſex.
Aloës cicotrinæ pondus omnium, ſcilicet uncias xi. & drachmas duas.
Confice ſucco fœniculi.

CRONENBVRGIVS.

Myrepſus hæc catapotia è Sena appellaſſe uidetur, num. pilul. 11. ſed admodũ indiſcriminatim, aut num. 33. quadantenus inſinuaſſe, aut quod uero propinquius eſt, nume. 19. autore Bartholomæo Syriano indicaſſe. Maiores dixit Meſue, ut à minoribus, quas in proceſſu ſcribit, diſtingueret. Sed nunc contemplemur ingredientia, quorum ferè nullum non eatenus ſuprà expoſuimus, quatenus pro rerum neceßitate expedire uiſum eſt. Itaq; tantùm ſupereſt Euphragiam explicare, quæ etſi Græco & eleganti nomine ſit donata, nihil tamen de ea, quod ſciam, apud Græcos ſcriptum inuenitur: at Græcũ eſſe, ipſa adhuc appellatio teſtatur, & quia oculorũ caligines, ac ſuffuſiones diſcutiat, ipſosq; oculos delectet, Euphroſynõ appellari cœpit: quam uocẽ linguæ imperiti deprauantes, in Eufraſiam uerterunt. Nonnulli ophthalmicã & ocu-lariam dicũt: Matthæus Syluaticus Adhil, noſtri Augentroſt. *Gall.* Euphraſe. *Ital.* Eufragia. *Quatuor eius ſpecies enumerat Tragus lib. 1. cap. 108. Suſpicor commodè ad fragæ hiſtoriam referri poſſe. Quod ad pilularum ratio-*

nem

nem attinet, ſingula de more contundenda, & redigenda in maſſam, cum ſucco fœniculi depurato, & melle cocto, ad eius conſumptionem. Vide alibi in pilulis.

Pilulæ ex Mezereo Meſues.

Rec. Foliorum Mezereonis infuſorum in aceto & exiccatorum, drachmas quinq;.
Myrob. chebularum, drachmas tres.
Myrobal. citrinarum, drachmas quatuor.
Confice cum Tereniabin, uel tamar Indis diſſolutis, aqua endiuiæ.

CRONENBVRGIVS.

Has ipſas ſimili pondere idem ponit cap. ſimpl. ſuorum de Mezereo, à quo tribus deſcriptionibus uariat Serapion cap. proprio. Validæ, ac potius uiolentæ ſunt in educenda hydropicorum aqua, & ideo maturum & ſagax iudicium de ijs facere eum oportet, qui citra calumniã, atq; ægrotantis diſcrimen, propinare uelit. Venio ad Mezereon, qui frutex omnibus Officinis, & quibuſdam alijs Almezereon uocitatus, in magnam controuerſiam, ac uagam diſputationem, propter multiplicem eius atq; confuſam apud autores omnes, hiſtoriam, agitatur: dum quidam chameleæ Dioſcoridis, alij thymeleæ, eam uocem tribuendam contendant. Hippocrates, Galenus, & pleriq; thymelæam uocarunt Cneſtron. Plinius utranq; plantam indiſcriminatim prodidit 13. cap. 21. quanquam adhuc ſeorſum de Chamelæa 24. cap. 15. tradat. Qui autem uolet totam rem cognoſcere, & deinde exactè iudicare, huic neceſſe eſt, diligenter legat expendatq; Dioſcoridis dictionem lib. quarto, cap. 153. ac ſequenti, ex Ruellij uerſione: in illo chamelæam, in hoc thymelæam exprimit. Et quan-

quam ex isto autore, res uerè cognosci queat, attamen Arabum ambigua, & turbata lectio efficit, ut plerique docti uiri, in ijs distinctim aßignandis, haud parum multum tumultuati sint. Nam Auicenna secundo Canone, cap. 467. Serapion simplic. cap. 363. quos ut præceptores suos sequitur Mesue, chamelæam cum thymelæa turpiter confuderunt, & obscurarunt, adeò ut ex densa horum caligine, & umbrosa scripturæ imagine, nihil genuinum aut manifestum diu ostendi potuit: sed potius tenuibus coniecturis iactitata res fuit: quia Pandectarius cap. 170. Mezereon Arabum, Dioscoridis chamelæam pronunciat, Cuius semen est, inquit, coccognidium. Similiter Leonicenus in epistola ad Hieronymum Menochiũ de Turbit, illam Dioscoridis, & aliorum Græcorum chamelæam quoq; definit. Itidem constanter Fuchsius longa oratione probat, ac Brunfelsius. Brasauolus confusionem Arabum agnoscens, in pilularum composit. thymelææ folia accipienda dicit, tamen discrimen utriusq; plantæ non demonstrat. Tragus tomo 3. cap. 7. Pandectario & Leoniceno subscribit, & eleganter uulgarem Mezereonem pictura sua ob oculos ponens, ait: In Ianuario plantam ante folia germinare, flores purpureos edere bene olentes, uelut uiolas nobiles, è quibus mense Aprili grana uirentia exurgunt, quæ circa autumnum planè instar seminum Aron rubent: folia promit ad oleæ similitudinem. In cap. præcedenti thymelæam, Germanis peculiariter Kellerſshals, referens ex Dioscoride, sine dubio fideliter ea grana pingit, quæ nostri pharmacopolæ, ex Mezereo uulgari, colligunt: nam rotunda esse dicit, maiora canabinis, linguam urentia: Dioscorides clarius, fructum habere myrti in modum rotundum, inter initia uirentem, tandem rubescentem, inuolucrum durum, foris nigrum, intus album ostendit. Hæc si uera sunt, ut omnino iudicari debent,

debent, non iam Mezereon chamelæa, sed thymelæa erit, ex qua granum siue coccon cnidium colligi, & Theophrastus nono Plantarum, cap. 22. & Dioscorides autor est. Constat hinc Tragum generosum alioqui Herbarium hic parum attentum fuisse, dum floribus quidem Mezereonem usitatam, seminibus aut fructibus thymelæam repræsentat. Nec mirum, quando Dioscoridis etiam tempore, pleriq; coccongnidium fructum chamelææ existimantes, quadam foliorum similitudine decipiebantur: adeò sanè & ubiq; & semper fuit erroribus obnoxia omnis ætas, ut homines esse nos reminiscamur. Syluius Mezereon Mesues, thymelæam rectißimè decernit. Atque hæc prima autorum de Mezereo concertatio, quæ non de oleastro, ut dici solet, sed de planta est, cuius cognitio ad salutem uel necem humanam, non parui refert. Accedit difficultas altera, Pandectarius Simonem Genuensem redarguens cap. 124. hanc malè Laureolam constituit: deinde capite. 170. eos improbat, qui coccognidium (quod aliàs semen Mezereonis dixerat) semen laureolæ putant. Amplius 483. disertè laureolam, laurum Alexandriæ, & Daphnoiden interpretatur. Vnde manifestum fit, quantopere sibi dißideat, ut chamæleonte mutabilior uideri posßit. Simili quoque errore Dinus Florentinus includitur capitu. primo in Mesuen commentans. Vterque facilè hinc arguitur, quòd Dioscorides diuersa capita omnium earum herbarum instituat, quodq; Arabes omnes (si Serapionem excipiamus) Mezereonē copioso lacte manare scribãt, quod tamē nec profert laureola, nec etiam Mezereon uulgare. Et quamuis Mesue lactariarum maximam dixerit, & Auicenna lacticinium magnum, id esse falsum oculari fide monstratur. Neq; moueor uerbosis sciolorū Franciscanorum Romanorum de obseruantia Commentarijs in Mesuen editis, ubi

confidenter ac mendaciter Leonicenum & Fuchsium *cauillantes, ac* Serapioni *iniquo iure patrocinantes, idem contendunt: nam pluris ego mihi sum oculatus testis unus, quàm monachi fenestrati decem.* Sed quod penè præterieram, *non dubium, quin* Dioscoridis Chamelæa *sit* Serapionis Mezereon, *quam* Arabes & *eorum discipuli, non tantùm multiplici uerborum imperitia confuderunt, sed insuper cum chamelæone albo, ac nigro, letali errore, miscuerunt, ut bonos scriptores legenti mox indubitatum fiet.* Herbarij *Chamelæam etiam* Oliuellã & Oleastellum (*qua uoce* Marcellus Vergilius *cap. in* Dioscoridem 166. *ac* Manardus *libr.* 8. *epist. tertia usi sunt*) *appellant. Atqui illud horrendum, quòd* Mesue *initio sermonis,* Mezereon *rapere uitam, ac uiduas facere, dixerit. Vnde seriò usus eius ab agyrtis & circunforaneis formidari debet, qui integra grana* (*quia pauculum ore comminuta, fauces accendunt, & linguam miserè uellicant*) *transglutienda exhibent, extremo hominis periculo.* Noui *impudentißimam ac confidentißimam obstetricem* Nouiomagij (*quæ primaria urbs* Geldriæ *est*) Gretam *nomine, quæ paßim quibusuis, & quod intolerabili scelere fit, etiam grauidis ac puerperis propinat impunita. ô flagitiosam fœminam, ô impietatem execrandam: siquidem pietas est homines seruare, non perdere.* Quare *prudenti etiam necessarioq́; consilio* Mesuæ, *aceto corriguntur integra folia, absq; stipitibus ad uigintiquatuor horas infusa moderato calore,* Serapioni *diebus duobus: deinde siccata friantur craßiusculè, ne nimia tenuitate interiora membra lædant: mox commistis cæteris in massam pilularum formantur.* Hæc *hactenus, ubi uerè mihi dicere liceat, nil tam esse difficile quin quærendo inuestigari posset.*

Pilulæ ex Rheubarbaro Mesuæ.

Rec. Rauedsceni drach. tres.
Succi glycyrrhizæ & absinthij, mastichæ, ana drachmam unam.
Myrob. citrinarum, drach. tres, & semissem.
Seminum apij, fœniculi, ana drach. mediam.
Troch. Diarhodon, drach. tres, & semissem.
Hieræ picræ, drach. decem.
Excipe aqua fœniculi.

CRONENBVRGIVS.

Alexander Benedictus lib. 15. cap. 36. ex Rhapontico, & paucissimis alijs fingit. Bertrucius ille Bononiensis locis diuersis diuersas habet istarum pilularum compositiones, nimirum cap. de Dolore capitis, rursus de catharro, amplius de Hydropisi. Itē Vigonius cap. 20. Antidotarij sui. At Officinæ omnes Mesuen, ut præcipuum scriptorem, imitari uoluerūt. Pilulæ uerò de Rauedsceni Rhazæ lib. diuisionum ca. de Medicinis hepatis, ac 9. ad Almansorem, cap. 69. Serapionis cap. 17. & Mesuæ abhis sunt dissimiles, sed minimè in uehementibus splenis iocinorisq; obstructionibus, hydrope, ob præstantes dotes, negligendæ: quocirca easdē paulò infrà describam. Verùm nunc ad id, unde præsentes denominatæ sunt, accedo, quod est,

Rheubarbarum.) *De hoc iamdudum inter plerosque doctos anceps fuit controuersia, quæ nondum etiam in totum conquieuit: sed hanc operæpretium non est multis hoc loco referre, quando ex ipsorum scriptis facilè eius rei cupidi discere possunt. Attamen ut ingenuis Medicinæ studiosis, ueritatisq; amatoribus satisfiat, in cōpendiū reducam, quæ*

alioqui ab alijs profusius sunt dicta: primò constat, potiori eruditorum numero adstipulante, & quotidianis nauigationibus, uulgatum Rheubarbarum Officinarũ, ab extremis meridionalis Indiæ partibus magno quæstu, ac copia summa ad nos perferri: non aquilonaribus supra Bosphorum, ut Dioscorides, & Pontum, ut Plinius ac Celsus (cumq; Indicum isti taceant simul & meridionale, id cognouisse non uidentur) ubi Rha fluuius in Mœotidem paludem influit, in cuius supercilijs (ut autor est Ammianus Marcellinus 12. historiarum libro) uegetabilis quædam eiusdẽ nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum usus proficiens. Hæc Dioscoridi, Galeno, Aëtio, uetustioribusq; Græcis, & Plinio ac Celso Latinis fuit cognita, ut quibus odor planè nullus radici suæ fuerit, quem sanè uehementem uulgaris nostra edit. His adde antiquorum à raritate & leuitate, nostram, à grauitate insigni ac densitate, comprobatam iri. Insuper ueterum erat radix nigra, maiori centaurio similis, magis tamen rubens: nostra planè diuersa, ut quæ mansa colore croceo uidetur. Illorum subacris, lenta: nostra amara & arida habetur. Breuiter, illorum uim adstrigendi, nostra omnino soluendi sortita est. Ex his igitur de necessitate consequitur, diuersas esse res. Quin Manardus eam radicem, quam Dioscorides ac Plinius pingunt, absque dubio se à Sigismundi regis Sarmatarum Medicis didicisse & recepisse affirmat, prorsus à uulgari Rheubarbaro nostro distinctam, ac proinde duplex esse Rheon in quadam ad Leonicenum epistola ostendit. Similiter Brasauolus in examine simplici talem radicem & plantam ex ijsdem oris Venetias allatam cõspexit. Itaque duorũ generum Rheubarbarũ erit, unũ, quod Celsus radicẽ Ponticam dixit in Mithridatio, hactenus penè obscuratum, sed nunc è Ponto aduehi cœptum, unde Ponticum, &

Mesuæ

inlog:

Mesuæ Turchicum uocatum: alterum Barbaricum, quo frequentißimè utimur. Hoc ipsum primi Medicinæ scriptores ignorauere, sicut nostrum pleriq; illorum nesciunt: licet posteriores, ut Aegineta lib. 1. cap. 43. Actuarius, Myrepsus, & Nicolaus in quibusdam compositionibus, uelut alui ductoriũ cognouerint, & Pontici significatione, in usum uerterint, quando Barbari nullam faciant mentionem. Ruellius tamen Rhaponticum antiquorum, cum Barbarica eiusdem generis existimat, uariantibus tantùm patrijs gentilibusq; cognomentis 3. de Stirpibus, cap. 2. A quo non dissentit Iacobus Syluius: sed hos eruditißimè Matthiolus Commentarijs suis in Dioscoridem lib. 3. cap. 2. refellit. Porrò radix in seplasijs Rheuponticum dicta, si non est centaurij maioris, fateor me ignorare, quæ sit. In summa, nemo errabit hoc loco inijciens Arabibus Rheu, Punicis Rauedsceni, Officinis Rheubarbarum appellatum. Hæc radix commodè uiget lini aut psyllij semine obruta, siue cera circumlita, ad tres aut quatuor annos. Quod autem uulgò dicitur Rheubarbarũ Monachorum, in multis nunc hortis studiosè cultum, lapathi genus esse uidetur, aut quicquid sit, certum est haudquaquam Rheubarbari loco usurpandum. De eo sexto Comment. plenius.

Quæ hic omisimus, postea proprijs locis explicabimus, cuiusmodi sunt, mastix, & Troch. Diarhodon. Hieram intellige Galeni suprapositam, aut si quis malit ipsius Mesuæ. Et quanquam autor cum aqua fœniculi conficit, nemo tamen peccârit, si eius loco mel Rosatum accipiat, aut potius mel & succum pariter coquat, ut pilulæ magis glutinosæ diutius queant conseruari: aliàs enim facilè in lapidis duritiem conuertuntur, unde & uis omnis dißipatur. Sed iam pilulas ex Rauedsceni audiamus.

Pilulæ

Pilulæ ex Raued Mesuæ.

Rec. Rauedsceni drach. septem.
Ammoniaci, sagapeni, bdellij, ana drachmas decem.
Laccæ drachmas octo.
Opopanacis, Mezereonis, gũmi, ana drach. quatuor.
Turbit drachmas decem.
Spicæ, polij, aloës, ana drach. quinque.
Mastichæ drachmas duas.
Myrob. citrinarum drach. decem.
Gummi uino dissolue, & forma pilulas.

CRONENBVRGIVS.

Tantùm hic cõmonefaciendus Seplasiarius, de Gummium dissolutione, mox in læuorem redactis in unam massam committantur, & usurpentur, quando ratio postulat. Ingre*dientium expositionem alibi quære.*

Pilulæ sine quibus esse nolo Præpositi.

Rec. aloës ablutæ drach. xiiij.
Quinq; myrobalanorum, Rheubarbari, mastichæ, absinthij, rosarum, uiolarum, senæ, agarici, cuscutæ, ana drachmam unam.
Scammoneæ bene tritæ, & puluerisatæ drach. sex cum dimidia.
Temperentur succo fœniculi & cõmisceantur, ut puluis scammoneæ per pannum cum succo sit expressus: sitque tanta succi quantitas, quæ sufficiat confectioni pilularum: aut seorsum trita scammonea, reliquis iuxta artem addatur.

CRON

CRONENBVRGIVS.

Aloës lauandæ modum, quando Hieram & pilulas alephanginas præ manibus haberemus, ex Galeni sententia declarauimus: quare isthinc petere oportet, quæ hic erunt necessaria: & aromata alia superius scripsimus, quorum memoriam Index plenißimè suppeditabit. Parandi contextus per se planus est. Pinguntur quoque ab Arnaldo de Villa noua in Antidotario suo.

Pilulæ stomatichæ Mesuæ.

Rec. Turbit drachmas decem.
Mastiches drachmas quatuor.
Rosarum drachmas tres.
Aloës bonæ ad pondus omnium.
Confice succo absinthij. Ego malim syrupo compingi.

CRONENBVRGIVS.

Stomachicæ à Stomacho, cui succurrũt, appellantur, atq; hic uidemus, quod in plerisque compositionibus, magnam nimirum istarum pilularum uarietatẽ: siquidem Mesue post alephanginas statim unam, & in sequentibus quatuor pronuntiat; nec pauciores Serapion Tract. 7. cap. 17. Auicenna unam lib. 5 summa 1. Tract. 9. Ex Græcis Actuarius orbiculos stomachicos cap. de Coniunctis humoribus purgãdas scribit, magis roborantes quàm educentes. Qui practicam ediderunt, turbam harum consarcinarunt. Nos in totum has ablegamus, contenti in stomachicis uitijs, unica Galeni picra, cui pro educendi humoris necesßitate, alia atque alia adiungimus. Adscripsi nihilominus ex quinque unam, cuius se autorem Mesue agnoscit: alias prætermisi, quando picram paratam habemus.

Hactenus

Hactenus præsenti libro, quàm potui luculenter ac breuiter, pilularum usualium constructiones dixi, ut iam nullus relinquatur in ijs conficiendis aut scrupus, aut difficultas, quæ pharmacopolam hoc sedulò agentem remorari poßit. Quòd uerò tum hoc, tum alijs libris, multas compositionum myriades reliquerim, studio id factum esse uelim quiuis sibi in animum inducat. Etenim malui idonea, efficacia, ac paratu facilia medicaměta pauca deligere, quàm gregem inutilium, ne dicam subinde nocentium. Et in his omnibus hoc egimus, ut à quouis mediocriter perito intelligeremur, persuasi sic potißimũ humanæ uitæ succurri. Nec enim ista sermonis affectatoribus, aut magnificis alioqui titulis inflatis elaborauimus, sed studiosis Myropolis, iuuentuti medicinæ candidatæ, & in summa ijs, quos conatus noster iuuare potest. Itaque omißis quàmplurimis confectionibus, Bechica tantùm medicamina his subnectam: mox sextum deinceps librum, ea literarum serie, qua quodq; nomen incipit, à Trochiscis exordiar: deinde cum eis reliqua copulabo.

Pilulæ Bechicæ Cronenburgij.

Rec. Zacchari albißimi, & candi, ana libram mediam.
Amyli exquisitißimi unc. quatuor.
Iridis puluerati unciam mediam.
Gummi tragacanthi, aqua hyssopi dissoluti excipiantur, ac fingantur pilulæ planæ ac depressæ, sub lingua tenendæ.
Dissoluitur quoque tragacãthi drachma una, aut duæ, septem uncijs, aut interdum pluribus aquæ rosarũ: deinde duabus libris zacchari albißimi tusis in pastam, mox pilulæ formãtur compressæ. Quidam glycyrrhizæ

succum,

ſuccum, & zingiber: quidam cum moſcho alia miſcent, & Bechicas cum moſcho proſcribunt.

Illud nec omiſerim quod eſt in Medicorũ ſcholis & tabernis iactatum, atque à Barbaris *non neglectum,* Bechicarum *appellationem, in* Bechichias *pilulas corruptam: quæ* Arteriacæ *ab arteria, cuius affectibus medentur: & tußiculares quoque haud ineptè dici poßint,* Galeni *ætate* Hypoglottidæ *uocabantur.* Locus *eſt 7.de* Compoſ. *pharmac. localium. Sed huius generis ſyluulas ubique in autorum monumentis perquàm facile eſt inuenire, præſertim* Oribaſii *lib.* Curationum *cap.103.& 104.* Aëtij *8.cap.52.* Tralliani *5.cap.4.copioſo ſermone, &* Paul *lib.3. cap. 28. & peculiari diligentia* Myrepſi *ſect.5.ubi 56.ac ſect.de* Pilulis *32. atque ex instituto ſect.42. Itidem* Arabum *ſcriptores factitant, &* Latini *cap. de* Tußi. *Ego autem conſtruendi formam unam atque alteram obiter monſtrare uolui. His igitur nunc ad finem deductis, ſummam manum huic libro impono, & ad ſextum, in quo* Alphabetico *ordine* Trochiſcos *enarrabo, me conuerto.*

Libri quinti, de compoſitione Medicamentorum, finis.

LIBER SEXTVS, DE COMPOSITIONE

Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



HACTENVS medicaminũ intra corpus sumendorum, & in Officinis nostris paßim prostantium Cõpositiones omnes, omni qua equidem potui diligentia, præter pastillos (quos perperàm uulgus Trochiscos appellare consueuit) pertractaui: nunc deinceps telam cœptam absoluere constitui, iisdẽ omnino & ratione & studio utens: ubi nihil bona fide, aut negligentia, aut socordia omittere consilium est, quod humanæ saluti ex usu esse queat. Itaque hoc sexto uolumine Trochiscos siue Cycliscos, id est, paruos circulos ostendã: qui Rotulæ à rotunditate: Orbiculi ab rotæ uel orbiculari figura: Pastilli à pane, per diminutionem, dicuntur, Festo autore. Est autem cuiuscunque massæ materia, quam subinde in farinam læuigatam, subinde conuenienti humore subactam præbemus, interdum plana superficie fingẽtes in circuli formam cogimus Hac uerò ætate, cum quadã in medio depressione, ac sigillo, ad Lupini seminis faciẽ, aut lõgitudine quadam simul ac rotunditate drachmæ pondere effingũtur. Horum pastillorũ quidam potari, quidã inijci, quidam inungi, quidam suffumigari solent, sed sanè apud plerosque Medicos eorũ usus, propter amarorẽ & insuauitatem, exoleuit. Porrò nomina ipsis partim à cõpositoribus, partim ab ingredientibus partim ab effectibus, imposita sunt. Nos confor-

mandi

mandi artem, præsenti Opere, ex instituto, profiteri uolumus, idq; iuxta literarum, à quibus illi incipiunt, ordinem. Postquam simplicia eorum trita fuerint, cõuenienti aliquo humido subacta, in talẽ, qualẽ suprà diximus, faciẽ digeruntur: deinde pro necessitate usurpantur. Paulus Aegineta de ijs lib. 7. cap. 12. Cornelius Celsus quinto, cap. 17. determinant. Initio fortem faciunt operationem, ad sex usq; menses debilem, testificante Serapione Tract. 7. cap. 54. Plerique Pharmacopœorum ad annos aliquot usurpant, quos non probo, quando prorsus uires dissipari atque euanescere experimento constet. Itaque me autore ita parabunt, ut quotannis redintegrari queant, maximè ex herbarum succis consistentes. Nunc compositiones ipsas explicabimus, prout sermonem auditoribus perspicuum fore sperauerimus.

Trochisci ex Absinthio Mesuæ.

Recip. Rosarum, absinthij, anisi, ana drachm. duas.

Rheubarbari, succi eupatorij, asari, mastichæ, apij, amygdalarum amararum, spicæ, folij, ana drachmam unam.

Fac Trochiscos cum Succo Endiuiæ.

CRONENBVRGIVS.

Serapion Tract. 7. ca. 18. ex quinq; rebus parat: similiter Auicenna lib. 5. summa 1. tract. 8. quamuis in altera compositione locupletior sit, ac magis affinis Mesuæ. Myrepsus equidem à Mesue edoctus, inter pastillos suos enumerat 55. sed pro mastiche ac folio, fœniculum & schœnuanthon legit. Haud dissimiles recensuit Actuarius cap. proprio, & Alexandrinus cap. 973. Hic nihil est commentandum, cùm singula sint manifesta.

Trochisci ex Agarico Mesues cap. simpl. suorum.

Intenditur Agarici facultas, si ei tertia pars salis gemmæ admisceatur, atq; cum Manna in Trochiscos compingãtur. Et dixit Haly: Si ex sexta parte Ligustici, uel dauci, & quarta salis gemmæ, atque una agarici, cum muccore polypodij recentis, Trochisci formentur, pro necessitate eximij sunt.

CRONENBVRGIVS.

Petrus Ebanus ca. de Vomitu, operosiorem scribit compositionem, quam ab Officinis negligi arbitror. Sed quando uariè admodum sint componentium sententiæ, ac nullũ ferè pharmacopolium non ab alio dissentiat: ideo mihi quoque permittendum, neque à professione mea alienum me facere in animum induxi, si aliam aliquot annis magno ægrorum meorum, capitis, pulmonis, asperæq; arteriæ crassis obstructionibus, ac tenaci pituita laborantium commodo expertam, hoc loco referam, quæ est huiusmodi:

Recip. Agarici optimas notas habẽtis exquisitè friati uncias duas.

Salis gemmæ, zingiberis albissimi, ana unc. mediam. Cum oxymelite simplici, uim agarici intendente & castigante, fiãt trochisci.

Commodè hic quoque recenseo scripturam, quàm Colonienses legunt & conficiunt.

Recip. Agarici leuissimi & albissimi, unc. ij.

Salis gemmæ, zingiberis crassiusculè concisi, ana drachmam unam.

Primò coquitur zingiber, tribus uncijs aquæ buglossæ, ad tertiæ partis cõsumptionẽ, lento igne: in colatura temperatur agaricus, tã-

dem

dem sal gemmæ bene tritus admiscetur, ac finguntur Trochisci.

Sed caueant Medici in horum usu, ne uigorem temporis diuturnitate remittant. Iam quando nihil amplius est obscurum, ad alios ordine subsequentes conuertimur, ne ulla fiat temporis iactura, & prolixitatem studio sequi uideamur.

Trochisci ex Alchechengys Mesuæ.

Recip. Baccharũ alchechengiarũ, drach. iij.
Seminum Citrulli, * albatheche, id est, melonis Indi, siue cucumeris magni, cucurbitæ, ana drach. iij. & semis. ** aliàs, botheca & anguria.*
Boli Armenici, gũmi Arabici, thuris, sanguinis dracon. papaueris albi, amygd. amar. succi glycyrrhi. tragacanthi. amyli, granorum pinearum, ana drachmas sex.
Seminis apij, charabæ, terræ sigillatæ, hyoscyami, opij, ana drach. duas.
Compingantur cum aqua mellis.

CRONENBVRGIVS.

Diuersimodè isti Trochisci apud autores leguntur: siquidem aliter Græci, aliter Arabes, aliter sonant recentiores: & ueluti in prouerbio est, Aliud noctua, aliud cornix loquitur: neque interim ipsi inter se ubique conueniunt. nam Paulus & Aëtius, ab Alexandro Tralliano, & Actuario: atque hi quoque ipsi mutuò: Serapion ab Auicenna, Rhaze, ac Mesue similiter Gordonius & Montagnana, à Bertrucio, & plerisque alijs discordant. In summa, quemadmodum in architectura, siue uerius confusione turris olim Babylonicæ, Noah posteris accidisse legimus Geneseos cap. 11. dum nituntur facere super æthera gressus, & umbriferas

transcendere nubes: dũ huic ligna uolenti, alter lapides dederit: scalam postulanti, silices præbuerit alter: calcem petenti, ferrũ tradiderit: perpendiculũ exigenti, malleũ porrexerit (sibi inuicẽ peregrino idiomate, & à nemine intellecto respondentes) ita confunduntur hic fermè uniuersa, quando de allijs loquenti, de cepis respondetur. Quid itaq; in tanta scriptorum uarietate, in tam multifarijs autorũ scripturis, primum aut ultimũ? quoniã alius aliam compositionem magis prædicat, uituperat alius: adeò sunt diuersa mortalium ingenia, ut ne Iupiter quidem omnibus placeat: adeoq; dubitem, an ulla unquam ætas sit experta plus uariantia, dum autorem autori studeant (nescio qua ratione) aut præponere, aut postponere. Ego autem eos imitatus, qui antiquorum doctrinam manifestandam suscipientes, eam amicè magis ostendere & docere (uelut hactenus opinor feci) quàm morosè obscurare ac redarguere: malui etiamnum è Græcis Medicorum monumentis, præstantiores cõposituras depromere, & huc transcribere, quòd hoc operæ studiosis omnibus copiosius probatum iri sperem. Et idcirco Pauli uerba lib. 7. cap. 12. potius delegi, quanquam idem lib. 3. cap. 45. fermè Aëtio accedat lib. 11. cap. 29. Atqui horum pastillorũ autores legere cupiẽtes, remittimus ad Actuariũ de Compos. pastill. Dia physsalidos, id est, ex Vesicaria: quem est imitatus sect. 41. nume. 22. atque 35. 9. Myrepsus Nicolaus: amplius ad Nicolaum Alexandrinũ cap. 952. & sequenti. Præterea ad Serapionem de Antidotis Tracta. 7. cap. 18. ubi deprauatè Alibsulidos, aut Alissulidos, pro physsalidos legitur: sicut etiam apud Auicennã ineptè dissulidis lib. 5. summa 1. Trac. 8. Idem bifariàm eodem loco constituit, titulo Trochiscorũ Alkekengi, & rursus de Curatione ulcerum uesicæ lib. tertio, cap. 13. Aliter ostendit Rhazes Diuisionum lib. cap. de

Medicinis

Medicinis urinæ, id recenset Mesue, de Medic. renum & ulcerum, capite 5. Et Haly Abbas 10. Praxeos nomine Troch. Apsolidis. Atque istos sectati sunt Bartholomæus Montagnana, ac Bertrucius Bononiensis cap. de Mictu sanguinis. Pleraque exemplaria Apium habẽt pro Opio, ut facillimo lapsu, ita difficillimo usurpantium periculo. Cæterùm quàm communis apud Alexandrum Trallianum lectio corrupta sit, interprete Torino libro tertio, cap. 34. ad finem, & 36. clarius est, quàm ut homini industrio, atque autores alios disquirenti, ignorari poßit. Et si cuipiam audacius, quàm uerius dicere uideor, is quæso uersionem huius, & Guinterij conferat, ac nihil manifestius contuebitur. Vnde Lectorem obiter admonendum duximus, ne Torinæ uersioni quicquã tribuat, quæ tot scatet erroribus, quot habet periodos. Sed institutum repetens, Pauli uerba adscribam.

Trochiscus ex Vesicarijs Diaphyßalidon.

Seminis cucumeris satiui excorticati, unciæ quatuor.
Seminum Hyoscyami albi, cicutæ, singulorũ unciæ duæ.
Seminum fœniculi, lapathi, croci, amygdal. amar. opij, nucleorum pini purgatorum, singulæ unciæ.
Vesicariæ unciæ tres.
Vini quod sufficit.
Sic ille.

Quemadmodum paulò suprà diximus, nolle in hac controuersia nos neq; contendere, neq; frustrà sermonem protrahere, id etiam nunc adijciendum duxi, omnium scriptorum dictionem penè ex Galeno 10. Locorum, cap. 1. transsumptam

sumptam esse. Nunc ita relicta gregalium quorundam barbarie, ac prolixa discordia, Pauli interpretationem suscipiamus exponendam, ubi initio habetur:

Sem. Cucumeris satiui excorticati.) Dioscorides satiuum genus unum definit 2. cap. 128. ex numero uersionis Ruellij, quem in omnibus istis libris retinemus. Theophrastus tria lib. 7. Plantarum cap. 4. cui subscribit Plinius 19. cap. 5. Ex recentioribus Marcellus Virgilius totius huius fructus, unam incertitudinis causam autumat, multiplicem apud Græcos κικύων, id est, cucumerum appellationē: Estq́; inquit, cucumis, supremum ac primum genus similium fructuum, cui pepones, & melopepones subijciuntur, sola figura quantitateq́; inter se differentes. Leonhartus Fuchsius Illustrißimi Principis Alberti Marchionis Brandenburgēsis Medicus, arti haud parum multum adijciens, ita distinguit, capite Voluminis sui de Stirpibus 267. Primum genus satiui cucumeris, plures sortitur species, sed quatuor sunt potiores: Vna, cucumis noster uulgaris: Secunda, peregrinus siue Turcicus: Tertia, marinus: Quarta Officinis Citrullus dicitur. Alterum genus existit hodie absolute Pepo appellatum, quanquam Plinius hunc cucumeris sobolem faciat. Nam quando magnitudine, inquit, excedit cucumer, Pepo uocatur. Tertium genus, paßim omnibus Melon habetur. Cæterùm si pepo mâli effigiem referat, & crescendo rotundetur, Melopepon Græcis nuncupatur, ex mâlo & pepone, cōstituta uoce. Palladius id genus totū, in Martio ac Aprili, Melones, quasi pomosos dixit. Hos etiā nunc producit Germania solerti cultu. Saporē præbent, si in tempore carpantur, ualde dulcē, & mellitū: unde Itali semper ante alios cibos edūt, ac generosum uetustum uinum superbibūt: qua ratione fit, ne omnino stomachū, frigiditate sua, offendant,

dant. In summa, tãta est inter cucurbitas, cucumeres, pepones, melopepones affinitas, ut sæpenumerò Græci iuxtà ac Latini, & res & nomina cõfundãt. De satione, plãtationeq; omniũ horum Constantinus lib. 12. cap. 19. & 20. Totam uerò historiam cognoscere uolentibus, satisfaciet Ruellius de Natura stirpium lib. 2. cap. 67. & sequenti. Item Tragus Tomo 2. cap. 99. Eiusmodi semina, lacte, aut mulso, præmacerantur, ut dulciorem fructum ferãt, scribente Theophrasto, lib. 3. de Causis plantarum, cap. 12. Hactenus de satiuo, de syluestri autem nono horum explicabimus.

Cicutæ.) Videlicet seminis. Konion Græcis appellatur. Arabibus Sucaram, uelut omniũ in unũ collata uerba testificantur. Diosc. lib. 4. cap. 67. efficacißimã definit Creticam, deinde Megarensem, mox Atticam, in Chio & Cilicia nascẽtem. Theophrastus optimã circa Susam, & locis prægelidis oriri testatus est 9. Plantarum, cap. 15. Plinius lib. 25. cap. 11. maximam uim terræ Parthorũ, mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ: In Græcia Megaricæ, pòst Atticæ attribuit. Serapion eã pingit lib. Simpliciũ, ca. 347. Auicẽna cap. 671. Canone 2. quãuis sibi prorsus dissentiat Fen. 6. lib. 4. tract. 1. cap. 6. Iusquiami nigri remedia, Cicutæ attribuens. Ego usu didici Cicutã nostram, Germanis Schirling, & Wůterich, Hollandis Pypkruyt, Gall. Cigue, ou Cocue, Ital. la Cicuta. quasi fistularẽ herbam, non eã malignitatem poßidere, quam autores suæ exoticæ aßignant. Ab eius plerique consuetudine, Dioscoridis, Theophrasti, Galeni, ac Plinij autoritatibus terrentur: quoniã primus ei letale uenenum inesse, suaq; ui refrigeratoria, necare scripsit. Galenus 1. simpl. cap. 12. eius semen, omnium refrigerantium ualentißimũ, testatus est: Et 3. ca. 17. hominẽ Cicuta necat, &c. Plinius insuper Cicutam uenenum esse, publica Athenien-

ſtum pœna inuiſam, pronunciauit. Atq; alibi, ſicut Cicuta homini uenenum eſt, ſic Cicutæ uinum, nimirum poſt illam, hauſtum meracũ, uetus, copioſum: ut quod illius frigidi exceſſus uires infringat, corpus denuò calfaciat, atq; intemperiem uincat. Si uerò paucum & imbecille bibatur, uenenũ reddit immedicabile, ut quod adſcititia caliditate, craſſam Cicutæ & aliorum uehementer frigidorum partẽ extenuat, ſicq; celeriter ad cor penetrans, natiuum uitalemq; calorẽ extinguit, quod ipſiſſima mors eſt. Nam Aconitum (uelut Macrobius ſeptimo Saturnaliorum, capite ſexto oſtendit) cum uino tritum, potuiq; datum, haurientem nulla curatio à morte defendit: ſeorſum uerò exhibitum, hauſtu meri pleroſque curari comperimus: cuius rationem idem eo loco aſcribit. Breuiter nulli dubium eſſe poteſt, quin eiuſmodi res, formidoloſum ueneni aculeum uiſceribus noſtris imprimunt: proinde tutum erit planè non attingere, nedum intra os ingerere. Quare igitur Paulum hic rem letalem immiſcuiſſe arbitrabimur? Quomodo eum à tam horrendo confidentiæ ſcelere uindicabimus? Sed neceſſarium eſt paulò altius repetentes, ſimul oſtendamus Cicutam non eſſe uſq; adeò mortiferam, ut interdum etiam inde medicamentum conficiatur efficaciſſimum iuxtà ac tutiſſimum, quantumuis ſecus ſcriptorum uerba ſonare uideantur, quæ modò indicauimus. Et quamuis uim humanæ naturæ aduerſantem contineat, ad multa tamen (Plinio libris & capitibus ſuprà citatis autore) uſus eſt haud pœnitendi, ut quæ Rutæ etiam noxiæ medeatur, ſicut idem libro uigeſimo, capite decimotertio, ſcriptum reliquit, in hanc dictionem: Rutæ ſuccus copioſius ſumptus, ueneni noxiam obtinet. At quis Rutã, non inter maximè ſalutares herbas numerat? quoniam aduerſus Aconitum, uiſcum, ſerpentiũ, ſcorpionum, araneorum,

apum,

apum, crabronum, uesparum ictus & aculeos ualet. Attamen longiori quãtitate exhibitum succum damnat Plinius: & quod quis iure miretur, Cicutæ succo extinguitur, adeò uenenorum uenena sunt remedia, quãdo Cicutæ succus prodest manibus colligentium Rutam. Quin & Trifolium celebre contra serpentium ac scorpionum ictus, Sophocles uenenatum dixit. Adde quòd Galenus, multiq; alij frequenter Cicuta, hyoscyamo, helleboro, imò & Opio liquore frigidissimo, una compositione intra corpus sumẽda, utantur: cùm tamen ne unus quidẽ in autorum monumẽtis, quotidianaq; experientia rationi subscribẽte consistens, negare aut poterit aut uelit, illa simpliciter oblata, ueneni suspicione carere. Ego tamen constanter dico, ea ipsa alijs coniuncta malitiam deponere, quod in sermonis progressu edocebo. Hic mihi pensitet æquus Lector, omnia, qualitate, nõ toto genere, deleteria, intrò modica quantitate assumpta, haud diu pòst mutari, uariè distribui, ac potentia natiui caloris, corpori nostro aßimilari. Vnde manifestum fit, nec uim eorum manere æquè uehementem, sed omnino à natura superatam sedari. Quin & multa sunt, quæ si extrà applicẽtur, offendũt: intrò autem accepta non lædunt, sed manifestò conferunt. Ad hæc mediocris flamma sæpè plurimum nos iuuat, multa uerò accẽdit, uritq;. Similiter moderata frigidæ potio, calidis corporibus utilis: immoderata uerò damnosa habetur. Constat itaque omni omnium rerum excessu corpus nostrũ uehementer lædi, iuuari autem usu moderato. Sic legimus Lactucam, familiarißimum alioqui homini cibum, immodica quantitate, non minus offendere, quàm Cicutam, aut Papauer. Locus est apud Galenum tertio Simplic. c. 17. ne quis temeritatem meam incuset. Quid? quod medicamentũ idẽ, iusta dosi, & ex ratione paratum atque exhibitum, seruat:

iniusta aut negligenter, hominem præcipitat, aut saltem in horrenda pericula deducit? Nónne quotidie similia exēpla, in sectionibus uenarum, experimur? Nónne itidem in plerisque catharticis apertè uidemus? Ex istis consequitur, omnia præmeditatè humanis corporibus fieri oportere, quod anus Atheniensis, consuetudine de Cicuta facta, monstrauit: cuius apud omnes (Galeni eodem citato loco testimonio) percelebris memoria est. Etenim ea, ab exigua Cicutæ portione, auspicata, nullo uitæ dispendio, ad permagnam copiam, progressa est. Principio etenim pauxillum contumax eius natura uicit, postea usus in nutrimentum conuertit. Similia testimonia de Thrasia Mantinensi Philosopho, & plerisque alijs, legimus apud Theophrastum lib. 9. cap. 18. in Ellebori esu contigisse, ut manipulos totos consumēdo, nihil penitus afficerentur, consuetudine medicaminis malignitatem euincente, ut non amplius medicamina, sed alimenta haberentur. Et insignis hodie fama est Mithridatis Regis, cui uni excogitatum quotidie uenenum bibere, præsumptis remedijs, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Sed & Albertus, cognomento Magnus, se in celebri Agrippinēsium Colonia puellam uidisse scribit, quæ araneas in cibum uenari solita fuerit. Sunt apud Aristotelem, Philosophorum Principem, aliæ historiæ, quas Cælius Antiquarum lectionum lib. undecimo, cap. decimotertio reposuit. Quin nec unus cibus omnibus æqualiter conuenit: quod quum in multis palàm est, tū omniū fermè cōsensu in sturnis, quibus Cicuta cibus est, & coturnicibus ueratro uictitantibus, & in ceruis apparet, qui uiperas citra noxam edunt, quibus cætera animantia moriūtur, tametsi multò maiora robustioraq; sint. Accedit adhuc quòd nihil, quātumuis aut calidū, aut frigidum, corpus nostrum lædere, afficere, corrumpere, siue interi-

mere poteſt, niſi tempus, naturam aptam, & excedentem iuſto quantitatem habeat. Ea ratione nec ignis calfacere, nec aqua aut nix refrigerare potens eſt: imò nec Cantharis, nec Cicuta, nec Hyſcoyamus, nec Mandragora, nec Opium, nec ſimilia, uiolẽtiã inferre poſſunt. Quin & Braſauolus nõ ueretur drachmas decẽ Rheubarbari infuſi, & tres pulueratí, pro una doſi offerre, ita occaſione ferente. Idem Mauritanum uidit, ſine noxa ſemunciam ſcammonij comedere, & alium integram libram Aloës. Hanc ſententiam Hugo Senenſis Comment. Aphor. 50. lib. ſecundo, ac Nicolus Florentinus Tract. 4. cap. 5. omnino confirmant. In ſumma, ex his manifeſtum arbitror, nemini uſum ſeminũ Cicutæ, & Hyoſcyami albi, in iſtis Trochiſcis, formidandũ eſſe, quãdo correctoria habeant admiſta. Proinde ſuperuacaneum quoque eorum metum pronunciamus, ut in ſuperioribus ſatis edocuimus. In Opio autem apponendo, iudicium periti Medici ſemper ſuadeo conſulendum. Porrò ſi quis Pyronis hæſitationem imitatus, etiamnum curioſus, meticuloſus, inexercitatus, rationes ſuprà poſitas auerſetur: is ſuccũ prius ex Cicutæ ſemine exprimat: nam eo ablato, erit innoxium prorſus ſemen, quod Galenum ſubinde feciſſe conſtat. Sed & illud in tranſcurſu monendum, iniquè ſanè Auicennam primo à Leoniceno ad finem Epiſtolæ ad Politianum, pòſt iniquiſsimè à Fuchſio traductum libro de Erratis Medicorum, cap. 19. quaſi uerò Aconitum putauerit Napellum, quum diſtinctim tamen utrãque herbam dixerit. Nam libro ſecundo, cap. 503. Napellum, & capitib. 684. ac ſequenti, Aconiti genus utrunque ſcripſit, unum ſtrãgulatorem Adib, alterum ſtrangulatorem Leopardi appellans. Sed illius defenſionem ſingulari ingenij modeſtia, & eximia pariter æquitate, Matthiolus Comment. capit. 73. in 4. libr. Dioſcoridis

ſuſcepit

suscepit, quo etiam loco, quatuor Aconiti formas cōspiciendas proponit, homo in simpl. cognitione, ac Medicinæ peritia clarißimus. Duplex genus reperitur apud Dioscoridē: quanquam hoc alterum triplici differentia diuidat lib. 4. cap. 66. Galenum 6. simpl. Plinium lib. 27. cap. 2. & 3. Pardalianche Germanis uocatur Dollwurtz: *Gallis* Estrangle Leopard. *Ital.* Aconito pardalianche. *Lycoctonon* Wolffswurtz, *Gall.* madriettes, Estrangle loup. *Ital.* Aconito licoctono. *Omniū usus crudelißimus, ut qui paucis antè annis duos mercatores peregrinos Antuerpiæ exitio celeri sustulerit, ac alibi, quod scio, puerum unum aut alterum impudēter eam herbam esitantem. Hactenus præmeditatum Cicutæ usum incolumem tutatus sum, consequenter ad alia simplicia, de quibus disserere prætermisi, me conuerto.*

Sem. Lapathi.) *Iam antè haud pœnitendis ueterum autorum testimonijs, ac luculentis rationibus, sæpè declaratum est, quantū utilitatis adferat, in rectè conficiendis pharmacis, simplicium uera cognitio: unde Lapathi, siue Rumicis, genus unū atque alterum, suprà ostendimus: sed quando propriè hic locus uberiorem dictionem postulat, necessarium esse putaui, quæ ad uitæ retinendæ, aut emendandæ felicitatē conducunt, iterum atque iterum repetere, quò penitus ista infigātur animis. Sciendum itaque genera Rumicis quatuor à Dioscoride constitui lib. 2. cap. 107. Primum est Oxylapathon, id est, acutus Rumex, Officinis Lapatium acutum, Germ.* Mengelwurtz, & Grindtwurtz, *Hollandis* Lakenblaen, *Gall.* de la patience, ou de la parelle. *Ital.* Rombice, ò Lapatio acuto. *Secūdum est satiuum, id Fuchsio Rheubarbarū Monachorū habetur: simillimum est primo, ac propterea exercitatißimum*

quenque

quęque, & utriusque faciem studiosißimè obseruantē initiò facilè fallit, nisi quòd stipites, & folia rubicundiora ostentet, & latius sesè aliis Rumicibus diffundat. Quod autē Hieronymus Tragus lib. 1. 104. ordine secundo recenset hortensem Rumicem in culinis grato iucūdoq; sapore expetitum, mirū si non sit Hippolapathō Galeni septimo Simplicium, in Germania inferiori Patientiam uocatā. Tertium genus syluestre, quod Tragus & Fuchsius apud Germanos superiores Guter Heinrich, Schmerbel, & gemein Wundtkraut, uocari testificantur. Gall. Bon Henri, ou Ozeille de Tours. Ital. Rombice di terza specie. Quartum dicitur Oxalis, estq; acetosa uulgaris. Germa. Saur ampffer, Gall. Ozeille, Vinette, Sallette, Ital. Acetosa. Plinius lib. 20. c. 21. Hydrolapathon, quasi palustrem aut aquaticum Rumicem addit. Sequitur:

Vesicariæ.) Iste locus peculiariter requirit, ut diligenter eius differentias declaremus. Est itaque Plinio inter Strychni genera connumerata, lib. 21. c. 31. Quatuor species à Dioscoride 4. ca. 61. & sequentibus Galeno 8. Simplicium Trychnon, ac aliis traduntur. Primam Tragus Tomo primo, cap. 101. sed aliam nostri communiter usurpant notissimam. Cornelius Celsus cap. ultimo secundi libri Strychnō, Macer Maurellam, Apuleius c. 74. Solatam, quidam Morellam, Officinis Solatrum, Germa. Nachtschatt, Gall. Morelle, Ital. Solatro hortolano, uocant. Fructus eius, Vua canina, et Lupina dicitur. Secunda species ꝓprio nomine Halicacabus, Physsalis, aut Solanum uesicatoriū, Barbaris uocem Halicacabi deprauantibus, Alkekengi. Ista fructū in folliculis rotundis, puniceis, rubentem, acino uuæ aut paruo ceraso, tum figura, tum magnitudine, adsimilem profert:

profert: unde Cerasum Iudaicum cognominatum est, quo etiam ad coronas iucundo spectaculo prisci utebantur. Na*scitur paßim apud nos, in croceis uesiculis, ubi maturuerunt.* Coloniæ Iuden Kerssen, *in Batauia,* Winter kerssen, & Boberellē. *Gallis,* Baguenaudes, Alkanges, *Ital.* Halicacabo uolgare. *Tertia est Solanum marinum, quod rupibus maris innascitur, & somniferum siue dormitorium, quoniam drachmæ pondere somnum accersit: hoc ad mortem uelocius Opio, si Plinio credimus. Germ.* Dolkraut. *Gal.* morelle marine. *Ital.* Solatro marino, ò somnifero. *Quarta Græcis Manicon, Latinis insanũ seu furiosum, unde ortũ suspicor prouerbium, Strychnũ bibit, Tabernis Solatrũ mortale. Germ.* Rauchœpffelkraut, *Gal.* Morelle mortelle. *Ital.* Solatro furioso, ò Stramonia. *Theophrasti testimonio Plantarum nono, cap. uigesimoprimo insaniam parit, duarum drachmarũ quãtitate, ac septimo Plantarum, cap. decimoquarto, & 9.c.12. Quicquid isti adijcitur, mortem portendit Plinio. Illã olim uidi in horto cuiusdã ciuis Gruningani Cornelij Bebingij, qui plerasque herbas singulari cultura fouebat. Atqui cùm herbarum beneficia, non maleficia tractemus, non est quòd istius malignitati diutius inhæreamus: siquidem uereor, ne inutile quoddam, & sceleratum hominum genus, in lucro ponat, talium nefandorum pharmacorum usum, ex nobis audire. Nec demonstranda sunt remedia, quorum medicina alicuius periculum adfert. Redeundo igitur ad primas species, alterius semine, siue fructu maturo hoc loco utendũ, quod uulgus Officinarum Alkekẽgi, quàm Halicacabũ appellare maluit. Possunt autẽ cũ Opio, aut sine eo parari, quod fieri suaserim, quoniã pro necessitate id cõiũgi potest. Reliqua ingredientia aliàs tradidimus.*

Trochisci Alandahal Mesuæ, qui ponuntur in hiera Hermetis, & in alijs Confectionibus, loco Coloquintidæ.

Recip. Pulpæ Colocynthidos albæ, leuis & mundæ à granis, drach. decem.

Incidantur forfice, aut incisorio minutissimè, & fricētur siue frigantur uncia una olei rosati: deinde accipe muccoris tragacanthi, gummi Arabici, bdellij, infusorum aqua rosacea ad quatriduum, ana drach. sex.

Colocynthidam craßiusculè conscissam & tritam cum glutino, siue aliqua parte mucoris istorum gummium excipe, ac inde fiant Trochisci in umbra siccandi: pòst iterum puluerentur exquisitißimè, & denuò glutino eorūdē permisce, formenturq; Trochisci: idq; ter aut quater fieri oportet.

CRONENBVRGIVS.

Ioannes Mesue cap. Simpl. 4. penè similes Troch. refert, sed mastichē, galliam, & eius genera plura miscet. Amplius in Antidotario parantur potißimùm eo, quo nos transposuimus modo, possuntq; trochisci ex Colocynthide appellari. Dioscorides lib. 4. cap. 158. autor est, Si ex medulla fructus Colocynthidos quatuor oboli, cum aqua mulsa, myrrha, ac nitro, in catapotia cogantur, uim habere purgatoriam. Plinius farinam aridam in pilulas cum decocto melle paratā, stomacho prodesse scribit libro uigesimo, cap. tertio. Liber, Lumen Apothecariorum appellatus, gummium habet singulorum drachmam mediam, magno utentium malo. Hic mihi iure summo Valerius Cordus, etsi doctus iuuenis, corripien

ripiendus uenit, quoniam dispensatorium eius passim usurpari in Tabernis, tãquam ab omni uitio & errore liberũ, scio, cùm tamẽ quamplurimis locis, pessima fide, multorum hominum exitiali pernicie, pharmaca ex autoribus istic reposuerit: cuiusmodi notã euidentissimè cernere licet, in istis Trochiscis, ubi pro ℥.x. uncias decem, his characteribus ℥.x. pinxit, procliui equidem calami lapsu, sed ægrotantium intolerabili dispendio. Verùm non hoc solùm loco eiuscemodi graues mẽdæ, sed plerisque alijs deprehenduntur. Quapropter cum singulari iudicio, illum Cordi libellum uersandum moneo, aut quod longè esset tutissimum, penitus negligendum: quando plerisque locis uitiosissimus reuera sit. Cæterùm Alhandal siue Alhandahal, Colocynthidam esse, latere nunc puto neminem, in primis quando nos ad finem quarti horum commentariorum satis euidenter expediuimus.

Trochisci ex Berberis Mesuæ.

Recip. Berberorum aut succi eorum, spodij, succi glycyrrhizæ, seminis portulacæ, ana drach. tres.
Rosarum drach. sex,
Spicæ, croci, amyli, tragacãthi, ana drachmam unam.
Seminis citrulli drach. tres, & semissem.
Camphoræ drachmam mediam.
Confice cum tereniabin.

CRONENBVRGIVS.

Eosdem recenset Myrepsus cap. de Pastillis num. 64. crocum negligenter præteriens. Mesue alios exoletos, continenti dictione: Serapion Tracta. 7. cap. 18. tres compositiones produxit: huius ultima cum Mesue eadem est. Auicẽna septem

ſeptem oſtendit. Omnium huius prima, cum Serapione concordat, tertia eiuſdem, cum illius ſecunda, ſed in põderibus eſt contractior: quarta Auicennæ cum alijs ſonat. Reliquæ ſunt diſſolutæ ac uagæ, quod poſt ſuperuacaneam lectionem perſpicuè intelligent, niſi quibus præ inſcitia attrita frons eſt, ac peſſundatũ iudiciũ. Scribit ab iſtis uariantes paſtillos Paulus lib. 7. cap. 12. quos reſcripſit Myrepſus ſect. 41. nume. 19. ac rurſus 92. Similiter Aëtius lib. 8. cap. 63. quos etiam ille repoſuit nume. 26. mutato pondere, & neglectis opio, & zingibere. Alieni ſunt, quos Actuarius cap. proprio, Myrepſus nu. 65. ex Rhaza nono ad Almanſorem cap. 67. mutuauit, ubi Arabs Rauedſeni, ille prompta occaſione diſiũxit, Rhaued ſenæ dicens. Porrò quando Meſues cõſtructio Officinis familiaris ſit, ideo eiuſdẽ expoſitionem breuiter expediemus, ordientes ab ijs rebus, quarum hactenus mentionem facere prætermiſimus.

Berberorum, aut ſucci eorum.) *Qui hactenus illuſtre nomen, in ſimplicium notitia, conſequuti ſunt, oxyacantham, ſiue Latinis acutam ſpinam uocatam intelligunt. Verùm ubi penitius utriuſq; delineationes in examen uocantur, haud dubiè ingens diſcrimen agnoſcetur, ſiquidem Dioſcorides lib. 1. ca. 105. & Græci omnes, oxyacanthã eſſe agreſti pyro ſimilem arborem decernunt, minorẽ tamen magisq́; aculeatam, fructum ferentem myrti ſimilitudine, plenum, fragilem, rubentem, & intus nucleum, cui radices ſubſunt multifidæ, alteq́; deſcendentes. At Berberis, frutex potius quàm arbor eſt, è terra uirgultis plurimis aſſurgens, uelut Corylus, & ab imo ad ſummum ſpinis quibuſdam acutiſsimis longisq́; horret, compreſsis, albicantibus, fructum edit acinis oblongis, racemo pendulis, punicæ mali acinis haud abſimilem, guſtu acido, & ſubauſtero. Hunc in Italia frequenter*

uidi. Itaq; constat magnam inter oxyacantham, & berberim Mauritanorum esse differentiam. Certè si quid coniectura assequor, omnino oxyacantham eam arborem existimo, quæ nostratibus uernaculo sermone Speelkorn *dicitur, & sanè eadem est. E berberis uinum exprimitur, eodem penè usu, quo ex malis punicis.*

Trochisci ex Camphora Mesuæ.

Rec. Foliorum rosarum unciam semissem.
Glycyrrhizæ, spodij, ana drachmas duas.
Santalorũ citrinorũ, drach. duas, & semissem.
Croci, seminũ Citrulli, melonum, cucumeris, cucurbitæ, tragacanthi, gummi, spicæ, ana drach. unam.
Ligni aloës, cardamomi, amyli, caphuræ, ana drachmæ unius partes duas, id est, scriptulos duos.
Zacchari Tabarzet, tereniabin, ana drachmas tres.
Confice cum muccilagine psyllij extracta aqua rosacea.

CRONENBVRGIVS.

Febribus non intermittentibus, ac flauæ bilis efferuescentijs, atq; adeò hectica febre languidis conferunt, si calida aromata tollantur. Rhazes duobus modis aßignat nono ad Almansorem cap. 61. 68. & 10. cap. de Hectica, & lib. Diuisionum cap. intemperiei hepatis. Similiter Haly Abbas 10. Practicæ. Serapion Tract. 7. cap. 18. Auicenna ca. proprio quinque compositiones prodit. Myrepsus numero 62. proximior est Mesuæ, quàm quisquam alius, pariter Auicenna in prima scriptu. Sed nunc instituto satisfacientes, de more simplicia

hactenus

hactenus suppressa manifestabuntur.

Foliorum rosarum.) *Intellige de rubris siccis, unguibus præsectis: de istis aliàs longior dabitur scribendi facultas.*

Seminum citrulli, melonum, &c.) *Hæc communiter Officinis frigida maiora nominantur, quemadmodum semina lactucæ, endiuiæ, scariolæ, portulacæ, minora frigida: non quòd his illa magis frigiditate excedant (cùm id unum sit, quia ista uim efficacius obtinent refrigerantē, quàm illa prius enumerata) sed quoniam seminū magnitudo procerior conspicitur. Quoties in Neotericorum libris simpliciter leguntur semina frigida, semper maiora intelligūtur, quæ quidem hic, atq; alibi in huiusmodi misturis à cortice duriusculo purgari debent. Is nostris hominibus primordijs dentibus leuiter confringitur, mox unguibus commodißimè detrahitur. Ad hoc fieri nolim, nisi præsens usus requirat. Nunc ad explanationem eorum seminum cōuertamur. De primis absoluimus in Trochiscis ex Vesicarijs, quapropter in memoriam reuocanda erunt, quæ isthic dicta sunt. Nunc tantùm de Cucurbita adijciam. Dioscorides li.2.ca.127. satiuum unū, Theophrastus 7.cap.4. & Plinius 19.cap.5. duo eius genera faciunt. Vnum, quod tenui pediculo libratur auræ immobile pondus, Camerarium Latinis uocatum. Alterum quod humi creditur, plebeium appellatum. Fuchsius formam contemplatus, illud Cucurbitam maiorem, hoc minorem uocauit cap. 138. adiungitq; tertiū, quod longiorē appellat. Vnumquodq; triplicia semina producit, id diligēter Columella carmine li. x. ad finē monuit. Apud nos, multiplici specie fructus excrescunt, siquidē nunc magna, nūc parua: subinde rotūda, oblōga: subinde curua, reflexa: atq; alia atq; alia uisuntur, uiribus tamen inuicem cōueniunt. Strabus Gallus, poëta doctißimus,*

uenustißimè eius luxuriantem miramq; crescendi formam cecinit in Hortulo *suo, titulo 6. Ab huius quadam imagine, prisci Cucurbitam, siue potius Cucurbitulam medicam, siue uentosam, siue globosam, sanguinis, uiolento attractu, ex corpore humano adimendi, aut caloris excitandi gratia, excogitarunt, ut Galenus testatur. Porrò ex fructibus Cucurbitæ, quidam uastioris incrementi cernuntur, ut nouem pedũ longitudinem interdum excedere Plinius uerißimè scriptũ reliquerit. Ex rotundioribus fumo siccatis, ueluti olim urceorũ cadorumq; uice ad condenda uina & olea: ita nostra ætate, mercatum euntibus, aut religionis ergo peregrinantibus ac rusticantibus, simili usu assumuntur, quò per itinera in diuersoriorum penuria, sitim & æstum subleuent. In Officinis tantùm seminibus exiccatis utuntur. Sed à gulæ magistris, inuentum est delicatum quoddam ex Cucurbita obsonium, quod ita paratur. Immaturam, utcunq; tamẽ mollem, in taleolas scindunt, easq; eo ordine ponunt, ut inter singulas Armoratiæ ramenta interserant, quæ acrimonia sua ipsum fructus corpus extraneo sapore commendent: deinde superfundunt uini Cretensis quantum satis esse putãt: atq; hoc modo, post diurnam macerationem comedunt. Et hæc impræsentiarũ dixisse sufficiat. Vulgò* Kouw orden *&* Flessen. *Germanis* Kurbſs. *Gall.* Courge. *Ital.* Zucca.

Camphoræ.) *Eam in Asphalti siue bituminis quoq; genere comprehendi, primo horum Commentariorum diximus. Nusquam ueteres Græci, neq; etiam Plinius, eius meminerunt: posteriores uerò, utpote Simeon Sethi, Aëtius, Actuarius, Nicolaus Alexandrinus, & Maurorũ quidam Caphurã nominarunt, atq; lachrymam Indicæ arboris ferulaceæ esse dixerunt tam diffusæ, ut eius umbra centum homines delitescere queant. Cæterum quando autores penè omnes diligenter*

ter uerso, nihil omnino certi de camphora prodidisse compe-rio. nam hæsitans ac instabilis omnium est sermo, ut delibera tione equidem opus sit, antequã fidas. Sunt qui rem natiuã, sunt qui factitiam credant. Plerasq; differentias tradit Sera-pion ca. simpl. 344. quæ in duo fastigia rediguntur, in rudem & elaboratam: illa ignem non est experta, hæc uerò solis uel ignis ardore excocta, atq; purgata, album colorem suscepit. Porrò gummi esse existimatur, quod Lusitanorum, per meri-diem ad Calicut orientalis Indiæ emporium nauigationibus, probatur. Securè seruatur, uase alabastrino, aut terreo can-dido, lini aut psyllij semine obruta. De temperamento eius anceps est disputatio, dum alij, frigidi ac sicci in tertio ordi-ne, decernunt, è quorum numero sunt Auicenna cap. simpl. 134. & 2. de uiribus cordis. Serapio 344. & Arabes plerique omnes: alij contrà calidi ac sicci, excessus secundi, pronun-ciant, oriturq; hic fermè eiusmodi cõtrouersia, qualis Galeni ætate, de aceto & oleo. Vtraq; disputantium pars, probabi-libus argumentis, innititur. Etenim quæ frigidum tempera-mentum asserit, eius congelatione, quæ sanè frigiditatem ar-guit, & quotidianæ experientiæ, & autorum Arabum testi-monijs ducitur. Ac quamuis prõptè flammam admittit, non ideo calida existimanda. Nam eadem ratione, & oleum o-mne, & butyrum, calidum esset: cuius contrarium Galenus, atque alij medici confitentur. Adde non eandem naturam in nobis, quam ab igne suscipit, edere: sed pro utentis discrimi-ne, & misturæ uarietate, facultatem suam retinere. Quia fieri potest, ut unius hominis corpus aptum sit ad suscipien-dum calorem, aliud ineptum. Quare principia paria, par incrementum non sequitur, ut autor est 1. Simpl. cap. 11. Ga-lenus. Fieri insuper potest, ut ab igne perfacilè alteretur, nequaquam tamen à calore nostro (ab eo siquidem unum-

quodq; medicamen potestate calidum, sui principium accipit, sicut idem 3.temperament. demonstrauit) unde neque nos calfacere potest. Itaq; necesse est, limitationes adijcere, quas 1.2.3.simplicium lib.acutißimè ostendit. Atque ista commodè disputari possunt in unam partem. Platearius camphoram in quarto gradu frigidam aut siccam, præterea succum ex Dioscoride mendaciter cōstituit, & pueriliter gummi negat. In alteram porrò partem probabilius dici potest, quod gustus qualitate, odoris acrimonia, aëria substantia, pondere, raritate, siccitate, caliditas in ea exuperet. Et quomodo si ordinis tertij frigida esset, ignis inter coquendum, eum colorem induceret? Neque etiam ullum frigidum celeriter accenditur, comburiturq;. Camphoræ autem natura adeò igni est amica, ut postquam semel eum concepit, ardeat, donec quicquam supersit. Ecquis frigidam igitur audebit asserere? Præsertim quādo Galenus 1. Temperam. & simplicium, ac quarto de Vsu partium, eiuscemodi calida esse iudicarit. Quapropter haud malè ex Maurorum familia unus, camphoram in secundo ordine, calidam ac siccam pronunciauit. Et iure summo, Pandectarum autor, cap. 119. dubitat, miraturq; pugnantium qualitates & ordines. Nec obstat contumax medicātium turba sola experientia frigiditatem ei aßignantium: quando constet certißima fide, talem uim obtinere camphoram, qualem eæ res quibus cum permiscetur. Itaque oportet singulari industria id prius expendere, quàm curiosè de rebus inexploratis sententiam dicere. Quanquam eorum opinio uerior cēseri debeat, qui caliditatem frigiditati anteponunt. Syncera existimatur, si pani calido imposita, madescat: aliàs fraudulenta.

Trochisci ex Charabe Mesues.

Recip.

Rec. Charabe aureos ſex.
Cornu cerui uſti, gummi aſsi, corallij uſti, tragacanthi, acaciæ, hypocyſthidos, balauſtiæ, maſtichæ, laccæ lotæ, papaueris nigri aſsi, ana aureos duos.
Thuris, croci, opij, ana aureum unũ, & ſemis.
Fac trochiſcos drachmæ unius, cum muccagine pſyllij.

CRONENBVRGIVS.

Galenus noſter libro de Compoſ. pharmacorum, ſecundum Locos 7. cap. 4. ex monumentis Aſclepiadis, ad hæmoptoicos huiuſmodi paſtillos ex ſuccino refert.

Paſtilli ex Succino Galeni.

Recipe. Pſyllij drachmas quinquaginta quinque.
Ramentorum ſuccini, iridis Illyricæ, maſtiches, croci, ana drachmas triginta.
Opij drach. xv. Sic ille.

Galenus 7. per locos, cap. 4. Oribaſius lib. Medicaminum, Aëtius 8. cap. 63. Trallianus 8. cap. 6. Paulus 7. cap. 12. Nicolaus Alexandrinus cap. 951. Actuarius cap. proprio. Myrepſus numero paſtillorum 34. & Marcellus de Medicamentis cap. 16. ex iiſdem omnino rebus componunt, ſed in ponderibus omnes diſconueniunt. Porrò Alexandrinus cap. 970. & ex Arabum ſchola Rhaſes 9. ad Almanſorem, cap. 77. inſuper lib. diuiſionum cap. de Supprimendis menſibus, ac hæmorrhoidib. Haly x. Practicæ. Serapion Tract. 7. cap. 18. titulo ad ſpuentes ſanguinem. Auicenna Tract. 5. ſumma 2. non ponderibus tantùm, uerumetiam rebus ipſis uehementer uariant. Certè ego Meſues compoſitionem inſigniter efficacem

cem comperi, ut qui abundantem fluxum muliebrem ex cholera, frequenter ea ipsa persanaui. Sed ne longior sim, iam id persequar, quod tam ad Græcorum, quàm Arabum scripturam pertinet. Gummi itaque Charabe, Arabicum, Tragacantum, corallium, & similia, ad magnitudinem orobi confracta, fictili tecta, dum usus requirit, assantur, donec albescant & puluerabilia sint. Semina uerò, utpote tenuioris substantiæ, paulò minus assanda, præter ea quæ lenta sunt, cuiusmodi lini & psyllij censentur. Redeo ad Charaben, quam Græcorum quidam lachrymam esse populi albæ, uel etiam nigræ, asseuerare uidentur, quasi non sit Electrum aut succinum. Sed Dioscorides 1. cap. 93. Paulus 7. litera H, nō ueritatem, sed uulgi opinionem sequuntur. Serapion de Plantis calidis & siccis, cap. 276. Haur, populum interpretatur. Auicenna cap. 344. simplicium Haurum Romanum, Achirosam nominat. Dioscorides, ac Galenus Populum nigram, ægyron uocāt, ut hinc liqueat Auicennæ achirosam, horum ægyron esse, & corruptam uel ab eo, uel saltem interprete illam uocem. Rursus eadem breuiter repetit capite 510. de nuce Romana, & cap. 351. absolutè Haurum appellat, cuius gummi charabe est. Atque amplius cap. 374. de charabe peculiariter loquens, gummi nucis Romanæ dicit. Apparet itaque ab Auicenna, charaben esse gummi ex Hauro Romano, siue Achirosa, siue nuce Romana, quam Populi nigræ lachrymam Græci nuncupant. Atqui Auicennā confusissimè unā rem tractantē acriter corripit Fuchsius Paradoxorū suorum 1. ca. 20. Certè ad hunc modum nomina permiscuerunt, ut rem ipsam penè obscurarunt. Nos autem quanta possumus fide operam locabimus, ne quid sub ancipiti hæreat. Dico itaq; Dioscoridem non existimasse Electrum, Populi lachrymam, sed commentitium fuisse ex poëtarum

fabulis,

fabulis, quibus nemo sanæ mentis unquam credere uoluit. Vnde extat Ouidij facetißimum figmentum secundo Metamorph. quod hic transferre, neque inutile, neque iniucundum futurum arbitror. Loquitur uerò de Heliadibus Phaëtontis sororibus, & matre earundem:

Tunc mater truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit, & inde
Sanguineæ manant, tanquam de uulnere, guttæ.
Parce precor mater, quæcunque est saucia, clamat,
Parce precor, nostrum laceratur in arbore corpus.
Iamq; uale. cortex in uerba nouißima uenit.
Inde fluunt lachrymæ, stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Lucianus hanc quoque ut uanam historiam narrat, libello de Astrologia, & aliàs ad Padum eius explorādæ rei causa iuisse, sed succini lachrymas nusquam inuenisse. Diodorus quoque Siculus lib. 6. antiq. gestorum, cap. de Oceani insulis, tanquam irritam ac prodigiosam fabulam ridet damnatq;. Vnde rectius scribit Solinus in Polyhistore, cap. 23. barbaros eam lapidis speciē, in Illyricum tulisse, quæ cùm per Pannonica commercia, usu ad transpadanos homines foret delata, quoniam isthic primum eam uiderant, ibidem & natam putarunt. Breuiter, satis nūc sit ostendisse, Romanos rectè succinum nominare, quia ex pingui terræ succo concreuit: & Græcos Electrum, quod attritu calfactū ad se paleas trahat, aliasq; res tenues ac minutas: Mauros uerò Persico sono charabē, siue rapiens paleas, quod certè charabe appositè quadrat, & nequaquam Populorum lachrymæ, aut gummi. His addendum, Græcos adstrictorios ex succino Trochiscos uocasse (ut suprà liquet) quos Mauritani è Karabe inscri-

bunt. Quin & Plinius *rectissimè lib.37.cap.3. in septentrionalibus insulis* Oceani Germanici *gigni tradit, ex arboribus pinei generis ad autumnũ, sicut gummi quoddam, & à Germanis appellari* Glessum, *quod uitrum est, quoniã uitri modo pellucet, unde natum prouerbium,* Electro *lucidius. Pineæ autem arboris gummi esse, indicio est pineus in attritu odor, & quòd accensum tædæ & resinarum modo ac nidore flagret.* Atque *hãc rem magis* Cor. Tacitus *in fine libelli, quem Germanorũ moribus dedicauit, illustrem fecit.* Iniquissimũ *est ueritatẽ occultare.* Germani, *inquit, qui mare scrutantur, soli omnium succinũ, quod ipsi appellant* Glesum, *inter uada, atque in ipso littore, legunt, & reliqua. nam locus longior est, quàm ut breuibus recenseri possit. Genera eius plura, quæ* Plinius, & Georgius Agricola *enumerant.* Inuenitur *etiam albo colore in extrema* Germania Sarmatis *uicina.* Inter Basileam & Argẽtinam, Chalcidonius *lapis appellatus, qui* Murrhino *quàmsimillimus uenarum uarietate apparet.* Vulgo *nostro* Casſidonieſtein, *Gall.* Calcidone. *Ital.* Calcedonio: *qui luteo siue fuluo colore est, passim* Medicis *nostris* Ambra *citrina, plebi* Geel Amern, & Geel Aelſtein *dicitur, Gallis* Ambre iaune. *Italis* Ambra gialla. Hi *sanè omnes, simul cum uitro* Nuranio, Venetijs *ad nos aduecto, in usum religionis, in minutos calculos perforatos, transferũtur.* Quomodo *autem, & quibus locis,* Succinum *reperiatur ac colligatur, iucunda equidem narratione* Georgius Agricola *quarto* Fossi. *libro, pag.242. ex* Frobenij *typis manifestat.* Quod *uerò in orationis contextu, de plerisque animalibus, bestiolis, paleis, ac rebus inaminatis succino inhærentibus asserat, uerissimum agnosco: siquidem muscas integras, culices, uermiculos, formicas inclusas concretasq́; uidi, in succininis orbiculis,*

culis, quos pietate, eruditione, & indefatigabili cognoscēdarum herbarum studio prædicandus poëta Dn. Georgius Aemylius, circum collum, raritatis admirabilis exemplo, gestabat. Succinum omne, pro facie nomina sortitur, quo nigrius, eò deterius. Atque ista copiosius, quàm ipse constituerā narraui. Sequitur autem in ijsdem Trochiscis.

Cornu cerui usti.) An soli mares, an fœminæ quoque cornua habeant, dubium est, quoniam utrinque sunt testimonia, ut apud Aristotelem, qui solis maribus: & Euripidem in Iphigenia, fœmineo sexui etiam tribuit, dum ait, Ceruam cornigeram manibus Achæorū tradam, &c. Et in Terundis, Ceruam ab Hercule expugnatam, cum cornibus fuisse scribit. Sunt autem solida, in ramos sparsa, atque singulis annis, stato Veris tempore, decidua. Quapropter tūc quàm maximè noctu pascuntur, nam ijs omißis, uelut inermes latent: unde extat prouerbium, Quò abijciunt cornua cerui. Negat Aristoteles Animalium 9. cap. 5. sinistrum cornu, Plinius lib. 8. cap. 32. dextrum ab ullo inueniri, quia id tanquam medicamento præditum ipsi occulunt, humanæ uitæ tantam felicitatem inuidentes. Vstio eorum docetur Diosc. 2. cap. 50. & Scribonio Largo compos. 122. in hæc uerba: Sumūtur cerui cornua, dum tenera sunt (intellige ante trimatum, uel circa id tempus) in taleolas breues diuisa, olla noua fictili componuntur, operculoq; superposito, ex argilla undique circūdata, fornace uruntur, donec in cinerem candidißimum redigantur, atque ita in uase uitreo mundo reponūtur. Aut simpliciter integra cornua, uiuis carbonibus obruta, aut flammæ immissa uruntur: & quamuis primò nigricant, ad plenam tamen ustionem alba fiunt. Ego præsenti loco ab ustione lauari uelim, quoniam sic magis dysenteriā, ac sanguinis excreationem, & cœliacos affectus sanant, autore Galeno

undecimò

undecimo Simplicium.

Balaustiæ.) *De istis dissensio est, tam inter Græcos, quàm Latinos. Nam Dioscorides lib. 1. cap. 127. Balaustium dixit florem punici syluestris, cytino similem: meminit uerò paulò antè satiui siue domestici, cuius flos cytinus est. Itidem scribit Galenus noster sexto simpl. & Græci posteriores. Plinius autem lib. 23. cap. 6. primum pomi huius partum florere incipientem, cytinū Græcis uocari tradit: & deinde balaustium, cytinorum flosculos constituit, quum tamen Dioscorides, ac Galenus, cæteriq; Græci, balaustium mali punici syluestris florem esse prodant. Plinius adhuc lib. 13. cap. 19. tam satiuum quàm syluestrem florem, Balaustium nominat. Hinc opinor usus in hunc diem, indistinctam pronuntiationem obtinuit. At Celsus libro 5. in Emplastro Rhypode diligentior, ~~cytini~~ capitula, id est, calyces mali punici appellauit, quum flores pro capitulis dicere potuisset, si eos cytinorum uoce significari putasset. Marcellus Medicus, Caliculum dixit. Sunt ergo res diuersæ, Cytinus & Balaustium, licet reciprocus, ac indifferens, eorum usus nunc sit. Aromatariorum uulgus Balaustias nuncupat: poma ipsa Granata: Cortex siue putamen, Malicorium: quoniam coria maximè illo, ab antiquis tingebantur. Aliquibus Psidium, Græcis Sidion, quia fortasse à Bœotis, mali punici arbor, grana, & malicorium, sic appellatur. Testes sunt Hermolaus Barbarus, & Cælius Rhodiginus. Flores huiusmodi ab ipsa arbore sunt auellendi: non autem colligendi sponte decidui. Fucus detegitur, si una parte nigricent, neque toti rubeant. Vulgari lingua nostra* Granatblūm. *Gall.* des Balausties. *Ital.* Balausti. *Et sic finem istis Trochiscis imponamus, quando reliqua ingredientia prius sint exposita.*

In

In Trochiscos Dia Coralli Præpositi, iudicium nostrum.

Postquam hos Trochiscos ex numerosis scriptoribus expendo, singulos singulam penè compositionem proferre intelligo, siquidem Galenus ex Nicerato, mox Diocle Chalcedonio secundum Locos 7. cap. 4. bis scribit: ex priori Paulus septimo, cap. duodecimo effingit, ex posteriori Aëtius 8. cap. 63. duodecim insuper simplicibus locupletans. Eidem omißis duobus acquiescit Actuarius cap. proprio: sex Myrepsus, sect. 41. num. 25. Trallianus uerò octauo, cap. 6. Dioclis scripturã decurtauit. Similiter Nicolaus Alexandr. cap. 949. Amplius subsequenti, præterea Myrepsus 23. quæ est altera Actuarij, si macim, & Aristolochiam rotundam adiungamus, & 24. In uulgaribus codicibus, autore Præposito, ter eiusmodi Trochisci leguntur: ac certißimum est, aut ex Nicolao Alexandrino, cap. 896. aut Myrepso 54. deprauatè traductos esse, quia corallium, & folium irrepserunt, præter genuini autoris uoluntatem. Sed facilè suspicor erroris occasionem. nam Auicenna libro tertio, cap. uigesimosecundo, cap. nono Pauli, siue aliorum Græcorum medicamentum, ex Corallio recensens, Albesed uocauit, & corruptißimè ibidem pro Anagallide Phœniceum florem producente, Alkeirim pronunciauit, & Leucoij speciem arbitratus est, quem dignè Manardus quarta epist. tertij libri reprehendit. Itaque non à uero Corallio (uelut Genuensis, ac omnes ei credentes putarunt) sed à similitudine floris Anagallidis Corallium rubrum imitantis, medicamen hoc denominatum est. Ab Officinis ea herba Morsus Gallinæ mas dicitur. Eadem ignorantia Corallium istis Trochiscis adiunxerunt. Atqui ut id concedamus, attamen non puduit illos, noxia temeritate,

meritate,(quæ, ut in rebus omnibus mala, ita ſanè in medicaminibus conficiendis peßima) Theriacæ eoſdem inijcere: quando neque Galenus, neque ueterum quiſpiam ita fecit, ſicut primo libro legentibus oſtendimus. Nam eorum paſtillorum loco, magma Hedychroum poſuerunt, cuius ſcriptura de Antidotis primo ex Andromacho edocetur. Nec inſuper minori ſtupiditate, moroſi cõfidenteſq; Arabum propugnatores, nunc in Alindaracaron, nunc in Andracharon, nunc in Idiocri peruerterunt: quod ſuperiori ætate animaduertit nemo. Diſcant igitur nunc obſecro, errorem corrigere, & Græcos potius ueritatis autores quàm barbaros Arabes ignorantiæ profeſſores imitari: ſiquidem nihil tam Medicinæ obfuit, maiorémque confuſionem peperit, quàm amethodica Arabicarum uocum coaceruatio. Sed iam lectionem legitimam ex Galeno audiamus.

Hedychroi compoſitio.

Hedychroi uult magma, mari binas ſibi drachmas;
Aequales & amaraci habens *, aſari, aſpalathiq;,
Et iunci teretis, calami qui ſuauis odore eſt,
Phu Ponti, ligni, & ſucci, quem balſamon edit,
Tres ſunto drachmæ, totidem coſti, cinnamomi *:
Myrrhæ ſex alias miſces, folij malabathri,
Indorum nardi, flauiq; croci inſuper æquas,
Quinetiam caſiæ totidem *: ſed pondus amomi
Sume duplum *, drachmam chiæ ſed maſtiche habebit *.
Hæc uino debent conſpergi cuncta phalerno *.

* Id eſt, drachm. duas.
* Id eſt, ana drachmas. tres.
* Id eſt, ana drachm. ſex.
* Id eſt, drac. xij.
* Id eſt, drachm. unam.
* Id eſt, præſtantißimo, uetuſtiſſimo & ſuauißimo.

Ab hac euariantem paululum refert idem ad Pamphilianum: Item aliam ad Piſonem, ex Magni traditione Paulus lib. ſeptimo, capitis undecimi initio, ſimilem habet, niſi quòd pro opobalſamo carpobalſamum cõſtituat, & Rhu adijciat.

Deprauatè

Deprauatè apud Aëtium lib. 13. cap. 89. Ari pro mari legitur, & apud Nicolaum Alexandrinum, marathri cap. 979. ac aſpalathi dictio ſupprimitur. Myrepſus illius uice, Meon procliui lapſu poſuit ſect. 20. numero 8. Rurſus 22. numero 2. Rheubarbari, ac botryos, loco mari, & calami. Actuarius ſine menda oſtendit cap. de Antidotis, niſi quòd abundet folium Indicum. In ponderibus ubique magna eſt uarietas, ſed carminum ratio cogit me Galeno magis, quàm alijs ſubſcribere. Trochiſci formentur ſimiles ſcillinis, ac uiperinis. Fuit autem hæc confectio tanti apud ueteres, quanti Theriaca, quæ abſque illa parari non potuit. Supereſt nunc explicatio.

De Maro.) *Quam quidem herbam uulgò cognitam, ſurculoſam, flore origani, odoratiore, folijs multò candidioribus, natura ſiſymbrij ſcripſit Dioſcorides 3. cap. 40. Plinius quoque ſumma breuitate picturam eius perſtrinxit lib. 12. cap. 25. ut nemo facilè quid ſit, ex eo diſcat. Marcellus Virgilius legit Siſymbrion, & in ſuo ueteri Dioſcoride, nuſquam Maron inueniri, imò huic & Plinio, diuerſum maron teſtatur: cuius opinionis etiam eſt Eurytius Cordus. Hieronymus Tragus ſylueſtrem maioranam putat lib. primo, cap. nono, Manardus epiſt. 3. lib. 6. Maron ſi non eſt, inquit, ſampſuchi ſpecies, ingenuè fateor, me neſcire quid ſit. Et rurſus lib. 9. epiſt. 3. De Maro non ſemel ſcripſimus ex Galeno, de Antidotis libro, adeò ſimilem eſſe amaraco ſiue maioranæ nunc uocatæ, ut eodem nomine, utraq; maiorana, apud nos dicatur. Nobilior tamen habetur Maron, quoniam odoratior, nec uilloſa ut uulgaris maiorana, folijsq; albicantibus. Eſt ſecundo Auicennæ libro caput de Maro, in quo, ſicubi aliàs, maximè detegitur, quàm ignarus fuerit ſimplicium medicamentorum. Galenus lib. de Antidotis, tantundem amaraci,*

quantum

quantum mari, in Amaracina confectura (de qua Diosco. 1. cap. 57.) admisit. Vnde certa coniectura arbitror, Amaracum & Maron parum dissidere, neque eos errare, qui unum pro altero usurpent. Iacobus Syluius uehementer suspicatur, herbã esse Gallis dictam Mastic, maioranæ simillimam, flore muscoso in pappos abeunte.

Trochisci Diani Præpositi.

Rec. Florum uiolarum albarum, uiridiũ drachmas quinque.
Sem. plantag. drachmam unam.
Amyli drach. tres.
Sem. papaueris albi, drachmas duas, scriptulum unum.
Balsami scriptulum unum.
Rheubarbari drachmam unam, & scriptulos duos.
Rhodostomatis quod sufficit.

CRONENBVRGIVS.

Admodum turpiter hic lapsus est Myrepsus, qui inter pastillos, nu. 48. uiolas basim totius compositionis prætermisit. Sanè crassior est error, quàm ut excusari à quoquam possit: nisi in codicem potius, quàm autorem reijciendum quis existimet. Nicolaus Alexandrinus cap. 160. eosdem recensens, triplum pondus Præpositi constituit: unde hunc ex illo transcripsisse euincitur: quanquam in uulgatis codicibus mẽdosè Rheubarbari scriptulus habeatur, sed nos ex archetypo uitium sustulimus. Annotandum Rhazam libro diuisionum cap. de Medicin. Colicæ, & itidem Serapionem tract. 7. cap. 18. duas eorundem Trochisc. descriptiones phlegma & choleram educentium contexere, quem obscurè

imitatur

nitatur Ioan. Mesue, in Trochiscis Hamech: amplius cap. e Turbit & Asthmate. cap. de Violis, dimidiũ Turbit, alijs ammoniũ, uiolarum parti apponi, est autor. Placentinus 1oschum postremò admiscet cap. 18. de Medicinis. Sed quoiam alia insuper scriptura, in celebri usu sunt apud Coloienses, ideo apponendam eam hic censui ex Mesue.

Trochisci ex Violis Mesuæ.

Recip. Violarum drachmas sex.
Turbit generosi drachmas quatuor.
Mãnæ, succi glycyrrhizæ, diagridij, ana drachmas duas.
In puluerem tenuissimum rediguntur, atque ita mista omnia asseruantur.
Qui autem uolet, syrupo ex uiolis in Trochiscos compingat.

Porrò Nicolaum Alexandrinum uiolas albas siccas, Leucoia Græcè dictas, intelligere arbitror: etenim id proprie ea uox significat: quanquam Dioscorides Leucoion appellatione, albo, luteo, cœruleo, ac purpureo flore, uiolas comprehendat lib. 3. cap. 118. Atqui isti Trochisci recipiuntur in cõfectionibus utriusque Nicolai, conficiunturq́; Rhodostomate, id est, aqua rosacea ui ignis eliquata. Alij adhuc leguntur Trochisci Cathartici, & in purgantibus medicamentis usurpantur.

Trochisci ex Dia Rhodon Mesuæ.

Recip. Foliorum rosarũ rubrarũ, aureos sex.
Spicæ aromat. aureos duos.
Glycyrrhizæ aureos tres.
Ligni aloës aureos duos.
Spodij aureum unum.

Croci aureum medium.
Mastichæ drachmas duas.
Confice Trochiscos unius drachmæ cum uino albo.

CRONENBVRGIVS.

Quod alibi sæpe, idem hic fieri admonendum uenit: nempe uarie uarias cõpositiones ab autoribus cõponi, idẽ præsenti loco euenire nemo diffiteri potest. Nam Diosc. Pastillos roseos, quos Rhodides uocant, ex uiridibus rosis, quæ nullo antea humore madefactæ extabuerint. Indica nardo, ac myrrha, parari scribit: quibus alij costum, iridem illyricam, & uinum Chium, cum melle adijciunt cap. li. primi 113. Galenus 2. de Antidotis ex Damocrate refert, à quo dissentit Paulus lib. 7. cap. 12. Actuarius ca. de pastillis, & Myrepsus nume. 15. Serapion autem Tract. 7. ca. 18. quinq; descriptiones congeßit. Auicenna undecim lib. 5. summa 1. Tracta. 8. Rhazes quoque nono ad Almansorem cap. 63. & 35. ac lib. 10. cap. de quotidiana febri. amplius cap. diuisionum, duas: Mesue adhuc tres disconuenientibus uerbis constituit, quarum prima est huiusmodi, multis Officinis peculiaris.

Trochisci ex Rosis Mesuæ.

Recip. Foliorum rosarum drachmas decem.
Glycyrrhizæ drachmas quinq;.
Spicæ aromat. drach. duas, & mediam.
Vino albo excipe.
Si uis purgatorios, adde Scammonij drachm. tres.

E recentioribus quidam mutuò istos Trochiscos confundunt: quidam pastillis Diarhodon, & è rosis promiscuè utuntur, alij tanquam rebus diuersis. Sed horum singula uer-

ba huc transponere, longum est, & garruli aut otiosi cuiusdam hominis. Proinde legere illa cupienti, & autores & loca indicare tantùm uolui. Attamen multò maxima Officinarum pars hodie Mesues lectionem initiò explicatam retinet, quam omnibus eiusdem Antidotis, quẽadmodum à Præposito scriptam suis etiam commisceri, uerißimè autumat. Nemo autẽ nisi cũ summo dedecore ambigere aut debet aut potest, quin lectionem suã Præpositus, ex Nicolao Alexandrino, sermone ad quintuplum decurtato, cap. 60. aut fermè ex Myrepso, numero Pastillorum 47. mutuauit, quod ipsa uerborum serie demonstrabo.

Troch. Dia Rhodon Nicol. Alexandrini.

Recip. Rosarum uiridium, drach. uiginti.
Spodij drachmas decem.
Santali rubri drachmas octo.
Santali albi drachmas sex.
Croci drachmas quatuor.
Camphoræ drachmam unam.
Rhodostomatis quod sufficit.

Appendix.

Quæ in ista compositione dicuntur, nullam habent obscuritatem, ijs præsertim qui prædictorum meminerũt. Vnde superfluum existimo, eadem rursus repetere. Nam omnia in omnibus dicere locis, loquacitatis potius, quàm doctrinæ proprium habetur. Transeo itaque ad ordine sequentes.

Trochisci ex Lacca Mesuæ.

Recip. Laccæ mũdatæ, succi glycyrrhizæ, absinthij, berberis, succi eupatorij, raued, aristolochiæ longæ, costi, asari, amygdalarũ ama-

rarum, rubeæ tinctorū, anisi, apij, schœnuanthos, ana drachmam unam.

Conficiantur Trochisci.

CRONENBVRGIVS.

His proxime accedit Serapion, tantùm intermittēs schœnuanthon: deinde Auicenna in secunda descriptione sua, & hoc, & Raued omittens: sed Rhaza nono ad Almansorem, cap. 67. & Antidotario diuisionum, cap. de Medic. hepatis, Haly 10. Practicæ, Myrepsus numero pastillorum 55. omnino discordant. Hic cùmprimis genuina Lacca inuestigāda, cuiusmodi dotes ac primarias laudes, unà cùm alijs ingredientibus, accuratè prioribus libris prosequuti sumus: itaq; consulendi erunt, & Index pariter, in quo tanquam speculo singula promptè elucescunt. Compingantur uino, aut decocto aristolochiæ & schœnanthi.

Trochisci ex Myrrha Rhazæ, 9. ad Almansorem, cap. 83.

Recip. Myrrhæ drachmas tres.

Lupinorum drachmas quinque.

Foliorum Rutæ, mentastri, pulegij, cumini, rubeæ tinctorū, assæ, sagapeni, opopanacis, ana drachmas duas.

His baccarū Iuniperi succo subactis, formentur pastilli duarum drachmarum pondere.

CRONENBVRGIVS.

Huic cognatam ualde compositionem ostēdit Myrepsus ultimo pastillo, cum duabus uoculis interpreti omnino incognitis. Ego certa coniectura ducor, hic deprauatā esse scripturam, quæ haud incōmodè ex Rhaza redintegrari possit. Bertrucius cap. de Retent. mens. succo rutæ componit,

quod non est ab instituto alienũ. Rhazen fermè sectati sunt recentiores omnes, puta Guilhelmus Placẽtinus, Bartholomæus Montagnana, Nicolus Florentinus, Medici temporibus suis celeberrimi. Superest paucorum simplicium expositionem adiungere.

Myrrhæ.) Memini primo horũ uolumine me de myrrha sermonẽ instituisse, ubi & discretiua eius signa, tũ probæ, tũ reprobæ, breui dictione complexus sum: sed nunc cognitionem etiã ulteriorẽ nactus, & in scrutãdis simplicibus paulò factus exercitatior, diligentius, & copiosius quædam hoc loco adscribere uisum est. Diosc. itaque (ut hinc exordiar) primo, ca. 67. myrrham definit lachrymã arboris Arabicæ, Aegyptiæ spinæ similem: cuius tres habentur species. Optima, ac primæ notæ est Troglodytica ex Aphrica, accepto à loco cognomine, in quo gignitur splendens, uirescens, ac mordax. Galenus primo de Antidotis, omnibus prætulit Minæam, Dioscorides Amineam damnauit, de diuerso myrrhæ genere loquentes, ut ego arbitror. Alia, Caucalis cognominatur, præter modũ exoleta, nigra & retorrida. Omniũ pessima, Ergasima, pingui carens, cano situ obducta, acris, ad gummi imaginem uergens, uiribusq; eius proxima. Diodorus tertio Antiquorum gestorum, Lentisco arbori æqualem constituit, & bis anno fructum reddere, rubrum Vere, propter rorem, album æstate. Plinius lib. 12. cap. 16. arboris formam depingens, Theophrastum nono, cap. iiij. imitatus, sex eius genera commemorat.

Probatur minutis glebis & oblongis, in cõcretu, albicãtis succi ac tabescentis, confracta candidos ungues edẽs, gustu acris, odorata, pinguis: pessima quæ intus nigra: adhuc peior, si foris. Nos ex doctissimorum uirorum (quos non paucos præsens uidet ætas) iudicio, nõ abs re dubitamus, an syn-

ceram myrrham habeamus, quod inter cæteras improbas notas, grauißimus odor arguit, cùm suauißimum alioqui obtinere debeat. Etenim si Galeno per Locos secundo teste, plurimi ab eius olfactu dolorem capitis perpetiuntur, quomodo nõ grauißimè à uitiata myrrha offendentur? proinde non reuera, sed solo nomine cognitam credo. Itaque in hac fit, quod aliàs sæpißimè, ut grauis humanas premat ignorantia mentes. Proinde non desino, pharmacorum compositores sedulo admonere, ut diligenter iuxtà ac constanter solidæ simplicium cognitioni inhæreant, sine qua nullum medicamentum ritè confici potest. Audio nunc legitimã myrrham ad nos aduehi, sed tam paucam, ut hactenus non uiderim. Galenus in succidaneis, eius penuriam, calamo odorato supplet.

Lupinorum.) Duo sunt eius genera Dioscor. 2. cap. 102. Satiuum, quod nũc infinitis locis, cùm superioris, tum inferioris Germaniæ nostræ, satum, nascitur, editurq; in annonæ caritate, aut potius frumentorum inopia. Alterũ syluestre, illo minus. Amarum legumẽ est, nisi lõga decoctione, aqua bis aut ter mutetur, aut sex siue septem diebus aqua fluuiatili maceretur. Vnde extat Zenonis Cittiensis dictum celebre: Is cùm alioqui duriori, & iracundiori ingenio præditus, uino liberalius sumpto, hilaris ac blandiusculus euaderet, interrogatus deinde, ecquid sibi tam repentina morũ mutatio uellet? respondit, sese non aliter, quàm Lupinos affectum esse. nam hi priusquam aqua macerantur, amarißimi sunt: postea imbuti, dulces ac mites redduntur. Vniuersam atque adeò mirabilem eius historiam studiosi legant apud Theophrastum, lib. 8. Plantarum, diuersis locis. & de Causis libr. iiij. cap. sexto ac octauo. Amplius apud Plinium 18. cap. 14. & 22. cap. ultimo: apud Columellam secundo,

cap.

cap. duodecimo: Constantinum Cæsarem lib. secundo, cap. 37. Serapion cap. 74. triplici differentia distinguit, Titulo Taurinus: Auicenna capite 451. etsi fructum satis manifestè ostendit, tamen ineptè fabam Aegyptiacam dixit. Quibusdam nostrûm Wickboenen, *alijs* Weiss Feigbonen. *Gal.* Lupins. *Ital.* Lupini.

Mentastri.) *Id est, syluestris Mentæ genus, hirsutiore folio ac candidiore: prorsusq; maiore quàm Sisymbrij, & odore grauiore. Quare minus ad sanorum usus expetitur. Huc ea, quæ in syrupo ex Menta recensuimus, applica. Reliqua ex alijs libris pete.*

Trochisci ex Rheubarbaro Mesuæ.

Recip. Raued boni drachmas decem.
Succi eupato. drachmas quatuor.
Rosarum drachmas tres.
Amygda. amararum drachmas quatuor.
In quibusdam exemplaribus drachmas duas, & semissem.
Spicæ, anisi, rubeæ tinctorũ, seminis apij, absinthij, asari, ana drachmam unam.
Fiant trochisci aurei unius.

CRONENBVRGIVS.

Actuarius ab hodierno usu semotos cõficit cap. proprio, quos ad uerbum reposuit Myrepsus numero 56. Ex Arabibus Serapion, atque Auicenna planè conueniunt, Rhaza, & Haly dissentiunt. Haud dißimilem compositionem lego apud Galenũ, ex testimonio Asclepiadis octauo per Locos, capite octauo. Similiter nono, cap. 1. ex Charixene, nisi quòd Rheubarbarum in primis non recipiant Galeno aut igno-

tum, aut alia ratione usurpatum. Tantùm hoc loco Confectorem meminisse prius dictorum oportet: in horum uerò ignorantia, sæpe illa legere ac repetere. Quòd si ne hoc quidem uelit, siue poßit, ex Indice nostro discere, singulaq; singulis locis applicare, ac uelut ex promptuario ad manum apponere, quibus pro tempore ac neceßitate uti queat. Sed hic obiter admonendus est Seplasiarius, Raued significare Rheubarbarum, ac succum Eupatorij ex Mesue deligere, quod tertio libro horum Operum peritis Medicis cognosci cœpisse monstrauimus: aut quibus eius cognitio etiamnum desideretur, ex uulgari agrimonia eliciant, cuius succo puluerem in pastillos cogere conuenit. Brasauolus ex absinthio magis probat, sed discrimen est exiguum.

Trochisci ex Scilla Myrepsi, numero 51.

Scillam integram fermentacea pasta circumline, in furno coque: deinde purgatam medullam eius contere in mortario, cum tantundem farinæ eruinæ, mox Trochiscos bono uino forma.

CRONENBVRGIVS.

Idem præterea dupliciter refert, numero pastillorũ 124. ac 125. adiunctis aliquot simplicibus. Galenus Latinus de Antidotis primo, in hæc ferè uerba sonat: Siue scilliticos, siue scillinos malit aliquis appellare pastillos, aut orbiculos, aut rotulas, quæ ex scilla præparantur, nihil refert. Compositio est: Scillam bonæ habitudinis albam recentem ex terra sumes, quàm folia eius & caulis exactè inaruerint: cortice radiceq; lignosa ademptis, tritici recentis quàm licet optimi farina circumline: postea in calido copiosoq; cinere, uel clibano calido, cũ panibus coque, donec massa fari-

nacea

nacea in crustã omnino indurescat: qua ablata scillæ medullam, id est, partes interiores tenerrimas in læuorem cogito, adiecta erui candidi farina paulùlum torrefacta, ac tenui cribro creta: aut in eius penuria, panis albißimi mica friata. Sint uerò huius duæ partes, tres autem scillæ. Deinde *tenues orbiculos formatos, in domo meridiem spectante, non tamen in ipso solis ardore, reponito, donec siccẽtur.* Ad *eũdẽ modũ, ad* Pamphilianũ *scriptũ reliquit: ad* Pisonẽ *autem erui farinæ laudatißimæ recẽtißimæq; æqualis portio scillæ miscetur cum* Damocrate. Magnus *dimidiã partẽ, et minus:* Andromachus *duas, multũ inijcit. Cæterùm æqualis modus fingendis pastillis optimus est.* Paulus Aegineta *lib.*7.*ca.* 11. *ex duabus partibus scillæ, & una farinæ erui parat.* Aëtius *decimotertio, ca.*88. Actuarius *ca. de* Antidotis, *cum* Galeni *pondere, conueniunt.* Quanquam *aliquãdo, inquit, ex æquo ambo commisceantur, rosaceo oleo in his confirmandis adhibito: deinde in umbra siccentur, ac bis diebus singulis uersentur.* His *acquiescunt* Nicolaus Alexandrinus *c.*895. *Adhuc* Myrepsus *sect.*220.*nume.*3. Mauritani *per omnia Græcos imitantur, sed maximè* Galenum *ad* Pisonem. Plinius *indeterminatè prodit lib.*27. *cap.*12. Nunc *postquam totam constructionis seriem omnibus ostenderimus, non est diffusius sermo producendus.* De *scilla ultimo horum Commentariorum expediam.* Transeo *ad sequentes.*

Trochisci ex Spodio, cum semine Acetosæ Mesuæ.

Recip. Rosarum rubrarum, drac. duodecim.
Spodij drach. decem.
Seminis acetosæ drach. sex.
Amyli assi, balaustiarum, berberorum, ana

 drach.

drachmas duas.

Sem. portulacæ, sem. coriandri aceto infus. & torrefact. pulpæ sumach ana drach. duas, & semis.

Gummi Arabici assi drach. unam, & mediam.

Comprehende succo agrestæ.

CRONENBVRGIVS.

Continua scriptura alios pingit, cum quibus fermè congruit Actuarius cap. proprio, ac Myrepsus pastillorum nume. 61. Alios scribit Rhaza nono ad Almansorem, cap. 72. & 10. cap. de Febribus, & in Antidotario. Similiter Ioannes Damascenus li. de Febribus, c. 15. & Haly Abbas 10. Practicæ. De Serapione atque Auicenna, haud ineptè dici potest, quod olim prouerbio locum dedit, In eodem utrunque ludo edoctum esse. Cæterùm quando uniuersus eruditorum chorus, ueteres Græcos imitatus, Spodij usum non nisi extrà applicando recipit, nõ possum non ijsdem subscribere, legens Dioscoridem lib. 5. cap. 41. & Galenum 9. Simplicium. Sed Auicẽna aliud Spodium, rẽ omnino diuersam assignat, nempe radices cannarum adustas, cap. Simplicium 617. Itaque Græcorũ, & Arabum diuersitatem diligenter internoscere oportet, necubi grauis error contingat. Hoc igitur loco, Spodium Auicennæ assumendum, ac nequaquam audiẽdus Manardus, aut Brasauola, qui in eius penuria Tutiam substituendam consulunt, quòd constet, hanc, ut nec Spodium Græcorum, neminem intra corpus, sine uitæ periculo accepisse. Quid autem Tutia sit, libro sequenti, in Commentarijs Emplastri Grysei expediam.

Trochisci è terra sigillata Mesuæ.

Recip. Sanguinis draconis, gummi Arabici assi

asi,ramich,foliorum rosarũ,& sem.earum, amyli asi, spodij, acaciæ, hypocisthidos,lapidis Hæmatitæ,eupistidos,balaustiæ, boli Armeniæ,terræ sigillatæ,sedenagi,corallij, charabæ,ana drach.duas.

Margaritarum,tragacanthi, papaueris nigri, ana drach.unam,& mediam.

Sem.portulacæ assæ, cornu cerui usti, thuris, gallarum,croci,ana drach.duas,

Fiant Trochisci,cum aqua Arnoglossæ.

CRONENBVRGIVS.

Horũ usus Bononiæ frequẽs est,Galenus 8.lib. per Locos, ad finem cap.tertij,eiusdem scopi pastillos duplices, titulo Aster recẽset,quos postea Paulus septimo cap. duodecimo, Aëtius nono,cap.decimo,uariè reposuerunt. Similiter Myrepsus num. 85.& 86. atque Actuarius pastillo ultimo, sed paucioribus ingredientibus Serapion 7.Antid.cap.18. Auicenna lib.5.summa 1. Tract.8. Trochiscos stellæ appellarũt. Ac simili facultate præditos, quàmplurimi edocuerunt, in sanguinis reiectionibus, ac dysenteria. Sed Officinarij nostri,quid inter æs, & Lupinũ intersit ignorantes, nullo delectu,quamcunque scripturam confidẽter arripiunt: à quibus imprimis discere uelim, Et quid per uocem Eupistidos, & sedenagi intelligant. Posteriorem hanc Christophorus de Honestis,fumum terræ explicat,alij semen Cannabis: Simon Genuates lapidem Hæmatiten. Ego,etsi per Iouis lapidẽ isti mihi iurent uera esse,nulli tamen credam,cùm in tam mulplici uarietate,Siculis gerris ineptiora somniẽt. Etenim hic non animaduertisse deprehenditur, eundem lapidẽ paulò antè hãc compositionem ingredi. Certè satius est res perplexas,incognitas, & inexplicabiles,quarum uiam ne Exe-

cestides

cestides sanè inuenerit, modis omnibus effugere, ne quid ex improbo, aut usu dubio, noxæ, cuiquam contingat, præsertim quando plura similes effectus pollicentia medicamina, cùm simplicia, tum composita, in autorum libris ubiq; sunt obuia: & in tabernis publicis paßim parata, quale est, ex charabis constans. Qui uerò hos conficere uolet, pro Ramich intelligat compositionem quandam Mesues infrà adscriptam: Et pro Sedenagi, semẽ Canabis, aut fumum terræ. Illi autẽ Interpretes, qui Eupistidos, pro barbula siue barba hircina explicant, quã Dioscorides secundo, c.137. Theophrastus septimo Plantarum, cap. septimo pingunt, minimè nobis satisfaciunt, quando ipsa herba prorsus Officinis incognita habeatur, ac proinde non posse usurpari palàm est, aut saltem à paucißimis. Sed malim credere, ab imperitis adiectum fuisse hypocistidos scribere uolentib. quãquam in continua scriptura, id quoque legatur. Sed alterum uelut peregrinum expungendum decerno, quicquid contrà stupidus monachus unus, & alter Italus cõstituat, Auicennæ autoritati innitens.

Lapidis Hematitæ.) Ita dictus est, uel quòd sanguinei sit coloris, uel quòd præclaram sistendi sanginis uim retineat: uel quòd aquarijs cotibus attritus sanguineũ succũ reddat: unde simplici quoque nomine Sanguineus & Sanguinarius appellatur, Germa. Blutstein. Gall. Pierre hematite. Ital. Pietra hematite, ò Lapis. Quapropter Marbodeus Gallus cap. 36. Operis sui de Lapidibus, scripsit:

Sumpsit hæmatites græcum de sanguine nomen, &c.

Itidem testimonia Solini cap.33. ac Galeni nono Simplicium probatur. In Arabia, Aethiopia, Africa, Aegypto nõ tantùm gignitur, uerumetiam quibusdã Saxoniæ locis. Dioscorides

*ſcorides lib.5.cap. 90.naturæ friabilem hæmatiten,ſaturato colore nigrum,durum,ſuopte ingenio æqualem,nullis lineis diſtinctum,ſine ſordibus commendat.*Plinius *in quinque genera diſtinguit, præter magnetem,lib.36. cap.20.* Vulgaris *noſter ſubnigro aut obſcurè rubro colore cernitur, cum filamentis,ac ſine ijs,ac ſæpe factitius ex uiliſsimo pſeudobolo alijsq; impoſturis iunctis circũferatur.*Quidã etiã Caritẽ di*cũt,teſte* Cælio *lib.3.c.12.*Admirabilem *eius efficaciã in* Hæ*moptoide prædicat* Trallianus *lib.7.cap.1.ſecundum* Gun*terij uerſionem.hoc loco læuigare ipſum curiosè oportet,in cote* Medica*, quando uſus poſtulat:ut prorſus in tenuiſsimum puluerem redigatur,atque ita reliquis commiſceri.* Se*rapioni cap. Simplicium 421. ac* Genuenſi *cap.411.* Scedenigi *uocatur.*In *qua quidem dictione, & ſimilibus, utpote* Alſcedenegi,Sebedenegi,*quantoperè ſeſe recẽtiores quidam torſerint, ab* Auicenna *hauddubiè cap. 241.& 665.lib. ſecundo ſeducti,hic non attinet dicere, & eſt alioqui abſurdum,in re tam leui, adeò grauiter deſipere.*Nec *deſunt qui ſtupidè* Hæmatiten, *cum* Aëtite *confundant,ac promiſcuè uſurpent,quando tamen omnes autores, diſcreta utriuſque capita aſsignent.* Nec *deſunt inſuper,qui poſtremum hunc cum* Gagate *permiſceant : aut potius eundem arbitrentur, quos uelim* Mundellæ *epiſtolam medicam quartam diligenter euoluere.*

Boli armenici.) *Ego in ea ſum opinione,ut uulgarẽ bolum,*Dioſcoridis *Rubricam Sinopicam arbitrer,lib.quinto,cap. 61.ſiquidem dẽſa eſt,grauis,iocinoris colore, calculorum expers,ſibi concolor,& cùm diluitur,copiosè fuſilis.* Hæc *Rubrica etſi olim ex ſola* Sinope Cappadociæ *urbe deferebatur,nihil tamen obeſt, quin hodie in* Germaniæ *fodinis aurarijs,argentarijs,ærarijs, ferrarijsq;, & proprijs*

etiam

etiam uenis reperiatur, qua Officinæ omnes tam chirurgo-rum, quàm seplasiariorum abundant. Eadem pastillis exic-cantibus, & adstrictorijs admisceri solet, ut scriptũ reliqui Dioscorides, & Galenus. Qui autem bolum genuinum co-gnoscit, habetq́; hic apponat, aut legitimã terrã Lemniam quæ seplasijs celebrioribus, ueri boli orientalis cognomi-ne uocitatur. Et hæc doctrina quando ut uerißima apud ho-mines doctos, recepta sit, æquißimum est, pharmacopolas ue-ram quoque rerum cognitionẽ admittere. Lauatio eius ea-dem censetur cum Cerussa. Compingantur præsentes Tro-chisci aqua, aut succo Arnoglossæ: sed necesse habeo, occa-sione materiam suppeditante, eiusdem historiam texere, quando pauci eam uerè norunt. Est itaque Arnoglossa Græ-cis, Agni lingua Latinis, quæ Galeno sexto Simplicium, & paßim Plãtago nuncupatur. Cuius duo genera à Dioscoride libro secundo, capite centesimodecimonono, & Apuleio ponũtur. Maior peculiariter, à septenis, in folijs apparenti-bus, neruis, linguæ Græcæ scriptoribus Heptapleuros, quasi Septineruia: & Polyneuros, ab earundem fibrarum multi-tudine: Officinis simpliciter Plantago: Serapioni cap. Simp. 233. Lisen albamel: Germanis Roter, Coloniẽsibus Brey ter Wegerich, ac Wegebrett, id est, uiæ foliũ, quia iuxta sepes, ualles, paludes, & publicas uias, frequẽtißimũ. Gallis, Grand plãtain. Ital. Piantagine maiore. Minor, Græcis Pentaneuros, & improprie Cynoglossa, Ro-manis Quinqueneruia, atque Canis lingua, quibusdã, quo-niam folium in lanceæ mucronem fastigiatur, Lanceola, & Lanceolata dicitur. Superiori Germaniæ Spitziger Wegerich, nostris Fũnffribb & Hundtszung: Gallic. Plantain petit, Ital. Piantagine minore. quanquam exactè loquendo alia erit, eodem nomine, herba,

quam

quam Dioſcorides lib.4.cap.113.ſcribit folia latifoliæ plantaginis habere, arctiora, minora, lanuginoſa, ſine caule humi ſparſa, in ſabuletis: hæc ſeorſum etiam refertur ab Apuleio cap.96. Scio omnino hanc Officinis aliquot, Arnogloſſam, ſiue Linguam Arietis inepte dici. Certe Medici, ac ſeplaſiarij, nullo diſcrimine, roter Wegerich, & breyter Wegerich, id eſt, plantagine rubea, quòd ſemen eius rubeſcat, & Plantagine latifolia. Trago c.75. Tomo primo, aut Plantagine maiore, mediaq;, Fuchſio ca. 11. de pictis, utuntur. Plinius Romana breuitate, omnem Plantaginem, una uoce comprehendit, linguæ pecorum folia ſimillima adſtruens lib.25. capite 18. Ruellius tertio Stirpium, cap. 129. Brunfelſius Tomo 2. Tragus cap.76. duorum generum Cynogloſſon conſtituunt: unum modò diximus tabernis pleriſque linguam arietis appellari, alterum promptum eſt apud Tragum, & prorſus iuxta Dioſcoridis ſcripturam, apud clariſsimum Medicum Andream Matthiolum, in doctiſsimis Commentarijs ſuis in eundem ſtudioſsimè elaboratis lib.4.cap.124. conſpicere. Aut me fallit animus, aut hanc herbam frequenter in agris triticeis, & ſecus uias, nullo honore, Bugloßi ſyluestris penè facie uidi. Auicenna capite 439. Plantaginem ſimpliciter, linguam Arietis improprie uocat, diſtribuitq; in magnam, ac paruam: Meſue uerò in amplam & longam: Pandectarius in fœminam, maſculum, aquaticam cap. 57. Omitto turbam illam nominum, quæ apud Apuleium eſt, capite primo. In ſumma, Trochiſci præſentes, ſucco Arnogloſſæ, ſiue uulgaris plantaginis purato, excipiantur. Cæterùm aquaticam illam plantaginem, planè ex ipſa Dioſcoridis tertio cap.144. & Plinij uigeſimoquinto, capit.9. ſcriptura, atque oculari fide, Aliſma arbitror, quam Damaſonion quoque cum his,

Galenus

Galenus sexto Simplicium, & Pandectarius c.77. Barban sylvanam, alij Pastoralem fistulam appellant, Germ. Wasser Wegerich. *Gall.* Plantain aquatic, ou de maretz. *Ital.* Piantagine acquatica.

Trochisci Ramich Mesuæ.

Recip. Oxalidis uncias sedecim: semel ferue fiant, cum rosarum uncia una, baccarũ myrti uncijs duabus, cola. His misce gallarum recentium curiosè tritarum uncias tres. coque iterum. Deinde pulueriza super ipsa foliorum rosarum unciam unam, santali flaui unciam unam, & quartam drachmæ.
Gummi Arabici unciã unam, & dimidiam.
Carnium Rhois, spodij, ana drach. octo.
Omphacij drach. septem.
Succi baccarum myrti multum tritarum uncias quatuor.
Ligni aloës, garyophyllorũ, macis, nucis moschatæ, ana drach. quatuor.
Misce omnia simul, & extende in scutella lapidea usque dũ siccẽtur: pòst tere minutim, & cum Caphuræ aureo uno, & aqua rosarum, fac Trochiscos paruos: sicca in umbra. Sunt qui loco succi Oxalidis, sumunt succum cydoniorũ immaturorũ: quidam quoque aromatizant moschi drachmæ unius quarta parte.

CRONENBVRGIVS.

Rarißimus est eorum usus, nisi quoties necesse sit, in alias compo

compositiones apponere, cuiusmodi hic est exemplar. Suspicor Ramich *siue* Ramic, *ut* Manardus *legit, ex* Rumice *uoce* Romana *aut detortum aut deprauatum, quæ eadem herba est cum* Oxalide, *aut acetosa nostra, cuius recipit uncias sedecim, à qua appellationem ortam coniectamus. Sed quoniam suspicio sæpe hominem fallit, noluimus temerè usitatā lectionem mutare, attamen indicare uisum est.* Apud Serapionem Ramich *cap.* Simplicium 240. *Galla est, aut eius materia: mox compositionem ex Gallis, passulis, aqua, melle, oleo sesamino, & quibusdam aromatis tradit.* Auicenna *cap.* Simpliciū 586. Ramech *scripsit, sed quid sit, ut rei ipsius imperitus, omisit.* Ex Serapione *ac* Mesue *recenset* Pandectarius *cap.* 586. *Sed affinium uocum magna habetur copia, apud alios* Arabes, *locis multis. Sunt qui compositurā rerum adstringentium interpretentur.* Quicquid *est, nobis satis erit, si compositionem legentes intelligant, & Seplasiarij rectè conficiant.*

Trochisci ex Thiro præpositi, qui in magna Theriaca Galeni recipiuntur, sic fiunt.

Inuentis Thiris unius palmi longis, oculis rubris, lingua bene mobili, & instar frumenticei grani cornutis, caput caudámque quatuor digitorū longitudine præscinde, dein quod remanet excoria, & intestinis proiectis, dulci aqua accurate abluendo perfunde, ac coque, donec spinæ à carnibus separentur: quibus demptis carnem in mortario diligentissimè contere, atque æquali pondere orobi puluerati, aut panis puri asси adiecto

iecto, affusóque iure suo, Trochiscos pendentes solidum finge, & in umbra sicca.

CRONENBVRGIVS.

Viperæ uirulenta potestas, aduersus omnes pestilentes feras, ceu potentissimum antipharmacũ, ab omnibus scriptoribus celebratur: maximè autem si illarũ caro ex arte paretur, quam mox trademus. Hos *pastillos ligato sermone, primò docuit Andromachus senior, uelut de Antidotis primo significatur. Galenus uerò, pinguiore quod aiunt Minerua, oratione religata, in hunc fermè modum diuersis locis explicauit: Viperas fœminas (quarũ notas paulò pòst adscribemus) uenari conuenit, desinente Vere: aut si Ver admodũ hyemale fuerit, æstatis initio (prægnantes autem repudiare oportet) & capita & caudas ipsis uiuis præcidere (non quòd carne, ut* Dioscorides *lib.2. cap.15. ait, uacent, sed potius quòd ueneni uis in ipsis consistat) in magnis utrobique, ad quatuor digitos: in paruis, magis, in mediocribus, mediocriter. Summatim in tantum (ut dicit Aëtius) quantum uideris in eis carne nudatum, primò caput, postea caudam.* Interim *deligendæ sunt agiliores, & quæ sanguinem diutius post amputationem fundunt (immobiles & exangues, ueluti inutiles spernendæ) totum mox corpus, pinguedine tota, intestinisq́; exemptis, cuteq́; detracta, aqua perlutum cacabo indere, cum aqua fontis pura, porro, uiridiq́; anetho, & super carbones perustos, aut ligna sine fumo incoquere conuenit. Eandem penè doctrinam secundo ad Glauconẽ ca. de Elephantiæ curatione, undecimo simplic. de Viperarum carne, Aëtius lib.12. cap.47. ac sequenti cap.123. & inter Arabas primæ autoritatis Auicenna Fen.3. Can. 4. Tracta.3. cap.4. docent. Iam si conuenienti tempore uiperas ceperis, paululum salis iniici debet: sin autem æstate, nihil. Vbi uerò*

diligenter

diligenter ipsæ percoctæ fuerint, quemadmodum si quis comesturus esset, aqua carnes eximēdæ, spinæq; accuratißimè auferēdæ. Quòd si olla efferueat (solet enim aßiduè inter coctūram aqua ebullire, & effundi) frigida aqua irroranda: postea carnibus probè tritis, adiecto pane friato purißimo, salso, fermentato, eleganter in clibano cocto, & in siccis ædibus (ut in mortario ad læuorem redigi poßit) siccato, pastilli tenues formandi. Quidam panis partem mediam, quidam tertiam, Galenus subinde quartam, aut quintā miscet, ac modico opobalsamo subigit: Paulus cum æquali pondere fingit. Myrepsus ex sola uiperina carne cocta, liquore addito format sect. 22. numero 4. Sed 41. 53. farinam aut panem, superiori doctrina, coniungit. Oportet uerò carnē ac panē per se prius siccatā, tritumq; exquisitißimè miscere, & exiles Trochiscos facere, ne antequam siccescant, caro putrescat, & panis acescat. Domus in qua siccescere debent, omnino sit sublimis, ad meridiem conuersa, aut saltem non ad septentrionem, ut solis radios bona diei parte accipiāt: cauendo tamen post conformationem, ne solis splendor pastillos uitiet. Præterea uertere sæpè expedit, ut omni ex parte siccescant, ad dies quindecim. Tunc extra solis radios, in uase uitreo, siue aureo potius, quàm stanneo (cùm id plumbum contineat) reponatur. Efficaces sunt bene initiò siccati ac sepositi, ad tres & quatuor annos, modò puluis, qui ipsis obducitur, puris linteis abstergatur: nam si is longiori spacio adhæreat, ipsos perforat. Præstaret tamen ritè paratos ab initio usurpare, priusquam ulla iniuria afficerentur. Est igitur præparādi ratio non tam periculosa, quàm operosa artificiosaq;. Præassumpta Theriaca, ipsum etiā uenatorem, citra omne periculum, certò tuetur. Licebit insuper captantis manus abrotano, melissophyllo, aut origano

Amatus Lusit. curatione 55. cētur. 2. tertiam partem panis sufficere scribit, quē bis coctū decernit.

confricare, pòst abluere uino, in quo capræ oletum dissolutum est. Atqui haud facilè confectiones, ab inexpertis fiunt. Nunc tempestiuum est, sexus discrimen proprijs notis diligenter distinguere. Sunt autem fœminæ, subflauæ, magnæ, agiles, oculis rutilis ac subrubris, collo prominenti, capite latiore, ferino aspectu, cauda non inuoluta, sed potius conuersa carneq; nuda, uẽtre sinuosiore, gressu tardo ac firmato, dentibus caninis pluribus duobus: quod Nicander clarus medicinæ uates, ita cecinit:

Paulus lib. 7. c. 11. Aëtius 13. cap. 90.

> Mas geminis notus uirus ructare caninis
> Dentibus, his autem fert fœmina uipera plures.

Certè Auicenna confusim, & imperitè de Viperarũ, siue Thirorum speciebus, loquutus est. Iam id quoque cognoscendum: ueluti mares in cõpositione, ita reliqua serpentiũ genera Viperæ similia, uitanda sunt: cuiusmodi Ammodytes, quibusdã aspis cornutus uocatus, Hæmorrhous, Cenchryas, Seps, & omnium maximè Dipsas censentur, ut difficillimũ sit uiperam (Leoniceno autore, quẽ redarguit Matthiolus Comment. in 6. Dioscoridis cap. 50.) à Dipsade, nisi duabus nigris iuxta caudam lineis, interstinguere, & loci tantùm (autore Galeno undecimo simplicium) in quo uiuunt, diuersitate. Nam quæ circa Oceanum, atq; in locis degunt multã salsuginem habẽtibus, carnẽ obtinent salsam. In Libya, sed præcipuè Arabia, ingens uiperarum prouentus, rarior uerò in Italia. Reperio alia adhuc Dipsadum nomina, qualia sunt Præster, causon, melanurus: sed horum explicandorum non est hic locus. Redeo ad uiperam, in cuius inuestigatione Auicennæ, & Alberto, cognomine Magno nimium tribuens superior ætas, diu multumq; frustrà laborauit. Sed quid multis opus est? totam huius serpentis notitiam scire uolentes, legant doctißimã Leoniceni epistolam de Serpentibus,

Lege Lucianum de Dipsadibus.

tibus, ad Leonoram Ferrariæ ducem. Cæterùm omnia uenenosa animalia, ex peculiaribus signis dignoscere oportet, præsertim colore, quo subflauo uipera est: reliqua arenoso, fusco, nigricante, præter Dipsadas, qui à uiperis minimo distant, ut indicauimus.

Et hæc uera atque integra eiuscemodi trochiscorum formandorum ratio est, quam uereor, ne multi hominum assequantur. Nam quanta opus sit diligentia, uirtute, & animi in his capiendis animalibus præstantia, ex superioribus est manifestum: contrà quãta nostri homines torpent ignauia, negligentia, ac segnitia, neminem doctum, ingenuũ, aut industrium latêre potest. Etenim eiusmodi pastillos, in emporijs, ab ignotis barbarisq; mercatoribus, ne dicam impostoribus siue circulatoribus emunt, quos ne transferri quidẽ ad nos satius esset, quàm adeò corruptè euanidos, prauatos, ac genuina uirtute omni destitutos: quos magno interim æstimant, nulla tamẽ uitæ mortalium utilitate. Porrò si unius adulterati medicaminis uitium (testante Galeno ad Pãphilianũ de Theriaca libro) uniuersam Theriacam corrũpit, ecquomodo hæc Antidotus nobilissima, non uitiosissimè haberi existimabitur? in qua multa leguntur, nunquam neque huius seculi, neque Europæ hominibus uisa, cuiusmodi è multis, Opobalsamum, inuẽtu quidem rarissimum, pretijq; maximi: similiter ex uiperis, genuini pastilli. Vnde certo mihi certius est, Theriacam integrè, ex Galeni nostri doctrina, cõponi non posse, aut sanè difficillimè: quod constanter Manardus epistola Medicament. tertia, lib. 6. confirmat. Cæterùm Auicennæ, eiusq; sequacium pudendus error, quo uiperam à Thiro diuisit, corrigendus est: siquidem unus ac idem serpens est, Græcis Echidna, & Echis: Latinis uipera, Arabibus Thirus, quod manifestissimè apud Serapionem

cap. Simplic. 448. euincitur, dum eadem de Thiri carne, quæ Dioscorides, Galenus, Paulus, atque alij in uniuersum Græci, de Viperina scribit. Et quid uetat eosdem Trochiscos, tam uiperinos, quàm Theriacos appellare? Etenim in his, & sale Theriaco, nulla est diuersitas. Erroris occasio fuit, quòd Auicenna Thiros, nunc uiperas, confuso sermone in multis Theriaces compositionibus, scripsit, & plerorumq; serpentium proprias uoces ignoranter confudit. Vidi ego frequētißimè in Italia uiperarios, qui publicè ac priuatim, seuum uirus eiaculantes uiperas contrectarent. Vidi insuper eas, inter umbilici & caudæ partem, geniturам continere, quam singulari confidentia, atque miranda incolumitate, Dn. Gysbertus Horstius Amstelredamus Romæ inter primarios Medicos habitus, exprimebat. Etenim tumbam amplam saxeam, ad harum ferarum usum in hortulo suo, qui iuxta ædes exquisitißimis ac peregrinis herbis refertus erat, collocarat. Nec est, quòd Italiæ uiperas uelut inefficaces aut inermes despiciamus, ut quarum pestilens præsensq; uenenum, plerique eius incolæ, exitiali malo, deprehendunt. Vnde isthinc aduectas nō prorsus improbauerim, modò rectè tractentur. Ideo earundem discretionem suprà ex præstantißimis quibusque autoribus, recensendam duxi. Cæterùm an quos modò nominauimus Viperarios, ex Marsorū ueteri familia, nimirum Circes ueneficæ filio, gente antiqua ortos, an à Psyllo Libyæ Rege productos (qui ingenitum robur aduersus serpentium uirus obtinebant, autoribus Solino, cap. trigesimo, Plinio libro septimo, cap. secundo) existimare debeamus, incertus sum. Quanquam hominum quoddam genus, nocentißimos quosque serpentes, uelut uenena contemnens, absque periculo subinde tractare: ac rusticos per deuia inuiaq; errantes, potione quadam sancto Paulo attributa,

attributa, præmunire sæpe uiderim: quod miraculum etiam uetustas illis familijs aßignat, ut ex uno Plinio libro uigesimoquinto, cap. secundo, & uigesimooctauo, cap. tertio probatur. Quare uerisimiliter creditur, aut succeßione, aut fraude, aut prærogatiua quapiam lege, insignitos fore. Sed quid de istiusmodi ante mille ac sexcentos annos, testificatum reliquerit Aulus Gellius lib. Noctium Atticarum 16. ca. 11. audiamus. Gens in Italia Marsorum orta fertur, à Circes filio Marso, propterea Marsis hominibus, quorum duntaxat familiæ, cum externis cognationibus, nondum etiã permistæ corruptæq; sunt, ui quadam genitali datum, ut serpentium uirulentorum domitores sint, & incantationibus, herbarumq; succis, faciant medelarum miracula. Hac eadem ui, præditos esse quosdam uidemus, qui Psylli uocantur. Idẽ docemur à Solino cap. 8. Meminit horum Virgilius septimo Aeneidos, dum ait:

> Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos,
> Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
> Archippi Regis iussu fortißimus Vmbro,
> Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris.

Et quæ sequuntur. Amplius lib. 10. & Silius Italicus lib. 8. Quin Galenus undecimo Simplicium, de iisdem testificatur. Hinc adducor uulgo Marassum, eundem serpentem dici, interpretatione etymologica à Marsorum populis deducta, quoniam id genus ferarum maximè consectarentur, circumferrẽtq;. Nunc commodè huic loco adijcio uiperam, nõ quòd ui, aut pereat, aut pariat, appellatã fuisse, sed uerius, quòd uiuũ animal pariat, non sane oua, cæterorum serpentium more, cuiusmodi uiua exempla ego cum Italis quibusdam obseruaui, & ex Aristotele 5. Animalium, cap. 34. & Philostrato in uita Apollonij Tyanei, didici. Nec nouus est

Vide Celium Rhodiginum antiq. lect. lib. 6 ca. 13. Lege quoq; Amatũ Lusitanũ, centuria prima curatio nũ medicinalium in scholiis suis.

iste error, nec noua opinio, siquidem inter alios naturæ speculatores, etiam Magnus Basilius Hexaëmeron Homilia 9. ac D. Hieronymus ad Præsidium, Nicander in Theriacis, Galenus ad Pisonem, Plinius 10. cap. 62. & Herodotus lib. 3. & pleriq; alij, in ea fuerunt. Atq; ista omnia, quorundã me aut imperitia, aut incuria, aut simul utraq;, prolixius referre coëgit. Nunc autem ubi duas Confecturas Trochiscis fermè congeneres apposuerimus, orationẽ huius libri finiemus.

Alipta Moschata Nicolai Alexandrini cap. 368. & Myrepsi Antidoto 423.

Recip. Ladani puriss. uncias tres.
Styracis calamitæ, unciam unam & mediam.
Styracis rubræ unciam unam.
Ligni aloës optimi drachmas duas.
Ambræ drachmam unam.
Caphuræ* script. unum, & semissem.
Moschi scriptulum medium.
Aquæ rosarum quantum sufficit.

*Myrepsus scriptu. sem.

Confice sic:

In diebus Canicularibus pone utrunq; styracen, & ladanum, crassiusculè contrita, ad solẽ in catino, ut emollescant: mox in mortario pistillo calidiusculo cõtere, paulatim aspergendo puluerẽ ligni aloës: Ambrã uerò, & caphurã seorsum læuigatã ex arte, præterea moschum rosacea aqua dissolutum coniunge, ac forma Trochiscos. Ista fere Nicolaus.

Gallia Moschata eorundem cap. 367. & Antidoto 424.

Recip. Mastiches uncias duas.
Gummi Arab. unciam unam.

Caphuræ

Caphuræ ſcriptulum unum.

Terantur ſubtiliſsimè & cribrentur, deinde Trochiſci fiant, cũ aqua roſata, & ſiccentur in umbra: poſtquam fuerint ſiccati, terãtur exquiſitè, admiſcendo olei ſambuci bulliti ac colati ad medietatem * uncias quatuor. Tunc adde

* Neque eſt opus tanta quãtitate olei, neque ebullitione.

Cinnamomi, garyophyllorum, nucis moſchatæ, ana unciam mediam.

Omnibus iſtis commiſtis, fiant Trochiſci, in medio concaui, ſigillo depreſsi, ac obliniti aqua roſata, cum Moſcho.

Gallia Moſchata Meſuæ.

Recip. Xyloaloës crudi boni & electi, partes quinque.

Ambræ partes tres.

Moſchi boni partem unam.

Glutinis tragacanthi aqua roſacea diſſoluti quantum ſufficit, ad commiſcenda ea, fiant Trochiſci, ſigillentur, ac uitreo uaſe reponantur.

Aliĳ ambram, in uitrato poculo, oleo de Been pauco, id eſt, balanino, diſſoluunt, & cætera cum eo comprehendunt.

CRONENBVRGIVS.

Vtriuſque autoris compoſitionem, propter magnam affinitatem, committere uolui. Et licet multiplex earundem, pro maioris minoris'q; ingredĩetium ratione, ſit diſcrimen (quoniam quatuor Galliæ, ſpeciatim Moſchata, Sebellina, Aelephãgina, Magna ſiue Regalis, à Meſue manifeſtantur:

atque Rhaza Troch. Moschati ca. 61. Elect. ex Gallia, c. 7 ad Almansorem nono) attamē Officinarum nostrarū usu tantùm suprascriptas retinuit, quas semper, in cuiusq; scriptoris confectione, peculiariter accommodare cōsueuit. Et ego præstantius arbitratus sum, paucas integras, quàm multas deprauatas huc transcribere: unde non tantùm nominū uerumetiam rerū confusio solet oriri. Iam si quis tutò Trochiscos cupiat reponere, prius diligenter siccet, mox pyxide firma concludat: quippe eo modo à corruptela uindicātur, simul & odor fragrātißimus cōtinetur, ne uspiā euaporare queāt. Sūt uerò huiusmodi cōfectiones, neq; nouæ, neq; inusitatæ, quando Græcis, atq; Arabibus cognitæ, curiosisq; hominibus in delicijs fuerint, quas odoris gratia circūferebāt, ut commendabiliores longinquò, ex fragrantia, alijs uiderentur: cuiusmodi exempla in ueterum historijs legimus, in olfactoriolis, in fucandis corporibus, in smegmatibus, in lenocinijs, in lasciuijs, in amatorijs lusibus, atque id genus uoluptatum blanditijs: unde Horatium quoque iocosè conuitiatum in sermonibus arbitror:

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Et illud,
Non bene olet, qui bene semper olet.

Aëtius ad finem Operum suorum, eiusdem farinæ aliquot formas memorat. Sed nunc de ingrediētibus disserā, à Ladano auspicatus: Hoc ex altero fieri Cisti genere, tradit Dioscorides 1. ca. 110. appellariq; à nonnullis Ledon, & Ladon. Nō ad Medicinæ tātùm usum, sed ad conficiēda multifaria unguēta utile est, & præcipuè ad suffitū, ut refert Herodotus in Thalia. Gale. 7. Simp. Paulus Aegineta Diosc. acquiescūt. Suprà in Comment. Esdræ, Plinij errorē, in Cisso ac Cisto, facili unius literæ lapsu indicauimus, qui Auicennæ ca. simp. 173. ac 432. & Serapioni c. 42. errādi occasio fuit. Probatur

hatur maximè in Cypro insula collectum, purum, molle, odoratum, colore subuiridi, pingue, resinosum, sine arenis, & scabritie. Hodie *tabernis notissimus est succus, Labdanum corruptè sonantibus.* Profuse *historiam eius explicat Ruellius lib. 1. stirpium, ca. 67. & 87. Ego olim in Florentinis collibus caprarum pastu celebribus, & uidi, & tractaui.*

Styracis calamitæ, & rubæ.) *Ostendi illam aliàs, hanc uerò intelligo, rubicundiore colore, aut fæcem illius, aut quod ex Myrrha exprimitur Magma.*

Moschi.) *Officinis nostris eius quoddam genus odoratißimum simul ac pretiosißimum in usu esse, manifestius existit, quàm ut ulla probatione egeat. Interim etiamnum obscura, ambigua, & non satis determinata habetur ipsius rei notitia: attamen potiori eruditorum numero, duorum generum existere cõstat, alterum maturum, immaturũ alterum. Ex Indiæ partibus ad nos defertur. Colligitur ex Dorcade siue Dama, Italis Gazella (estq; in capreaũ peregrinarum genere, at dentibus differũt uocatis caninis) in Venerẽ excitata, putris ueluti sanguis, quo sese natura ceu onere leuat, ex umbilico, aut prægnante uomica, dum humi crebrò uoluitur. Interdum syluestres dorcades (etenim multas differentias enumerat Plinius lib. 8. c. 53.) in saxis, magno pruritu se scabunt, cùm uomicam maturam esse præsentiũt, atq; ita sanioso cruore, lapides commaculant. Sed quamuis ueteribus odoramẽtum fuerit peregrinum, posterioribus tamen Græcis usuale fuit: diciturq; conuenienter Moschus, & Moschon, unde moschatæ confectiones, Arabibus Misch appellatæ sunt. Verùm quisque quo uolet nomine utatur, modò rẽ cognoscat. Porrò quam Musa Brasauolus historiã narrat, in examine syruporum, uerißimam confiteor: siquidem ipse ego eiusmodi animal, ex quo Moschus congeritur, in horto*

elegan

elegantißimo iucundißimoq;, illustrißimi Ferrariæ duc[is] Herculis Estensis, quem in Pado flumine poßidet, spectau[i]. Accuratè historiam eius scripsit Serapion c. Simpl. 185. At qui commodè hoc loco referam, quæ mihi autoritate, in R[e]public. Gruningana, uir grauis, Euerhardus à Mepschē, d[e] Moscho aperuit: is olim Romæ in contubernio Alexandr[i] Farnesij, eo tempore Romanæ ecclesiæ Cardinalis, deind[e] eiusdem Pontificis (quando Paulus tertius est uocatus) uersans similis generis ferā inter cætera, exectis primò testibus, aperto uulnere, nobiliū quibusdā in delitijs asseruari uidit, quam statis temporibus, ferarum more, resti alligatam insequebātur irritabantq;, donec uehemēter fatigata æstuaret: tum accedentes sudorem, & iracundia, & agitata laßitudine, contractum curiosè osseis cochlearibus corradebāt: qui sanè grauem admodum circunstantibus odorem præstabat, postea cōcretus, pro genuino Moscho habebatur. Imò usq; adeò nares feriebat, ut plures eo offensi, sola bōbace cochlearia, aut animalis scrotum abstergentes, summi odoramenti uice fruerentur. Hæc tamen de Zibetto, Italica uoce nostris etiam, dicto, malim intelligere, cùm uera fide, magis huic q̄ Moscho conueniant. Expetitur id singulari quodam desiderio, molliter libidinosis. Est autem animalis cati magnitudine (catobleptum quidam putant) excremētitius genitalium humor. Sed habeant nobiles, habeant aulici, habeant itē uoluptuarij, quo se magno impendio (uncia enim decē aureis iusti ponderis emitur) oblectent: ego neq; tanti eas sordes facio, neq; ijs acquiesco, qui nihil ægris prodesse, quàm quod peregrinū ac pretiosum sit, existimāt. Moschus ab Oriente & Occidente, pilosis utriculis conclusus, ad nostras oras defertur multorum generum. Præfertur colore subflauo, maiore odoris gratia, ex uomica maximè matura erutus, plū

bea

ea pyxide potißimum seruatur. Odorē deperditum cloacæ Nota
xtore recipere dicitur, quod ego usu uerum comperi. Nunquam pistillo simpliciter conteritur, sed prius aqua rosacea dissoluitur, mox cum alijs simplicibus miscetur, quibus uniri debet. De Musco siue Bryo, Officinarum Vsnea, diuersis arboribus innascente, alibi copiosius indicabo, si ita occasio incidat. Atq; ista nunc sufficiant. Deinceps compositiones Officinis receptas, quarum extra corpus usus est, commentabimur: quales numerantur Cerata, Emplastra, olea, unguēta, & si quæ sunt similia: de quibus omnibus ordine alphabetico quatuor hunc sequentibus libris distinguemus. Primus uerò, Cerata atque Emplastra tractabit.

Libri sexti, de compositione medicamentorum finis.

LIBER SEPTIMVS,

DE COMPOSITIONE Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



VONIAM superioribus libris, omnem omnium usitatorum medicaminū (quorsum enim attinet infinitam scriptorum multitudinem recensendam suscipere?) intra corpus sumendorū materiam exposuerimus: superest nunc ad ea remedia conuertamur, quibus nostræ ætatis medici exterius ferè quoti-

die

die uti assueuerūt: cuiusmodi sunt plurimæ compositione[s] quas in prōptu myropolæ, propter humanæ uitæ cōmodi[ta]tē, retinēt. Etenim generosi animi cēsetur, omnia in proxim[i] salutem moliri: ac tēpestiuè potius iuuare, quàm intēpestiu[è] delectari, uiri est qui cōmunes uitæ actiones, quàm prudēti[s]simè disquirit. Hinc inductus Cerata & Emplastra (quo[d] Deus uertat bene) præsenti li. dilucidè proponā. Ea autē u[e]teribus Medicis, ex oleo & cera (qua sine nullū eiusmodi fi[e]ri potest) cōponebantur, sicut testatur Paulus Aegineta, a[d] finē ca. 17. lib. 7. Si liquidum, inquit, ceratum, ut in fracturi[s] præparamus, ceræ duplicatū: si medicamentū emplastri figurā habēs, efficere cogitauerimus, portio olei & ceræ æqualis erit, in moderato aëre ambiēte: aut si cera uetusta & sicca, aër frigidus sit, oleū paulò copiosius quàm cera erit: contrà si cera recēs & pinguis, aër calidus, paulo oleum minus erit, ac ceræ plus. Quæ uerba ex Galeno lib. de cōpos. pharmac. per genera quatuor in medicamēto ex Euphorbio, & Oribasio lib. 2. de uirtute simplic. perscripta uideri possunt. Atqui hoc æuo insuper, resinā, terebinthinā, succos, plātarū partes multiplices, gūmi, liquores, adipes, aromata, metallica, & pleraq; alia recipiunt. Quapropter definitus ceræ modus præscribi nequit, ut mox ex ipsis formis edocebimus. Constat præterea antiquos, Emplastra ex metallicis conflata, autore Cornelio Celso lib. 5. c. 17. Cataplasmata uocasse, usqueadeò uagū olim nomen fuit. Nunc uerò ceratū est medicamen consistētia fermè mediū inter unguēta & emplastra: qualia autē ista habeantur, Galenus edocet, ut quæ tenaciter corpori admota meatibus inhærēt, ac sanguinis cohibēdi potestatem obtinēt: carentq; eiusmodi mordacitate, & omni acrimonia. Differunt ab unguētis, quòd in illis medicamina crassius, quàm in istis (ubi tenuissima esse debēt) ducuntur.

ucuntur. Cur uerò à primis autoribus Emplastra excogitata sint, Gal. primo per genera explicat. Propria eorũdem forma est, quando ingredientia ita in massas siue offas (quæ Galeno μαγδαλίαι, uulgò Magdaliones dicũtur) sunt coacta, ut cõmodè per se imponantur, aut in malagmatis figuram diluantur, aut liquoribus additis resoluantur. Parantur in gratiam eorum, qui pharmacorum illitorum compositiones recusant: quoniam neque sudoribus obortis dissoluunt, neque resiccata cutem circumtendunt, uelut autor est Galenus lib. 5. per locos, cap. 7. & Aëtius 8. cap. 16. Cæterum quantopere prior ætas, huius farinæ multitudinem neglexerit simul ac contempserit, ex Plinio omnibus manifestum esse potest, qui libr. 22. capit. 24. ita scriptum reliquit: Non fecit cerata, malagmata, emplastra, collyria, Antidota, parens illa ac diuina rerũ artifex: Officinarũ imò uerius auaritiæ commẽta sunt: naturæ quidem opera, absoluta atque perfecta gignuntur, paucis ex causa, non ex coniectura, rebus absumptis, ut succo aliquo sicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere, aut miscere uires, non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est. Nos nec Indicarum Arabicarumq; mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remedijs tam longè nascentia, non nobis gignuntur, imò ne illis quidem, alioqui non uenderent. Odorum causa unguentorumq; & delitiarũ, si placet, etiam superstitionis gratia emantur, quoniam thure supplicamus, & costo. Salutẽ sine his quidẽ posse constare, uel ob id probabimus, ut tanto magis sui delicias pudeat. Sic ille. Certè meram simplicitatẽ ubique delegisse uidẽtur ueteres medicinæ artifices, unde nostrã prodigiosam, ac sumptuosã, misturarum superfluitatem odisse debemus, si antiquæ ar-

tis genuinos imitatores haberi nos desideremus. Vt autem receptæ iam multis annis consuetudini satisfiat, & ex quibus, & qua ratione, Cerata atque Emplastra cõmodè conficiãtur, iam nunc enarrare aggrediar. Materia itaque eorum multiplex existit, & operosum equidem studium adhiberi oportet, si exactam omnium qualitatem consequi laboramus. Nam ex oleis, medullis, gummi, liquoribus, succis, aromatibus, resinis, metallicis, animalium plantarumq́; partibus, ac plerisque alijs constituũtur, quemadmodum in sequentibus, dum seorsum singula explicabimus, manifestum erit. Porrò quando liquationis, dissolutionis, triturationis, ustionis, lauationis, extinctionis, & in uniuersum coctura atque formæ, in eiusmodi artificio, necessitas permagna est: idcirco præsentis libri initio, generalem doctrinam obiter instituere decreuimus, ad quam studiosi, ueluti in tabula, hoc Opere dicenda omnia expendere possunt: quamuis harum rerum cognitio, homine egere mihi uidetur perspicaci, qui ex frequenti inspectione, simul ac diutina contrectandi peritia, magis eam compararit, quàm ex his meis aut aliorum Commentarijs, tantùm legerit. Quatenus autem quispiam oratione iuuari poterit, lubenti sanè animo, omnem operam nostram impartiemus: tãtùm animaduertat Lector ad ea, quæ in processu dicturus sum. Si cui uerbosior ero, is cogitet, me in hanc partem delinquere maluisse potius, quàm in obscuritatẽ incidere. Ignis itaque calore liquãtur Stimmy, arsenicũ, sandaracha, sulphur, alumẽ omne, chalcitis, chalcanthũ, misy, ærugo, sori, lithargyros, salis species: similiter gagates, succinum, unguis odoratus, asphaltum, mumia: promptius ac celerius œsypus, ladanum, castoreum, sanguis hirci, gummi Arabicum, tragacanthum, caucamum, caphura, myrrha, bdellium, styrax,

mastiche,

mastiche, sarcocolla, gummi hederæ, Iuniperi, cerasi, pruni. Prædictis adhuc facilius resinæ ac liquores, ut sunt: Opium, euphorbiū, gummi, hypocisthis, aloë, elateriū, pix colophonia. Possunt autem quædam horum teri, quædam dissolui. Omnium facillimè cera, mel, oleum, butyrum, adipes, & medullæ liquescunt: sed horum aliqua, cum humore quopiam, aut oleo, supra ignem, aliqua absq; eo emollescunt, soluūtur, liquanturq;. Succi recentes concreti humore aliquo idoneo placidè dissoluuntur, deinde sensim alijs ingredientibus miscentur. Si uerò mediam quandam consistentiam retinent, ut neq; humecti, neq; item sicci sint, pistillo calidiore flaccescere atq; emollire conuenit, mox Emplastris refrigerare incipientibus permiscendi, atq; uniendi erunt. Si omnino sicci fuerint, in puluerem uersi, postremò insperguntur. Galbanum, ammoniacum, sagapenum, opopanacum frequenter aceto, aliàs uino, aqua, aut simili liquore subinde calido celeriter, subinde frigido tardè soluta, si pariter in unum ceratum, siue Emplastrum recipiuntur coniunctim, sin minus, disiunctim colantur: ut postea tamen pondus maneat legitimum. Tandem reliquis, Emplastro sufficienter cocto, adiunguntur, spatha continenter agitando, ne materia induressat, aut concrescat. Cauere insuper oportet, ne inter dissoluendum, naturale humidum absumatur, aut in ariditatem immodicam conuertantur.

Similiter lachrymæ resinosæ oleosis, gummosæ aqueis humoribus citius soluuntur. Exploranda, ac distinguenda quoq; sunt uini, & aceti genera, ne medicamenti uires, ex diuersis eorundem temperamentis, aliter atq; aliter mutentur. Adipes, pinguedines, & coagula, super ignem alijs miscentur, continua motione. Terebinthina semper ultimo loco apponitur, ut minimum ignis toleret.

Cæterùm quod ad triturationem pertinet, in uniuersum sciendum, arida omnia singulari opera læuiganda esse: metallica, terrea, mineralia, lapidosa eiusdem substantiæ, simul teri possunt, super lapidem marmoreum porphyrium, aut marinum per molulam ducta, pauco liquore conuenienti, ne puluisculus euolet, asperso: nam ægrè læuigantur. Sunt, qui in mortario chalybeato diu terunt, postea per lintea magis minusq; rara, aut densa transigunt. Argentum uiuum sublimatum, ac præcipitatum tenuißimè per se pulueratur, more aliorum metallicorum. Cerussa sola confricatur, uelut lithargyros. Sanè non aliter, quàm quæ ad ophthalmicas facultates miscentur, hoc est, Alcohel, siue pollinis instar, conterere oportet, ut in corporum profundum subire queant. Atque hactenus breuiter liquationes, dissolutiones, triturationes, expediuimus. Reliquum est, ut quæ supersunt, paucis absoluamus.

Vrendi modus non omnibus unus, ut nec aliarum præparationum: nam quædam per se sola urũtur, quædam cõmista: rursus quædam craßius franguntur, quædam omnino puluerantur ante ustionem. Quomodo autẽ singula cõmodè fiant, Dioscorides quinto libro proprijs capitibus, Galenus secundum Locos cap. 5. luculenter, & alij alibi, demõstrant. Proinde hic tantùm communia quædam præcepta instituam: Cerussa, chalcitis, misy, chalcanthum, auripigmentum, sandaracha, plumbum, & metallica pleraq; omnia sartagine imposita, ac operculo contecta, cremantur. Cadmia siue calaminaris, & æs, fictili crudo. Sal, nitrum, spuma eius, operculo indito, ne exiliant: Plumbum olla ænea, siue ferrea: Aerugo, chrysocolla, lithargyros, alumen, patina noua: Sarmenta, ligna, radices, cortices, herbæ, & plantarum partes, uasculis testaceis foraminulentis tectis, torrefiunt: Similiter animalium

particulæ,

particulæ, ac lumbrici terrestres loti, donec in puluerem aptè conuerti queant. In summa, quædam in olla supra cineres oßium, quædam in fornace aurifabrorum, alia in foco, alia in clibano panis, alia in furno figulorum, alia in fornace chymistarũ, uarijs formis urũtur. Omniũ terminus siue finis erit, dũ perfectè cocta, usta, siccata fuerint. Et ex his multa deinceps lauantur, ut empyreuma, id est, ignitionem, ac contractam acrimoniam remittant: siquidem combustorum nullum planè est frigidum, testificante Galeno noni Simpliciũ initio. Imprimis, lapidosa, metallica, atq; dura exactè conterere, est necessarium, plurimumq́; aqua fontali purißima, præsertim æstate, aut uino, aut aceto, pro diuersis scopis, lauare, subinde priori humore quietißimè effuso, quoad nihil in eo innatet, maneatq́; humor prorsus, à contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quandiu, aut qualitatis eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid inhæreat, tandiu terere, & effundere oportet. Etenim nisi hoc pacto quiduis eorum abluas, mordacitatem non deponit. At qui exercitatum habet gustandi sensum, iudex erit accuratus: nam quædam bis, ter, & amplius lauari postulant. Venio nunc ad coquendi modum, qui pro multiplici fermè rerum differentia exercetur, ex quibus, pòst uarij colores Emplastris concilian tur, nunc albi, nunc nigri, interdum rubri, melini, fului, uirides, sicut locis plerisque, Galenus indicat. Lithargyros diu tritum ex aceto, oleo, uino, aqua coquitur, aßiduè spatha mouendo, ne ustionem experiatur. Modus coctionis est, quum à tumore subsidet, & manus non inquinat. Similiter plumbago, ærugo, chalcitis, squama æris, & similia: Parum aut minimum, ladanum, propolis, galbanum, opopanax, gummi, & aromatum pulueres: sed potius extra ignem refrigeratis fermè alijs admiscentur. Ac quum terrena liquationem re-

ſpuant, autore Galeno Simplicium nono, uſuq́; approbante, ideo tenuiſsimè puluerata, ad finem inijciuntur: quemadmodum etiam cortices, radices, ligna, folia, ſurculi, flores, fructus, ſemina, ſingula ſiccata, & in puluerem exactum tuſa, ac cribrata. Cera conciſa liquefieri cum oleis primò debet: Propolis autem ferè ſemper ablatis ab igne Emplaſtris adiungitur. Obſeruandum quoque in ijs formandis, ut hyeme plus olei, æſtate minus indatur: & quantò cera, ac reſinæ molliores pinguioresq́; ſint, tantò parciores, præſertim æſtate, eſſe debent. Denique omnia Emplaſtra, ad conſumptionem aceti, uini, aquæ, ſuccorum, uel aliorum liquorum coquuntur, dum contrectantis manus non contaminent. Hactenus quæ in Ceratis pariter ac emplaſtris conficiendis, neceſſaria mihi uidebantur, breuiter retulimus: quoniam copioſiſsimo atque maniſeſtiſsimo ſcripto, omnes eorum differentias Iacobus Syluius lib. ſecundo ac tertio, de medicamentorum præparationibus expoſuit, quas medicorum maxima pars negligit, ac contemnit: dum ritus, uſus, macerationes, contuſiones, ablutiones, uſtiones, & ut ſummatim complectar, totam eiuſmodi artem, hominibus quibuſdam barbaris permittit: quaſi non permagni, ad hominis uitam tuendam, morboſq́; profligandos, referat, rectè ne an perperam unumquodq́; medicamentum tractetur. Paulus quoque Aegineta priuatam huiuſcemodi inſtitutionem lib. 7. cap. decimoſeptimo tradidit. Supereſt nunc tantùm ut uſuales ſeorſum compoſitiones ordine ſubiungam.

Ceratum Oeſypi Galeni, ex Meſue.

Rec. Ceræ citrinæ uncias tres.
Ol. Chamomil. irini, ana uncias ſex.
Maſtichæ, unciam unam.

Spicæ

Spicæ drachmas duas, ſemis.
Croci drachmam unam, & ſemis.
Terebinthinæ unciam unam.
Reſinæ unciam mediam.
Oeſypi drachmas octoginta.

Oeſypus autem ſic paratur apud Meſuen:

Recip. Lanæ ouium ſuccidæ, nondum à ſordibus expurgatæ libras ferme ſexaginta: aqua fontana feruida, octo horis, macera: deinde ubi ebullierint, ſemel exprime. Colatura prunis impoſita, in ſtanneo uaſe coquitur, donec mellis fluxilis craſsitudinem conſequitur, oportet uerò calens & bulliens adhuc pharmacum continue ſpatha lata miſcere, ne ab igne exuratur.

CRONENBVRGIVS.

Non Iſopi cerotum, ut uetus habet Meſue, ſed œſypum, ouium ſordes uidelicet, & ſuccidarum lanarum pinguitudinem, ſudoremq; lanis inhærentes, tum apud Dioſcoridem, tum apud Galenum, alioſq; Græcos lego. Sed priuſquam amplius dicam, error ex ſpeciarijs tabernis, & recentium quorundam animis, eliminandus eſt, qui Iſopum humidam, ad diſcrimen hyſſopi herbæ, uocis propinquitate ſeducti, per ignauos Græcorum interpretes Hyoſtopos pro Oeſypos, hoc eſt, Hyſſopum pro Oeſypo peruertentes, uſurpant. Eodem errore contaminati ſunt locis aliquot Plinius, & Celſus, ſicut Commentarijs ſuis diſertè in ſecundum, per Locos Galeni, Cornarius oſtendit: præterea Auicenna, Serapion, Aggregator in Seruitore, ac barbaræ Medicinæ ſequaces omnes: cuiuſmodi, in Receptarijs libris, manifeſtò cernuntur. Simplicis Oeſypi conficiendi modum, triplici ratione, Dioſcori-

des lib. secundo, cap. 66. prodit, ex quo, ad uerbum, Aëtius 2. cap. 118. & Nicolaus Myrepsus emplastro 77. transcripserunt, quamuis confectionem aliam ille lib. 15. cap. 25. tradat. Galenus Atticum Oesypum cæteris præstare autor est 14. Methodi. M. Varro simpliciter succidam appellauit, lanam recentem tonsam sudore humectam lib. secundo, cap. ultimo. Plinius etiam Oesypum neutro genere dixit, suntq; sordes pecudum, ac sudor feminum alarumq;, lanis adhærentes: mox colliquandi usum monstrat, & in stanea pyxide condiri. Probatio est, ut sordium uirus oleat, & manu fricante, ex aqua non liquetur, sed albescat, ut Cerussa, libro 29. cap. secundo. Quod apud Mesuen sequitur Paulo adscriptum, omnino diuersum lib. ipsius autoris 7. cap. 17. legitur, & à Myrepso, in Emplastris numero 104. repositum: sed quoniam Officinis nostris inusitatum, ideo uelut superuacaneum omisi. Si quis tamen compositum ex œsypo pharmacum uolet, Mesuen in scriptura Philagrij imitari potest: & quantumuis nigro colore conspiciatur, multa tamen agitatione, emplastrum album redditur.

Ceratum ex Oesypo Philagrij.

Rec. Croci drachmas quinque.
Bdellij, mastichæ, ammoniaci, aloës, styracis liquidæ, ana drach. septem.
Ceræ citrinæ libram unam.
Terebinthinæ unciam unam, & semis.
Medull. cruris uaccini, adipis anseris, ana drachmas quindecim.
Oesypi libram unam, & mediam.
Olei nardini quantum sufficit.
Bdellium, ammoniacum, & aloë, aqua infu-

sionis fœnugræci, chamomillæ dissoluantur, ac cum cæteris, fiat unguentum.

Post Philagrium addiderunt expressionis squillæ uncias tres.

Olibani unciam unam.

Seui uitulini drachmas quindecim.

In alio: Ceræ libram unam, minus quarta, & uerius est.

Annotatio.

Visum nobis fuit, omnem autoris sermonem eò magis referre, quò euidentius mendas aliquot isto loco tollamus, quales sunt, in priori compositione, ex Luminari maiori, ceram cum oleis, æquali pondere ponente: mox in processu, croci drachmam, pro sesquidrachma: & Isopi humidæ drachmas decem, pro octoginta, scribente. Ego non lubenter illius multiplices errores in uulgo, si ulla excusatione ueniam mererentur: at tam manifestos ac impudentes supprimere, & mihi indecorum, & ægris detrimentosum omnino censeri debet. Est autem genuina, atque correcta lectio, quam nos reposuimus. Ad finem appendicis, etsi denuò cera legatur, non ideo bis cerato inijciendum, sed alteram ceu superfluam dictionem expungendam decerno. Etenim satis erunt, pro totius cerati consistentia, unciæ nouem ceræ. Hoc ipsum emplastri titulo aßignat, ex Græcis Myrepsus sectione 10. numero 75. 76. ac Nicolaus Alexandrinus capite 321. Ex Arabibus Auicenna libro quinto Tract. 11. Serapion Tract. 7. cap. 27. nomine Dhimadh. Mesue amplius cap. de Bothor, & Apostemate aurium, quod uehementer probat Alexander Benedictus libro Praxeos tertio, capite nono, sed ubique ponderum rerumq; est ingens diuersitas,

uelut apud Ioannem Vigonium lib. octauo, cap. 16. atque alios practicos est inuenire. Hactenus diligenter meliorem uariam scripturam ostendimus: nunc ingredientium enarrationem adiungemus, in qua primas res suprà exposuimus: restant autem adhuc Cera, & adipes. Naturæ prodigijs, ceræ conficiendæ ratio, annumerari potest, operosum uidelicet apum opificium. Iustinus libro decimotertio: & Virgilius quarto Georgicorum, Aristæum in Arcadia late regnantem, harum, & mellis usum primò inuenisse, autores sunt. Cicero Aristomachum Solensem annos duodesexaginta nihil aliud gessisse, quàm quòd libros de Apibus scripserit, testatur. Eas in nouem genera distribuit Aristoteles libro quinto Animalium, capite uigesimosecundo. Sed nos tantùm de ijs hic intelligimus, quæ fauos initiò è floribus construunt, ceram fingunt, deinde sobolem, postremò mel elaborant: quæ ipsæ ad uitæ usus laborem tolerant, opera conficiunt, rempub. habent. Quare inter omnia, apibus principatus (ut uerißimè Plinius lib. 11. cap. quinto ac sequentibus) & iure, præcipua admiratio: Solæ faciunt, quæ nullus hominum potest, solæ opera hominibus inimitabilia construunt. Harum supra fermè naturalem generationē, mutationē, transformationem, naturam, industriam, sedulitatem, disciplinam, progeniem, habitationem, conseruationem rerū atq; inter se discrimen: imò uniuersam adeo historiam, & leges, festiuißimè maximeq; serio (quæ Socratis quoq; Musa fuit) pro more suo 4. Georg. Virgilius contexuit, quam insuper Aristoteles, in Animaliū historia lib. 9. cap. 40. pluribus exponit. Similiter Aelianus li. 16. Marcus Varro de re rust. li. 3. cap. 16. Palladius lib. 1. Titulo 37. & sequentib. Item lib. 5. Titulo 8. Columella nono capite 2. ac reliquis, quæ sequuntur. Plinius 21. capite 16. atque abundanter Constantinus

Cæsar

Cæsar lib.15.cap.2.3.4. Porrò omißis apibus, ceræ institutũ prosequentes, ex Dioscoridis sententia lib.2.cap.75. optimam pronũtiamus Ponticam, aut Creticam, subfuluam, pinguem, puram, odoratam, sapore melleo: secundum locum obtinet candicans, ac suapte natura pinguis. Punicam cæteris præponit Plinius 21. cap.14. hanc candidam Hermolaus putat. In parando medicamine, mordacitatis omnis experte, fugienda est cera, Galeno teste 4.simpl.cap.5. quæ ex acri thymosoq; melle conficitur. Quocirca idonea censetur, ex melle tum aquosiore, tum dulci, ut omni prorsus acrimonia careat, qualis est cera alba uirginea uocata sponte producta, atq; ex nouis fauis separanda: alioqui alba factitia utenda, cuius faciendæ doctrina apud Dioscor. legitur. Quando autẽ talem habere nequimus, recentißima dulcis aqua lota accipienda erit: nam ea ratione acrimoniam à melle contractam deponit. Lauatur uerò sic: Liquefacta ad ignẽ, in aqua purißima, demergitur, manibus diu ac multũ agitatur, expurgaturq;. Galenus 2.simplic.cap.15. ita edocuit: Lauanda est non tantum cera, sed & pix, resina, oleum, & quicquid aliud aquæ misceri non patitur: primumq; modicè concalfactum, mox in uas lati oris ac magnum, cuiq; insit aquæ purißimæ copia, simul & omnis qualitatis expertis, infundito. Nam in ea, quicquid id sit, quod abluitur, acrimoniam suam exuit. Deinde tere, tunde, frange, manibusq; impensè subige. ut unaquæque abluendi medicaminis particula, aquam contingat. Denique effusa priori aqua, rursus quod lauatur excalfaciens, in aliam aquam æquè synceram inijce, denuoq; diutißimè contunde, donec qualitatem suam in aqua relinquat. Hæc de Cera: nunc de medulla, adipe, pinguedine, & affinibus uocibus, sermonem apponam, ut in omnibus pariter compositionibus, ipsarum cognitionem habere queamus.

Solent Medicinam hodie factitantes promiscuè, atq; indiffe-renter huiusmodi materiam usurpare, tanquam nihil inter-sit, an medullam, adipem, aut pinguedinem quis dicat: at nos rem, & ipsius discrimen bene examinantes, de singulis autorum testimonia discutiemus. Ac quoniam medulla cruris uaccini, primo loco, in Cerato habeatur, ideo nos quoque ab eo ordiemur. Medulla omnis & uera continetur in oßibus, Plinio 11. cap. 37. Iulio Polluci, oßium complementum dicta, lib. 2. Non tamen uniuersa animalia illam retinent, ex Aristotelis doctrina 3. Animalium, cap. 20. Accipitur autem non solùm medulla ex oßibus, sed & ex spina, quæ tum durior, tum siccior est, quàm alia, debetq; seorsum reponi, ut Galenus censet 11. simpl. Dioscorides simul & Galenus, primam laudem ceruinæ, mox uitulinæ deferunt: post hanc ille taurinam, deinde caprinam, & ouillam numerat, quem prorsus imitatur Oribasius 2. Simplicium, in delectu medicamentorum, & Plinius 28. cap. 9. Galenus hircorum, & taurorum acriorem, siccioremq; pronuntiat: similiter Aëtius lib. 2. cap. 152. & Paulus 7. cap. 3. Colligitur æstatis exitu, quando autumnus appetit. Inter adipem, seuum, atque pingue, nullam penè differentiam agnoscit Dioscorides lib. 2. cap. 68. At Galenus loco antè citato, amplius 4. Simpl. cap. 5. & Alimentorum tertio, Adipem substantia craßiorem pinguedine, atque ideo illam animantibus totam naturam terrosiorem, hanc uerò humidiorẽ habentibus prouenire docuit. Quin & pinguedo in igne posita, celeriter liquescit, nec postea facilè concrescit: contrà adeps haud facilè funditur, ac fusus celerrimè coit, multoq; apparet pinguedine durior. Aristoteles 3. Animalium cap. 17. diuersum autumat, sed eum coarguit manifesta rei fides, ubi quoque adipem à seuo rectè dißiungit. Dicitur autem seuum, & sebum, quod à renibus laudatißimum æstimatur.

estimatur. Gignitur adeps, ex habitus frigiditate, autore Galeno 2. Temperamentorum, dum animalia adoleuerint, qualia numerantur uituli, boues, tauri, hirci, ursi, hœdi, capræ, uulpes, equi, taxones, cerui, lepores, canes, oues, ueruces, quos Officinæ castratos uocant, ac quæcunque cornigera. Homo insuper, omnium temperatißimum colligit. Atqui suillus adeps latine Axungia dicitur, qua antiqui maximè axibus uehiculorum perungendis, ac faciliorē circumactum rotarum, utebātur: unde & nomen. Eadem duobus modis inueteratur, aut cum sale, aut syncera: tantò utilior, quantò sit uetustior. Pinguedinem habent anseres, gallinæ, gallinacei, anates, olores, grues, columbi, catti, & uolucres omnes. Sed uulgus Medicorū, hæc nomina inuicem ferè confundit, quod Galenus quoque fatetur 7. per genera. Verùm nemo, secundum cuiusque animantis temperaturam, uitæ rationē, ætatem, sexum, pabulationem, ipsas res uariari, citra piaculum, nescire debet. Curandi uerò, & à putredine uindicandi rationem omnem fideliter tradunt Dioscorides 2. cap. 68. ac sequenti, Plinius 28. cap. 9: Commodè quemcunq; adipem aqua pura elotum, siccatumq́;, supra cribrum, aut exemptis pelliculis & fibris, in sole uel igni fusum, per lintea munda, manibus exprimimus: deinde in ædibus siccis atque æditis planè humoris expertibus, cum folijs lauri aridis, siue iuglandis inuolucro, siue noua charta, reponimus. Porrò simpliciter scriptus adeps, & pinguedo, & medulla, absque sale, intelliguntur. Ex ueteri recens fit, liquefaciendo, expurgando, mox frigida lauando, postremum uino quàm odoratißimo, donec omne uirus suum deponat. Atque ista de ingredientibus sufficiant, quæ Medicinæ & pharmacorum parandorum studiosum, usque memoria tenere uelim.

Nunc tandem cerati formam breuiter apponam. Arida seorsum

seorsum læuigentur, postea cera, terebinthina, medulla cruris, adeps anseris, œsypus, ad modicum ignem liquescant: mox bdellium, ammoniacum, & aloë, in aqua infusionis fœnugræci, ac chamomillæ, hoc est, in utriusque simplicis colatura, dissoluta addantur: inspergendo crocum, & mastichen, probè ad Cerati figurā uniendo, in ærea pyxide simul includantur.

Ceratum ex pelle Arietina Rainaldi de Villa noua lib. 2. ca. 30. de Crepatura.

Rec. Lithargyrij aurei, lapidis hæmatites, sanguinis draconis, boli Armeniæ, mastichæ, ammoniaci, mumiæ, galbani, thuris, costi, lumbricorum terrest. ana drach. mediam.

Picis naualis, colophoniæ, ceræ albæ & rub. ana drach. unam.

Radicum Consolidæ maior, mediæ, minoris, ana drach. tres.

Rosarum, myrrhæ, aloës, ana, drach. iiij.

Paleæ marinæ combustæ, gallarū, balaustiarum, aristol. rotundæ, ana drach. vi.

Visci quercini, terebinthinæ, ana dra. duas.

Sanguinis hominis rufi, libram unam minus quarta.

Conficitur hoc modo: Accipe pellem hœdinam, aut arietinam integram non depilatam, coque ad dissolutionem. Huius colatæ libræ admisce uiscum quercinū prunis dissolutum, in stannea sartagine ebulliendo, & aßiduè spatha mouendo. Deinde ceram, picem, colophoniam, & reliqua ordine continuo. Gummi uino dissoluantur: nullam etenim cocturam sustinent, neque igne colliquescunt, nisi addito aceto uel uino, quin

tio, quin potius statim comburuntur. quapropter tantum emollire oportet, & si quid inest arenosum aut durum, tollere, mox subigere: postremo sanguis, terebinthina, & pulueres minutissime triti, ac lumbrici uino loti, atq; seorsum alio cocti, pistillo calidiusculo commoueantur, & alijs committantur. Signum cocturæ sufficiētis est, dum tractabilia fiant, mollia, glutinosa, & non inquinent in frigidam aquam instillata. Alia idem refert eodem cap. & Montagnana in Antidotario suo, atque Gentilis primo Consiliorum suorum. Similiter Præpositus, in uulgaribus receptarijs, ac Bertrucius sectione 4 cap. primo. Idcirco non pauca numero, iuxta huiusmodi permutationem, erunt: imò & iuxta misturam ipsam ex multis coaceruatā, plurima emplastra fiunt, cum aliàs alia quantitate misceantur. Iunior autem ætas eiusmodi emplastra conglutinatoria, in herniarum speciebus composuit quibus maximè solutas dißipatasq; partes coniungere, glutinare, & in unitatē reducere arbitratur. Sed omnium eorum eadem est neque ratio, neque usus, quoniam alia glutinantia pueri ac mulieres, mollia uidelicet humidaq; corpora: alia uiri & potißimum qui ex uirilibus munijs soleq; durum corporis habitum conciliarunt, desiderant. Cuius etiam generis sunt barbara illa emplastra ab Andromacho inuenta, & à Galeno li. 2 per genera tradita. Syluam taliū promptum est inuenire apud Aëtium 14. cap. 23. Certè quod Rainaldus scribit, ad uerbum penitus accepit, ex emplastro Oribasij, à Mesuæ relato, nisi quòd pondera uarient, cap. Praxeos 13. particulæ 3. sect. primæ, de solutione cōtinuitatis stomachi, & ulceribus, & ruptura, ubi eadē scribuntur, præter cardamomum & coloquintidam, quæ temerè à quodā ignorātißimo sine omni prorsus ratione adiecta suspicor. Interim cuilibet perito seplasiario (quandoquidem magna in huius-

modi

N ol

/[illegible]

*modi compositione uarietas sit) iudiciū descrimus, utq; Me-
dico ijs uti uolenti, exactam autoris cōstructionē indicet, mo-
nemus. Nunc expositionem quorundam indicabo.*

Sanguinis draconis.) *Sicut in ædificijs diu duratu-
ris, fundamenta poni debent firma, si quid ædificiorum in i-
stabile futurum sit: sic etiam arbitror, in componendis medi-
camentis cura habenda est, ut uera, integra, & in uigore sin
omnia, quæ admiscentur, si corporibus ægris profutura
atque eadem ad salutē, restitui ijs posse confidamus. Proin-
de ob letale discrimen, quod ex hac uoce parum rectè intelle-
cta, oriri poßit, non grauabor alicuius sermonem repetere,
quò nunc saltem Medicorū uulgus, & gregarij pharmaco-
polæ, genuinam sanguinis draconis distinctionem intelligāt,
& notitiam consequantur. Atque hæc sanè præfatus sum, ut
discendi cupidi, perpetuò omnem in omnibus diligentiā adhi-
beant. Sanguinē draconis, ut refert lib. 5. cap. 59. Dioscorides,
quidam Cinnabarin existimabant, ex Aphrica delatam, ma-
gno cōstantē, nec adeò multam, ut uix uersicoloribus pictorū
lineis satisfaceret, intento colore, nō diluto. Cùm itaque tam
tenuiter sanguinē hūc, cinnabarin quibusdā putatam, attin-
gat, ut neq; eius materiā, neq; qualitatē, neq; substantiā ex-
primat, obscura manet apud eum tota historia. Plinius libro
33. cap. 7. Solinus in Polyhist. suo cap. 28. uulgi opinionem se-
ctantes, cinnabarin, sanguinem draconis elisi, elephantorum
morientium pondere, permisto utriusque animalis sanguine,
esse scripserunt. Quomodo autem id fiat, idem lib. 8. cap. 12.
in hæc uerba tradidit: Elephantis sanguis est frigidißimus,
quapropter æstu torrente, à draconibus præcipuè expeti-
tur. Itaque in amnes mersos bibentibus insidiantur, arcta-
tisq; illigata manu, in aurem morsum infigunt, quoniam is
tantum locus manu defendi non potest. Dracones uerò tanti*

sunt,

sunt, ut totum sanguinẽ capiant. Proinde elephanti exhausti siccatiq; concidunt, atque inebriatos sanguine dracones opprimunt, commoriunturq;. Amplius nullum colorẽ, in picturis, sanguinẽ magis reddere asseruit. Iam si horum autorum scripturã diligenter expendamus, contrà uulgaris usus sanguinem draconis contemplemur, non equidem intelligo, quomodo utrobique hic noster, cum Dioscoridis, & aliorum dictis conueniat, præsertim quo ad uiuũ illum sanguineũ colorem, qui nullus in nostro apparet. Accedit doctißimorum hominum ætate nostra ignorantia, cùm in eius cognitione, aut dißideant, aut uacillent, unde difficillimũ est, rem ipsam uerè explicare. Nec tamen sum nescius, alium nunc sanguinem draconis, in seplasijs nobilioribus ostentari, fractu minimè contumacem, colore rubicundo, ac pellucido, qui pictoriæ inseruire queat. Sed an iste sit, de quo Dioscor. cap. de cinnabari tradit, inuestigare haud erit inutile. Initiò hallucinari eos dicit, qui cinnabarim cum Minio eadẽ arbitrentur. Mox continuo cap. Minium abusiuè Cinnabarim dici, autor est. Non est ergo simpliciter Cinnabaris Minium, quod uenenum pronuntiauit Plinius, & usus comprobauit. In dictionis processu Dioscor. Cinnabarim, uim habere hæmatitæ lapillo eandem scripsit, quem non modò ad multa oculorum uitia utilem, sed etiam bibitum contra urinæ difficultatem, & mulierum fluxiones, in uino, ac sanguinis reiectationes, cum succo mali punici, efficacem prædicauit, eiusdem libri cap. 90. Atqui facultatem hanc nequaquam inesse uulgari Cinnabari, ecquis dubitare potest? cùm ea exulceret, rodat, atque interimat, omniũ testificatione, sed potius nostro sanguini draconis appellato, nimirum syncero illi, rubro colore. Quapropter in illos usus frequenter à peritis medicis conuertitur: unde non à ratione alienum censeri debet, si hunc

ipsum

ipsum Dioscoridis cinnabarin putemus. Etenim potenter a*stringit,* & *ad ea, quæ idem recensuit mala, præclarum hab tur,* & *color sanguinis speciem referēs hoc cõfirmat.* Adda *his, quæ* Aloysius Cadamustus patritius Venetus *nauigatio nis suæ lib.1.cap.4.reposuit. Est, inquit, in insula, cui nome portus sanctus, sanguis draconis, qui lachryma est arbori nam stato anni tempore, arbores ferro sauciant, quæ ubi in cisæ sunt, anno sequente, gummam per incisiones emittunt Ea ahenis cocta defæcataq́;, sanguis efficitur, quem draconi appellāt.* Eius *arbor producit fructum instar cerasi, mens Martio, gustu eximium, coloris* Veneti. Sic *ille.* Vnde *infer tur, non esse animantis alicuius sanguinem, aut saniem, sec arboris lachrymam.* Ego *in emporijs, magna diligētia, ube= riorem huius rei cognitionē inuestigaui, at ex nullo unquam cognoscere potui, qui me amplius in isto succo institueret: nam barbaræ nationes, longo à nobis regionum interuallo distantes, eum ad nos cõuehunt.* Reuera Hispanorum *ac* Lu= *sitanorũ peregrinationes, proceræ arboris lachrymam esse testantur, quam* Draconariam *appellant.* Nulli *tamen du= bium esse debet, quin exotica quædam fraude sæpè contami= nata, exteri illi negociatores nobis transmittant, ita ignota omnibus, quàm quæ ignotißima : in quorũ numero sunt, or= biculares illæ massæ, subnigræ, fæculentæ, in quibusdã etiam= nũ tabernis prostantes, quas impostores ex caprino sangui= ne, rubrica sinopica, siue pseudobolo, uel fabrili, sorbis, traga canthæ, rubiæ tinctorum radicibus,* & *alijs quibusdam, for= mant, ac pro sanguine draconis paßim exponũt.* Iam & *hoc in transcursu admonendum,* Serapionis *sanguinem* Draco= *nis, quem cap.341.* Simpl. Demalochoben *uocat, esse quar= tam speciem herbæ* Sideritidis Achilleæ Dioscoridis *quarto, capite 28. ut manifestè conferenti constat.* Aëtius *autor*

est, in

est, in India, ex herba dracontia colligi, libro decimoquinto, cap. duodecimo. Ex supradictis itaque constare potest, quid sit uerus sanguis draconis, & cinnabaris uera, ubi sententiã nostram liberam quidem, & à periculo tutam apposuimus. Præterea dolum perniciosissimum cautè discernendum, inter Cinnabarim ac Minium, esse aperuimus: mox de uulgari dicto draconis sanguine quorundam opiniones recensuimus, simul Serapionis, atque Aëtij doctrinam adiungentes. Et ista fusius referre operæpretium fuit, ut doctos, ad inquirendas res, instigarem, & myropolas diligentiæ suæ cõmonefacerem, ne temerè isti aut audacter quicquam usurpent, sine industrij ac probi Medici consilio, & autoritate. Nunc ad ea quæ sequuntur propero.

Picis naualis.) Eadem dicitur liquida, ex pinguissimis pini piceæq; lignis, atque ex larice, terebintho, teda, cedro, palma, & resinosa substantia igni parum siccata, coquitur, congregaturq;, ut scribit Dioscorides lib. 1. cap. 78. Estq; nihil aliud quàm incensæ in furnis resinæ fluxus, autore Plinio 23. cap. 1. optima est splendens, syncera, leuis, odorata. Præfertur cocta crudæ, & arida liquidæ. Hac naues ad diuturnitatem muniuntur simul ac seruantur. E pice quoque humida, pisselæon, id est, picatum oleum, efficitur, Galeni testimonio 8. Simpli. ac 1. per Locos cap. 3. & 2. cap. 1. affuso oleo, pici liquidæ. Dioscorides lib. 1. cap. 97. ostendit, similiter Plinius 15. cap. 7. & 24. cap. 7. separato nimirum liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serum lacti. Porrò quidam iterum decoquunt, & Palimpissam uocãt, uelut ex Plinio locis aßignatis intelligi potest. Hãc esse suspicor, qua calcearij in compingendis soleis utuntur. Notißima est pix in Orientalibus plagis, unde copiosißimè mercimoniæ naues Amstelredamum quæstuosißimũ Hollandiæ emporium

(quæ patria mihi dulcißima) conuehunt. Est altera pix sic ca siue arida, subinde Græca, subinde Hispana, cognominata, Officinis Colophonia, quæ sanè nũc nihil aliud est, quam destillatæ terebinthinæ, aut abietis fæx: olim alia resina erat, quæ à Colophone Ioniæ urbe petebatur, autore Dioscoride primo, cap. 77. Estq; præter cæteras fulua, ut refert Plinius 14. cap. 20. Huius etiam meminit Galenus lib. 7. de Compositione medicamentorum per genera, & 2. eiusdem. Auicenna lib. 2. Tract. 2. cap. 548. Atque Serapion cap. Simpli 272. omnem simul picem comprehenderunt. Quo modo eam urere conueniat, à Theophrasto lib. Plantarum nono, cap 3. refertur, ex quo studiosius Lector si uidebitur ediscat, quia omnium ubique meminisse, præter id quod in immensum libri magnitudo excrescit, multis fortè absque utilitate molestum est. Interea cognoscere necessarium existimo, Colophoniam nullius arboris syncerum gummi esse, ut quidam sinistre opinantur, sed rem fraude parabilem: nam ex multiplici resina fit. Atque hinc adeò multorum colorum uisitur, pro multa resinarum differentia. At nulla harum aquæ misceri potest, sicut nec cera, nec oleum, quod ne uni quidem liquori commodè iungitur, quia glutinosum & in se reductum dissecari nequit, ex Galeni sententia 2. Simplic. cap 15. & quotidiana experientia, quæ in huiusmodi rebus neutiquam inferior habenda est. Picis genera monstrant Theophrastus lib. 9. cap. 2. Plinius 14. cap. 20. & 16. cap. 12. ac sequenti. Columella de pice liquida ad conditura lib. 12. capitibus 22. 23. 24.

Consolidæ maioris, mediæ, & minoris.) *Dioscorides Symphyton, cuius duo genera ostendit libro quarto, capite 8. Vnum Romanis Solidago, quibusdam Agraria nigra, & radix unctuosa, tabernis cõsolida maior uocatur.*

Alterum

Alterum petræum, id est Alum, de quo Plinius 27. cap. 6. Scribonius cōposi. 83. Marcellus de Medicamēt. lib. cap. 17. Porrò ut illud paßim propter aggeres, & in uliginosis tractibus floribus nunc purpureis, nunc candidis, subinde luteis, prouenïens, nulli pene hominum, (uulgari nomine Walwurtz, & Schmerwurtz, quasi glutinosa radix, à lëtore, quem hæc edit, Gal. Consire. Ital. Consolida maggiore) incognitum censetur: ita alterum petræū appellatum paucißimis est compertum: & in hac ignorantia, pro se quisque constanter uaticinatur, ne nihil dixisse uideatur. Tragus Tomo 1. cap. 173. Saniculam, & Consolidam minorem asseruit, quidam illam quartum genus Pentaphylli appellant. Alij aliter pronunciant. Ego ut imperitiam meā non celem, hactenus quod equidem sciam, eā herbam nō uidi, nec qui uiderint, audiui. Solus Matthiolus in clariß. nuper editis Commentarijs suis, ad uiuum affabrè expreßit, è quibus petant plantariæ rei studiosi. Hactenus breuiter de duobus generibus Symphyti siue Consolidæ Dioscoridis. At recentior ætas, pleraq; insuper alia numerat, nempe Consolidam mediam (hanc uulnerarij medici Buglam nuncupāt) præterea minorē, quæ, Fuchsio autore, Bellis dicitur, estq; duplex, urbana, ac syluestris. His addunt quidā, Consolidam regiam, nostra lingua Rittersporn, Latina equitis calcar, Gall. Pied d'alouette, Cornuette. Ital. Consolida regale. Attamen doctiß. Matthiolus eam herbā, Cuminum syluestre, alterū Dioscoridis esse mauult, cū præstantißimis Medicis Ruellio, & Gesnero. Nec supradictis contenti, etiam Sarracenicam, Saniculæ unum atq; alterū genus adijciunt aliqui: ita nominum turba, confusionē parit, quæ in rebus medicis, peßima & abominanda iure maximo est decernenda. Vt autem expediam, quas potißimum

plantas hic accipi uelim, eæ sint Symphytum alterum, ... maius, bugla, ac bellis, quæ Coloniēsibus Matsoesge... *Hollandis* Magdalieffen *uocitatur. Germanis* Ma... lieben, Massuselen, *Gallis* Consire, Marguer... tes, Pasquettes, *Italis* Primo fiore. *Vtinam istis* ... *solidis singulis singula propriaq; nomina indere queam,* ... *in rebus dubijs uarieq; distractis bene interdum uoluisse,* ... *esse debet, atque adeò culpam deprecor.*

Paleæ marinæ combustæ.) *Vt promptum est p... leam quasi palam, à iumentorum pabulo, dici cœptam in... care, rem uidelicet inanem ac leuem, qua plures gentes p... fœno utebantur, autore Plin. lib. 18. ca. 30. sicut etiam nu... plerisque locis: ita sanè arduum, ne dicam impoßibile, qu... hic per paleam marinam, uerè intelligendum sit, interpre... ri opinor: cùm neq; Græcis, neq; Latinis, neq; Arabibu... quod sciam, uel obscurè tractetur: proinde ijs tantum reli... quamus, qui peregrinis uoculis inueniendis, aut potius ... mniandis sunt intenti: & quos adeò non pudet, res syncer... uerborum ignorantia, atque obscuritate, incognitas facer... exosum hominum genus, contentiosis ambagibus uitam t... ducens. Idcirco cùm mihi neque de nomine, neque de u... istius constet, nihil amplius habeo, quod dicam.*

Gallarum.) *Eas multæ arbores producunt, sed præ... stantißimas, quercus. Dioscorides lib. 1. cap. 123. duorum gen... rum dicit. Quędā omphacitis, id est, immatura appellatur... parua quidē, sed tuberosa, solida, grauis, nullo foramine per... uia, efficacior. Altera plana, siue glabra, leuis, laxa, ac per... forata. Theophrastus duplici specie, nimirum nigra, & ca... dida ostendit tertio Plantarum, cap. septimo, & cap. 8. a... nono. Earum historiam prosequitur Plinius lib. 24. capit. 4... solidam, perforatam, albam, nigram, maiorem, minoremq... enume...*

numerans: lib. autem 16. cap. 8. Theophrasti uerba Latina
reddidit. Galenus in maturam & immaturam distribuit 7.
simpl. Non producit eas Germania nostra, & si mira ferti-
litate, quercubus luxuriet, nisi quasdam abortiuas paruas.
Cæterum hoc loco non perforatas, firmas, uirides usurpari
uelim, utpote acerbioris facultatis, qua constringunt con-
trahuntq; laxas partes, quod imprimis hic quæritur.

Visci quercini.) Græcis Ixos. Nũquam in terra, sed
in arboribus, & omnium præstantißimum, quod è granis gi
gnitur in quercu. Diosc. lib. 3. cap. 85. præter Theophrastum
3. Plantarum, cap. 9. plurimas arbores id edere scribentem,
atque etiam Plinium septem genera enumerantem, in malis
ac pyris quoque nasci uerißimè dixit. Nostra ætate Musa
Brasauolus, in mespilo, cotoneo, salice, imò omnibus fermè
arboribus, & quod miratione magis dignũ est, in uite pro-
duci obseruauit. Nos insuper supra alias arbores uidimus.
Rationem eiuscemodi generationis Theophrastus reddit 2.
de Causis Plantarum, cap. 24. & Virgilius 6. Aeneidos ceci-
nit frondem eius fermè perpetuam:

Quale solet syluis brumali frigore uiscum
Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos.

Equidem uerè Plinius testatum reliquit lib. 16. ca. ultimo,
quædam in terra gigni non posse, nam cùm suam sedem non
habeant, in aliena uiuunt, sicut uiscum: omnino enim satũ,
nullo modo nascitur, nec nisi per aluum auium redditũ, ma
ximè palumbis, & turdis. Optimum est recens sine cortice,
leuißimum, intus porraceum, extrà fuluum, quo nihil est glu
tinosius, quodq; nihil asperi, furfurosiq; habet. Vetus quidã
poëta sudorem quercus nominauit. Nonnulli cæca caligine
aridum lignum, pro molli & succulento uisco, in ceratis at-
que emplastris, substituunt. Est præterea aliud uiscum, aui-

bus capiendis tantum idoneū, uulgariter Vogel leim. Gal. de la glu, Ital. Pania. *fit ex immaturis siue uiridibus acinis uisci, qui meßium tempore colliguntur, ut* Plin. *docet.* Serapioni *cap. simpl.* 167. *aliter paratur. Quin & ex quarundam arborum radicibus cōficitur, uulgò ex pellibus coriaceis aqua humectis, dissolutisq́;. Commodè hic duarum uocum magnam similitudinem, sed maximam uirium dißimilitudinem, uidelicet* Ixi *siue uisci, &* Ixiæ, *cōmonefacio, quando hæc in uenenorum, illa remediorum censu ponitur: quod tamen discrimen, neq;* Auicenna, *neq;* Plinius, *satis intellexerunt: unde iure hic à* Leoniceno *in epistola ad* Angelum Politianum: *ille à* Fuchsio 20. *errore Medicorum, atq; cap.* 24. *Paradoxorum castigantur. Sequitur in contextu:*

Sanguinis hominis rufi.) *Hic demiror ineptam quorundam sciolorum curiositatē, quæ magna solicitudine, rufi omnino hominis sanguinem requirunt. Satis erat, me iudice, temperati hominis, & secundum naturam se habentis, sanguinem accipere: nam is,* Galeno *testificante, reuera sanguis est. Sed quando nemo aut prudens, aut sanus, multū è corpore cruoris sibi detrahi patiatur (quod dubio procul maximo incommodo, & summo sæpe uitæ discrimine committitur, quoniam sanguis imprimis homini necessarius existit, uigoris naturalis fons, & origo, spirituum materia, atq; adeò naturæ thesaurus) quomodo quæso rectè, pro scriptorum arbitrio uoluntateq; ceratum hoc conficietur? Profectò neque* Galenus, *neque Græcorum, neque Arabum unus, sic humano sanguine est abusus.* Plinius *lib.* 26. *cap. primo. in balneis, folia quædam, ad elephantiasin, humano sanguine temperari scribit.* Orpheus *&* Archelaus, *eo efficacißimè anginam illini tradūt: similiter ora comitiali morbo lapsorum, ac protinus exurgere. Itaque, ut hæc remedia prodigiosa*

iosa rarissimaq; sunt, sic quoq; exiguā sanguinis quantita-
em requirunt. Hoc autem loco, unciæ nouem desiderantur.
Atqui cùm suillus sanguis eandem cum humano naturam
btinet, simillimumq; effectum præstat, ecquid per Iouem,
am anxiè ille prorsus expetitur? Quin Galenus 10. Simpli-
ium, & tertio Alimentorum, nullum inter utrunque discri
nen agnoscit, cui Auicenna lib. 2. Tract. 2. cap. 610. prorsus
ubscribit. Proinde peccatū nullum, detrimentū nullū, mihi
ommittere uidetur, si quis hic porcinum sanguinem substi-
uat, qui quouis anni tempore, facilè ad manum haberi po-
est. Neque moramur quosdam contentiosos, & nimis in re-
bus friuolis nasutos, qui tam mordicus opinionem suam re-
tinent, ut malint hominis recenter mactati sanguinem im-
prudenter colligere, quàm similis omnino facultatis mate-
riam suadenti acquiescere. Sed repudiato isthoc hominum
genere, ad ceratum stomachicum transeo.

Ceratum Galeni stomachum roborans.

Recip. Rosarum, mastichæ, ana drach. xx.
Foliorum absinthij siccorum drach. xv.
Spicæ Indæ drachmas decem.
Ceræ mundæ uncias quatuor.
Olei Rosati libram unam, & mediam.
Ad ignem cera & oleum liquentur, ac frequē-
ter aqua rosacea lauentur: pòst denuò disso-
luta uino ueteri austero, & succo cytonio-
rum, atq; aceto pauco abluantur: postremò
pulueribus admistis fiat Ceratum.

CRONENBVRGIVS.

*In isto uidebitur fortè negligentior Galeni studiosis Me-
sue, scribēs ipsum Ceratum multò aliter quàm Galenus, dum*

octauo Methodi, & Locorum, cap. 1. magnam habet cum illo differentiam, ubi ad sequentem fermè modum pingit:

Aloës, mastichæ, singul. drach. una, aut plus non tamen supra sesquidrachmam.

Ceræ, unguenti nardini, singul. unc. una.

Cera esto Pontica amara, aut Tyrrhenica: si neutra in promptu sit, aliqua alia odorata & pinguis lota. Liquescant cera, ac nardinum in uase duplici: refrigeratis aloën, & mastichen exquisitè trita permisce. Si uerò maior adstrictio requiritur, omphacij olei æquale pondus, cum aloë & mastiche, adijce primùm illud, deinde hæc uniantur. Additur subinde succus absinthij, subinde hypocisthis, nunc œnanthe, nunc Rhois succus, atque iuxta proportionem, nardinum augetur.

Similem penè sententiam apud Trallianum legimus li. 7 cap. 14. neq; omnino absimilem apud Paulum 3. cap. 37. Aëtium 9. cap. 16. & alijs locis, nimirum apud illum 7. cap. 18 Titulo Baion, similiter Alexandrum Trallianum lib. 7. cap. 7. quod ex Aëtio transcriptum uideri posit libro 9. cap. 34. Polyarchionis tertij scriptura, rebus parum mutatis, ponderibus uerò multum. Est autem huiuscemodi Ceratorum materia multiformis, & uaria, unde copiosissimè in omniũ autorum libris tradita habetur: quam studiosos ex ipsis petere, quàm ex me audire malim. Atq; hoc æuo nulla est taberna, quæ non peculiarem in stomachi uitijs compositionem habeat: qua in re modum adhiberi uelim, ut cum ratione fiant, ne per istarum multiplicem uarietatem pariter & errorem, ægri nõnunquam in magnũ discrimen perducantur.

Nec

[N]ec multū intereſt, quo nomine uocemus Ceratum, Galeni [f]e an Meſues, pari modo unguētúmne, an Emplaſtrū: qui[b]us ineptijs dictu mirum, quantopere ſeſe quidā agitēt. Nos [u]erò quibuſcūque liberum uocum arbitrium permittimus, [m]odò à genuinis rebus non diſcedant, inter quas unguētum [n]ardini ueri conſtituo.

Emplaſtrum è baccis Lauri Meſuæ.

[R]eci. Thuris, maſtichæ, myrrhæ, ana unciam unam.
[B]accarum lauri uncias duas.
[C]yperi, coſti, ana unc. mediam.
[M]ellis* colati quantum ſufficit compingēdo emplaſtro.
[S]i autem ex triplo cyperus augeatur, & capra rum, aut uaccarū ſtercus, ad pōdus omnium, redditur in hydrope mirabile.

** Braſaſuolus maluit calida legere: nam crudum mel non tā ſiccū empl. facit, ut colatum.*

CRONENBVRGIVS.

Emplaſtrū ſiue malagma hoc iam olim nobile, & lauda[t]ū, in dolore colico, atq; hydrope tympanite habetur, præ[c]edentiq; ſcriptura, omnibus opinor Officinis cognitum: [q]uanquam aliter à Galeno noſtro lib. 9. per Locos, cap. 3. in [h]æc uerba edoceatur:

Malagma ex baccis Lauri Galeni.

Ceræ, reſinæ piceæ, picis brutiæ, baccarū lauri ſiccatarū, nitri rubri, ammoniaci, thymiamatis, adipis uitulini ſubacti, ſingulorum libra una.
Arida tūdito & cribrato, per anguſtiſsimum cribrum, liqueſcibilia liquantur, & frigefacta aridis adijciuntur, atque ita contuſis ſi-

mul, repositísque utimur.

Et mox aliud parum uarians: Item aliud septimo per ge nera, in quo ordinem mutauit, pondusq; decurtauit, et loc ammoniaci, scripsit galbanũ, additiq; piper, ac cyprinum Paulus lib. 7. ca. 18. proximè Galeni scriptis secundum loco adstipulatur, sed in duorum posteriorum simplicium ponde ribus euariat, dimidium uidelicet, ad reliquorum cætera componẽs. Aëtius adamußim Galeno consentit lib. 10. c. 22. Alexãder Trallianus 9. c. 3. mannam thuris admiscet. Actua rius lib. de medi. compos. magnum ac paruum tradit: hoc fe rè cum superioribus simile, illud ex quibusdam auctum. Ab his non discordat Celsus lib. 5. ca. 19. duo quoque, Titulo Di daphnidon recensens. Myrepsus emplastros 65. de seminibu inscribere uoluisse uidetur, sed epithemate quinta, sect. 11 prorsus Galenum imitatur. Atq; hactenus diuersos autores comprehendimus. Nunc Mesues constructionem repetẽtes, & paucula illi addentes, mox ad alia transibimus.

Thuris.) *Græcis libanos, Olibanum dicitur Officinis, quæ more suo utranque uocem confundentes, rem unam & eandem pro diuersis intelligunt: quam ambiguitatem isto sermone semel descissam ablatamq; cupimus. Est autẽ thus, lachryma ex cortice suæ arboris emanans, Libanotus quoque uocata. Dioscorides c. 70. lib. 1. in Arabia, quæ ideo thu rifera appellatur, gigni tradit, in qua Sabæi, propter thuris fertilitatẽ, clarißimi olim habiti sunt, ut ex fontibus poëtarum, cùm Græcorum, tum Latinorum, nimirũ Homero, atq; Virgilio (alios horum dignitate non nomino) demonstrari potest. Galenus in emplasticis medicamentis, Methodi 5. Thus deligendum magis tenax, & resinosius decernit. Id sanè tũ mollius est, tum albidius, tũ quòd mansum, ritu aloẽs, & mannæ, non comminuitur, sed partes suas sibi cohærẽtes defendit*

fendit, ueluti mastiche. Atqui nunc in mentẽ uenit, primo
orum uolumine, in Dia olibano, nos de thure recensuisse,
elut ingredientibus alijs, quæ hic ad memoriam reuocari
elim.

Cæterùm mel copiosius additur, si stercus in emplastro
dmisceri debet. Galeni constructio est huiusmodi: Initiò ce
am contusam, resinam, picem, & adipem eliqua, continuò
b igne depositis nitrum adijce, deinde ammoniacum pin=
uißimum acerrimo aceto dissolutum, prioribus fermè re=
igeratis studiosè agitando, coniunge: demum baccas lauri
b externo cortice mundas, ac contritas adde, simul elaborã
o, donec omnium unitas fiat, ad emplastri spißitudinem.

In Emplastrum Ceroneum Nicolai Præpositi, censura nostra.

Quæ quotidiano penè usu à seplasiarijs, uulgaria exem=
laria atterũtur, indiscriminatim multis mẽdis abundant,
uorum meminisse piget. Atque ipsi adeò magistri, collatis
cripturis, idem fateri cogũtur, uelut in sequẽtibus, ueram le
tionẽ considerãtibus ostendemus. Quare primò monẽdum,
oc Ceroneũ à Nicolao Alex. sicut alia ferè uniuersa (neq;
d cuipiã excidisse arbitror, cùm frequenter aliàs indicaueri
nus) Præpositũ trãsmutasse, ubi dosim ad tertias fermè au=
cit, cõficiẽdi ordinẽ peruertit, & sese præcipuũ autorẽ con
tituit, uehementer equidem culpãdus, quòd aliena pro suis,
mala interim fide, reponit. Nunc autẽ ipsum autorẽ audia=
nus, ut sermonẽ nostrum ueritatis testimonio cõfirmemus.

Emplastrum Ceroma Nicolai Alexand.

Recip. Picis naualis, ceræ, ana drach. vij.
Sagapeni drach. sex.

Ammo

Ammoniaci, terebinthinæ, colophoniæ, croci, ana drac. quatuor.
Aloës, thuris, myrrhæ, ana drac. tres.
Opopanacis, galbani, ſtyracis calã. maſtiches aluminis, fœnugræci, ana drac. duas.
*Confitæ, bdellij, ana drac. unam.
Lithargyri drach. mediam.

*Ammonius fecẽ ſtyracis liquidi, uulgò thus Iudæorum, exponit.

Confice ſic:

Lithargyrum in ſubtiliſsimum puluerem redactum, cum oleo ſufficienti percoque: deinde picem, qua liquefacta cerã, poſtea ammoniacum, ſagapenum, opopanacem, galbanum colata appone, mox confitam, ſtyracem, terebinthinam, & ſpathula bene commiſce. Poſtremò colophoniæ, maſtiches, thuris, bdellij, aluminis, myrrhæ, fœnugræci puluerẽ paulatim inſperge. Quando coctum fuerit, in aquam funde, & magdaleonibus factis, uſui reſerua.

CRONENBVRGIVS.

Neminem uelim, in hoc Emplaſtro, autorẽ uel ignorantiæ, uel inconſtantiæ accuſare, quòd in libris impreßis, dum ſimplicia recẽſet, galbanum & opopanacem prætermittit. Facilis enim error eſt, ac interpreti uerius, aut exẽplari, aut tranſcribenti attribuendus, quàm autori, qui ad finẽ in conſtructione eiuſdem, utranque uocem fideliter expreßit. Vnde etiam apud Præpoſitũ reſtitutas legimus, ut qui germanum exemplar conſequutus fuerit, quod nos quoque præſtitimus. Et iſta obiter commonefeciſſe ſufficiat, nunc ad parãdi formam conuertamur. Hodie initiò picem, & colophoniam liquãt, mox ceram in fruſtula conciſam, deinde gummi uino

issoluta & colata, eodemq; insumpto, reliquis admiscent: efrigeratis terebinthinã, postremò aliorũ puluerẽ exactißi te iuxta artẽ læuigatũ, ac cribratũ paulatim addunt, cauẽ o ne uel leuiter ullæ species calore quopiã corrũpantur: un e oportet cautißimè ac diligentißimè continuò spatha agi are, donec in Emplastrum aptè redigi poßit, & manus nõ nquinet. Tũc super marmor Magdaliæ, manibus oleo per nctis, & croci puluere interspersò, formantur. Atque hanc proposito, & sequentibus Emplastris, rationem composi ionis pharmacopœos obseruare uelim: sed uereor dum ita uriosè omnia in omnibus præscribere studeo, illis proli us uidear: uerùm æquius est, ut non tam mihi lõgitudinem, uàm sibiipsis inscitiam imputent, utpote parum rectè scri torum uerba & intelligentibus & factitantibus. Nec mul um refert, an Ceroneum, an Ceroma (quo athletæ peculia iter in luctam perungerentur) quis dixerit, quando non de ominbus (ut iã frequẽter monuimus) uel in hoc Opere, uel n alio nostrorum ullo laboramus, modò ueram artis medi amẽtariæ doctrinam, & syncera simplicia habeamus. In prędictia superius manifestauimus, præter paucißima, quæ opportuno loco dicemus.

Emplastrum Oxycroceũ Nicolai Alexãd.

Recip. Ceræ, picis naualis, colophoniæ, croci, ana uncias duodecim.

Terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhæ, olibani, mastiches, ana uncias quatuor.

Aceti phialam unam.

Picẽ cum aceti parte, in olla noua, ad consumptionem aceti decoque. Ammoniacum, & olibanũ, cum reliqua parte aceti, in morta-

rio, tritum ac solutũ decoctioni adde, ind
ficienter agitando, cauẽs ne acetum ex ol
prosiliat. Cùm autem ad aceti consumptio
nem decoctum fuerit, galbanum, myrrhã,
mastichen adhibe, postea crocum pulueri
tum, ac resoluta omnia in mortarium fu
de, & magdaleones forma.

CRONENBVRGIVS.

Talis quidẽ est ipsius emplastri dictio, quod ab oxyi, h est, aceto, & croco plurimũ recipiente haud dubiè denom natum est. Coniunximus autẽ hoc ipsum, extra ordinẽ cer mati, propter magnã certè utriusq; & affinitatẽ, & usum cuius nunc mentionẽ idcirco pluribus facere expedit, quo niã cæteris penè omnibus præstare à multis creditur. Na nulla est, in tota opinor Europæ latitudine, Officina, in qu præsens emplastrũ, licet rebus põderibusq; subinde euariet non conficiatur. Etenim securum est, eoq; confidenter, & Medici, & Chirurgi utuntur, consuetudine, à priscis olim seculis, tãquam per manus, accepta. At malè faciũt illi, qu ut in huius præparatione, ita in plerisque alijs, proprias pu bliceq; inconsuetas descriptiones retinent, quas etiam nullo discrimine usurpant, posthabitis interim laudatißimis anti quorum scripturis, à quibus temerè nequaquam esset rece dendum. Itaque admirationẽ mihi sæpenumerò induxit, ex qua tandẽ ratiocinatione, aut in qua schola, admirandi illi chirurgi doctrinam suam didicerint. Neque enim diuinan tium more, ab ariolis, aut aruspicibus, compositiones pe tendæ, aut ab imperitis magistris, excogitandæ, sed à uiris doctis, & in artis operibus exercitatis, eas discere oportet, qualis etiam Nicolaus Alex. censetur: à quo præsens hoc, ad tertiam partem ponderi subtrahendo, aut certè à Myrepso

id

l duplicando, Præpositus scripturam suam mutuauit, quod
rompte ex ipso autore probatur, qui tametsi parādi empla
ri formā breuiter aperuerit, nos tamē manifestioris doctri-
æ causa copiosius ostēdemus. Initio igitur picē, & cerā con
sas, ac colophoniā in frusta dissectam, uase amplo, & eius-
rodi rebus conficiendis apto, pone: leuiter liquefactis am-
noniacū, & galbanū aceto soluta colataq; adiunge, ac co-
jue donec pharmacū aliquo modo spissetur. Tunc ab igne
epentibus myrrhā, olibanū, & mastichen exquisitissime læ
igata omnia insperge: postremò terebinthinā, croci pulue
e admisto, assiduéq; spathula moue, dū neque manibus cō-
actu inhæreāt, neque uas amplius inquinēt, neque in frigi-
lam aquam instillata diffluāt. Tum demū omni materia in
qua suscepta, magdaleones humectis manibus cōfirma. Ad
andem doctrinā coquuntur etiā emplastra diachylon, gra-
ia Dei, & Gryseum uulgò uocata. Atque sic coquere iubet
Paulus emplastra uulneraria. Et hæc admonere uoluimus,
quoniā frequēter apothecariorū uulgus, in miscēdis eiusmo
di cōpositionibus, imperitorū coquorū ritu hallucinatur,
ubi uix illorum unus ab autore præscriptā croci quantita-
tē emplastro admiscet sumptibus parcēs, dolo haudquaquā
malo, ut Syluius ait, quoniā nimia illa uires non auget, sed
potius mercedē. Spathula uerò emplastrū diximus mouen-
dū, quæ rudicula est chalybeata, uel ferrea, oblōga planaq;,
ab una parte lata, ab altera, & per totā sui substantiā, quæ
manu uersatur, rotunda, cum nodulo, ad extremū. Hac igi
tur unguētarij & aromatarij, in ducēdis uersandisq; unguē
tis & emplastris, semper in coctura utūtur, ne nidorem ab
igne recipiāt. Dicitur adhuc spatha, specillū, ligula, lingua,
et diminutiue, iuxta Aristophanē in cōuiuatoribus, Priscia
nū et Gelliū 10. c. 25. lingula: Columellæ uerò li. 2. c. 15. ac Pli
nio

nio 21.cap.14.Ligula est mensuræ nomen,de qua lib.hom 20.Hodie in tabernis nostris notißimum usitatißimum instrumentum habetur,uulgò Latinum nomen æmulans ein Spatel.Gall.une espatule.

Emplastrum ex crusta panis, Montagnanæ.

Recip. Mastichæ,spodij,mēthæ, coralliorum rubrorum, santalorum amborum, ana drachmam unam.

Crustarū panis assati infusarum aceto ad mediam horam,uncias duas.

Oleorū mastiches,cydoniorū,ana unc.unam.

Farinæ hordei q.s.fiat emplastrum.

CRONENBVRGIVS.

Non desunt ex medicis iunioribus,qui in puerorū,& etiam adultorū uomitionibus,ac propriè stomachicis, id est,cibum nō cōtinētibus,stomachiq; imbecillitate laborantibus, hoc emplastro magna cōfidētia præsidioq; utātur. Et *scio quasdā tabernas,quæ idē cōponere assueuerūt:proinde alienum mihi uisum non fuit,ipsum apponere, ne quispiam aliquid omissum queratur,quod sibi ex usu futurum sit.*Est *alterius generis,ex micis panis Aëtio paratum lib.9.c.16.de stomachi inflammatione.*Plura *hic expectare non oportet,utpote de quibus in superioribus dictum est, santalos intelligo albos, & rubros, nimirum, citrinis magis adstringentes. Constructio est,ut aridæ panis torrefacti crustæ aceto perfundantur,perfusis olea apponantur,deinde pulueres seorsum triti,ultimò farina hordeacea,& in unā cōpagem absque igne quæ illini poßit,redigantur, & in lapideum uasculū transferātur.*Potest *insuper modica cera, craßitudinis acquiren*

cquirendæ gratia addi. Nunc diachylones adiungemus, or=iendo à Mesue.

Emplastrũ Diachylon Mesuæ simplex, quod album nuncupatur etiam Officinis.

Rec. Mucilaginum seminum fœnugræci, lini, & radicum althææ, ana lib. unam.

Lithargyrij argentei plumbo & scoria purgati exquisitissimè triti libram unam, ac mediam.

Olei antiqui clari, libras tres.

Lithargyrium summa diligentia tritum absque igne, & oleum diutißimè in mortario æreo, pistillo ferreo ducantur, deinde supra prunas lenes coquantur, indesinenter agitando spathula lignea lata, dum concrescant, & in cõpagem coëat lithargyrium: tunc ab igne ablata aliqualiter frigefieri sinito, postea mucilagines paulatim ad finem cocturæ affunde, ac permisce continua agitatione, donec ad iustam craßitudinem prunis paucis imposita redigantur. Eximia *eius facultas intenditur, adiecto* Iridis *puluere, uncia uidelicet una, pro libra massæ emplastri. Si autem mucilagines meliloti & propriè seminis eius accedant, sedatiuum doloris erit uehementius. Sunt qui uice communis olei,* Iri*num, & chamæmelinum substituant, ac redditur efficacius.* Albius *erit, si lithargyrium, & oleum liquidum prius diligenter aqua laues pura ac candida, mox igni ex lignis perustis, aut carbonibus exactè incensis coquas, in aëre syncero, sub dio in sole: nam oleum obscurum, aqua turbida, aër pluuius, fumus, & similia facilè medicamentum quoduis uitiant, ac nigredinem, præter naturam, induunt.* Postremò *manibus uersando formentur magdaleones.*

Emplastrum Diachylon magnum Mesuæ.

Recip. Lithargyrij puri triti & læuigati uncias duodecim.

Olei Irini, chamæmelini, anethini, ana uncias octo.

Mucilaginum sem. lini, fœnugræci, ficuũ pinguium, passularum, succi Ireos, scillæ, œsypi, glutinis alzanach, ana drach. xij. & medi...

Terebinthinæ uncias tres.

Resinæ pini, ceræ citrinæ, ana uncias duas.

Conficiatur, ut diximus, hoc est, ubi eodem ordine, ueluti in suprascripto emplastro co...ctum erit, ad finem ablato igne adijciatur succus Ireos & scillæ.

His consumptis, apponatur cera concisa, a... resina: postremo terebinthina, & ichthyocolla siue gluten alzanach dissolutum, u... pòst dicemus, atque œsypus, ut minimum ignis sentiant.

Emplastrum Diachylon paruum, eiusdem.

Recip. Lithargyrij uncias sex.

Olei ueteris clari libram unam.

Mucilaginis psyllij uncias quatuor.

Mucilag. hyoscyami unciam, & mediam.

Mulcilag. seminum lini, radicum maluæ, ana uncias duas.

Formentur ut superiora.

CRONENBVRGIVS.

Tria hæc emplastra, propter communitatem nominis, constructionis, & rerum ingredientium, coniungere placuit: sed

reuera tam uariæ, ac multiplices extant eorundem em-
strorum compositiones,ut eas uix una nauis uehat.Colo-
e simplex formant, ex una parte Lithargyrij argentei
solutißimè ducti:olei partibus duabus simul coctis,ad con
entiam, estq; coloris inter nigrum & subrubrum medij.
uerò ex lithargyro aureo paretur, prorsus nigrum reddi-
r. Proinde tunc quando ad dimidium cocturæ peruene-
, ad libras pariter sex,uiridis æris exquisitißimè cribrati
ciam mediam,atque aceti uncias duas affundunt, simulq;
quunt: & accipit omnino non aliam faciem, quàm si ex
ero lithargyro formetur. Sed nos uulgaria omittentes,
m gummi parari solita præcipuè adscripsimus. Quàm
rò sint multiformia, autorum testimonijs manifestatur:
uidem Gal.lib.7.per genera: Oribasius lib.2. simpl.ad fi-
m,atque alibi de uirtute: Aëtius lib.15.cap.14. Alexander
rall.lib.3.cap.10.Paulus 7.ca.17.Nicolaus Alex.cap. 304.
ribonius compos. 214. 215.itidem Myrepsus emplastro 63.
uersa edunt.Postremum mendosè transtulit Præpositus.Li-
et ergo Mesuen emplastra sua ex Græcis effinxisse. nam
ijsdem ferè rebus omnes formant,ac ueluti uno tenore ea-
m sonant,quamuis dißimilia sint pondera, quod iuxta af-
ctuum,temporum,ætatum,hominum diuersitatem, factum
bitror.Similiter Arabes,idem emplastrum, obscuris simul
corruptis uocibus, tradunt, siquidem Rhazes 7.ad Al-
ans. cap. de Strumis,& lib. de iuncturarum morbis, cap.
Serapion Tract.7.cap.28.Auicenna lib.5.summa 1. tract.
Haly Abbas 10.Practicæ, & quicunq; alij interiecto tem
re scripserunt,eosdem æmulantur. Ioan. de Vigo Diachy-
n bene magnum composuit, atq; item paruum. lib. Anti-
tarij sui 8. cap.16. Nec omnino dißimilia sunt emplastra,à
l.per genera lib.7.scripta,ac Paulo lib.7. Titulo Mnaseæ.

Sed quid pluribus his immoror? Officinæ nostræ semper D quilon perperàm sonantes, ferè plerunq; ex rebus peßim peßime formant. Vnde sortem quorundã infelicem iure co queror, & spontaneam aliorum maleuolentiam incuso: il rum quidem, quòd à puero malis deprauatisq́; rebus insci ter assueuerint, ac propterea ægrè possunt, ijs relictis, ad riores sese conuertere: horum uerò, quòd licet à bonis ac d ctis ad integriores inuitentur, tamen arrogantiores sur quàm ut uelint meliores aut discere, aut facere. Atque hi adeò fit, ut peßimas quasq; res promptius, nulla habita co scientiæ ratione, amplectentur. Proinde sicut illorum insc tia miserationem, ita horum malitia odium meretur. In h igitur emplastro parando, multi neq; oleum ex iride, neq; chamæmelo, neq; similia ab autoribus aßignata recipiun imò omnium sordidißimum, fæculentißimumq́;, utpote uili simum (quod amurca dicitur, res oleo inimicißima) cui li thargyrium soli admiscent, & sic præsens emplastrum citiu confundunt, quàm conficiunt. Huic uitio damnando potißi mum Antuerpiani sunt obnoxij, quos utinam corrigat pu blica censura. Iam quid attinet, de admiscendis mucilagini bus dicere? ex quibus ne tantillum peßimi homines apponũt, in quæstum perniciosißimum potius, quàm in proximi ac suijpsius necessariam salutẽ animaduertentes. Sed quid mul tis? omnes gregatim uolentes in eiusmodi errores proruũt. Deus opt. max. aduersus humani generis casus, pericula, mor bos, ulcera, uulnera, & corporis calamitates, pro genuina sua, & nunquam peritura benignitate, nobis herbas, stirpes, frutices, succos, mineras, & (ut summatim comprehendam) res, ac remedia innumera donauit, quæ fertilis natura, omnium parens, indies profert: similiter & celebres uiros, qui indefatigato studio, omnem terræ prouentum, omnia Dei

dona,

ona, in mortalium commoda reponere nouerunt: tantum
persunt quidam idiotæ (ad quos, ceu ad iustos possessores,
ota ars medicamentaria, & conficiendorũ pharmacorum
atio iniustè deuoluta est) præter detestandam negligẽtiam,
ertinaciam insuper arrogantem exercẽtes, uniuersam penè
rtẽ pessundantes, omnia remedia malitiosissime uitiare au=
ent. Magna admiratione dignum est, tales malignos à lau=
atis rebuspub. nõ puniri. Maiori sanè singulis annis omnes
mnium Officinarũ compositiones, & separatim, ex quibus
sarum magistri, pharmaca sua tam exterius quàm interius
dministranda condant, per uiros æquè probos, atq; artis pe
itos, publico decreto non explorari. Ego constanter moneo,
eq; alicuius æmulatiõe, neq; odio, neq; autoritate cõmoueor
nam firmo uirtutis ueritatisq; præsidio, animũ meum iam=
udum muniui, aderitq; uocatus Apollo) & repetens iterũ
erumq; monebo, omnino necessarium esse, ut quotannis sal
em semel publicæ tabernæ uisantur, emendentur, & ab erro
ibus (quibus hominũ salus in periculum sæpe uenit) expur=
entur. Atq; ideo non parum miror, quid sapientissimum Se
atum nostrum ab hoc consilio reuocarit, dum superiori an=
o eiusmodi saluberrimum institutum moliebatur, nisi unius
ut alterius improba malignitas rei faciendæ ignorantia, &
lancularia inuidentia, optimorum uirorum animos alior=
um, magno reipub. incommodo, ac intolerabili ciuium iniu=
ia, reflexerit. Sed quod tunc aut intermissum, aut protra=
tum fuit, propediem maturiori iudicio, ac maiori prudentia
uæ, Platone in legibus docente, omnium uirtutũ dux est, re=
rciendũ iri speramus. Sed ista hactenus ad cõmunẽ utilita=
em, in maleficos emplastrarios, & pertinaces aliquot sepla=
iarios, & inuidos maleuolosq; homines, dicta sufficiant, qui=
us omnibus ex animo meliorem mentem precamur. Redeo

nun ad Diachylon, cuius insuper aliud ex Mucilaginibus ... catum, celebratur, quod cum gummis quidam inscribun... sequenti dictione legitur.

Emplastrum cum gummis, aut è Mucilaginibus.

Rec. Mucil. seminum althææ, lini. Medi... cort. ulmi, fœnugræci, ana uncias quatu... & semissem.

Oleorum chamom. liliorum, anethi, ana u... ciam & mediam.

Ammoniaci, galbani, opopanacis, sagape... ana unciam mediam.

Ceræ nouæ uncias uiginti.

Croci drachmas duas.

Terebinthinæ uncias duas.

Formetur emplastrum.

Paßim adhuc eius generis multa in medicamentarijs, ... manuscriptis Officinarum codicillis, reperiuntur, quæ h... transcribere non lubet. Apud Gal. 1. per genera, plurima e... plastrorũ alborum materia traditur, quã uolentes isthic r... perient. Cæterùm primum Mesues emplastrum, medicãtiu... turba Cõmune uocat, & ex Mucilaginibus: Thesauri cõsar... cinator emplastrũ minus appellare maluit: sed demus illis li... beram appellationẽ, modò ueris simplicibus, cõmodisq; pr... sidijs, affectibus singulis succurrant. In his cõpositionibus s... re nõ abs re est, quomodo mucores ex radicibus ac seminibu... trahantur. Oportet itaq; utranq; materiam paululum con... fringere, mox sufficiẽti aqua, supra cãdentes prunas coquere, donec humectior, muci speciem de se præbeat, mox per rarũ linteum ualidè exprimendo percolare. Sed sanè componen-

dorum

orum medicamentorum peritia non tam ſcribendo, quàm ontemplando exercendoq; paratur. Vt enim nemo unquam charta nauclerus, architectus, aut medicus euaſit: ita nec lam ſcientiam, abſq; doctore exercitationeq; quis aſſequi- ır. Progredior ad Lithargyrij, ſiue lapidis argenti explica- onem, id Latinis Argenti ſpuma dicitur, ſed rectius ſpuma, el lapis plumbi, ut diligentiſsimè annotauit Georg. Agri- ola lib. 9. de natura foßilium: nam & hæc ſpuma ex plumbo onficitur, & uiciſsim plumbum ex ſpuma: ſed nec ex argen- ſpuma fit, nec ex ſpuma argentum. Dioſc. lib. 5. cap. 52. tri- lici diſcrimine fieri tradit, ex arena, argento, & plumbo. uæ flauo colore atq; auri æmulo ſpectatur, Officinis Li- argyrium aureum uocatur: quæ pallido, argenteum. Et æc duo genera noſtri aromatarij norunt. Ex plumbi autem iſtura, in fornacibus argentarijs conficiuntur omnia, quod linius lib. 33. cap. 6. & Agricola luculenter oſtendunt: ut in- enuè dicere liceat, nihil aliud eſſe Lithargyrium, quàm lumbum æris, aut argenti uaporibus commiſtum. Mitto hic neptias Seruitoris, Plateari j, ac ſimilium imperitorum, qui x auro & argento fieri putantes, ridicula quædam prodi- erunt. Serapion cap. 400. ſimpl. Martech appellat, Pande- tarius uerò Marechet cap. 519. Vſtionem lauationemq; di- ucidè Dioſcorides edocuit, unde alij quidam nimis indoctè epoſuerunt. Simpliciter ſcriptum de aureo intelligitur, ut uod cæteris præſtat. Lithargyrium cum ærugine, aut oleo, ui nonnihil aceti miſtum eſt, promptè liquatur. Idem facit dिecta aqua, ſed longiſsima coctione. Teſtis eſt ſupra quoti- ianum uſum Galenus 9. ſimpl. & manifeſtius 1. per genera. Redditur uerò id coctum efficacius, ſicut & multa metalli- ca. Teſtatur idem per Locos 6. cap. 1. Nec diſsimilis eſt ſer- mo apud Paulum lib. 7. cap. 17. & Aëtium lib. 14. cap. 24.

Nunc quod in compositione sequitur, expediamus.

Alzanach.) Hîc Herculis nodus proponitur dis uendus. Syluaticus ille Pandectarius, qui se omnium barb rum nominũ interpretem constituit, Alzachanam, & n Alzanarai cap. 34. hederam dicit, eiusq; gummi exponit penitus malè, ut paulò inferius dicemus. Iacobus Mãlius sim ab omnibus ignorari, seq; uidisse nunquam, ac nemin qui uiderit nosse, autor est: tamẽ ex multorum consuetudi colla piscium, dubia tamen fide interpretatur. Postea agro Romano quendam dixisse autumat, uiscum esse sup arborem assæ fœtidæ nascentem. In dictionis processu, scum quercinum intelligit. Itaque constanter nihil dete minat. Petrus Argillata uiscum, quo aues irretiuntur, e ponit. In summa, uox obscura relinquitur, quantumn isti eam illustrare conati sint. Quare mihi in alieno fo litigare uidentur. Vsus interea potior obtinuit, ut pro Ic thyocolla, siue glutine pisciũ intelligatur. In hoc emplastr aqua cõmuni, lẽto igne, aut super cineres calidos diu macer tur, & paulatim coquitur, donec omnino in cremorẽ disso uatur. Sed cõmodè hoc loco dissolutionẽ eius manifestißim uerbis, ex Aëtio li. 8. c. 63. adscribo, ubi ait: Gluten, more eor qui arcus faciunt, dissoluito, per triduum in sufficienti acet maceratũ, quarta deinde die, exemptis ex eo pelliculis, repu gatum paulatim tolle, & in mortario cum pistillo cõtunde & quàm diligentißimè dissolue, aut super calidum cinerẽ p ne. Difficulter enim solubile existit. ubi uerò solutũ fuerit, ru sus in ære, aut ferro, aut, ut dictum est, cinere calido cum ace to decoque, & sufficienti tẽpore aßiduè agita, ut quàm cras sißimum fiat, deinde in mortarium coniectum satis diu tere ac forma, uelut suprà dictũ est. Non sunt audiendi, qui gum mi hederæ esse asserunt, quæ à Græcis Cissos, Latinis hedera

sonat,

nat, tam calidæ facultatis, testante 7. simpl. Galeno, ut ob-
ure aduret: unde hic non conuenire, manifestius est, quàm
copiosius exponi debeat. Diosc. lib. 2. cap. 172. Theophra-
us 3. Plant. cap. 18. plurimas in specie differentias sortiri si-
nificant (unde à Plinio uiginti numerantur) sed tres præci-
uas. Candida est Plinio 16. cap. 35. fœmina: nigra eidem mas:
rtia Helix, quasi clauicula: cuius similiter plura sunt gene-
a: potiora tamen tria, herbaceum, candidum, uersicolor.
mnis uerò hedera amplexicaulis est. Theophrastus 6. ca. 2.
uo tantùm genera prodit, marem uidelicet, ac fœminã. Nos
uoque duo nouimus, perpetuo uirore, unum folijs maiori-
us, rotundis, duris, pinguioribus, flore in pallidum luteo, ex
uo grana siue acini uirides, ad maturitatem, nigri instar
ructum Iuniperi: alterum paruis, triangulis, folijs obscurè
igricantibus, humi sine fructu repentibus. Dicitur Germa-
is superioribus maur Ephew, oder Eppich, nostris
Klim uff, quasi arbores, aut altos muros, turresq; con-
cende, Gall. Lierre noir. Ital. Hedera nera. & nigrũ
andido, & candidum nigro permiscent. Serapion ca. simpl.
41. hederas recensens, Cussus haud dubiè dixit, ubi Cissus, siue
Cissos, debuit. Auicenna itidem cap. 173. lib. 2. Cusus, ac cor-
ruptißimè cum Cisto perturbat: unde certò constat, aut
ipsum herbariæ Medicinæ ignorãtißimum, aut interpretem
linguarum imperitißimum fuiße. Est insuper alia eiusdẽ no-
minis, ac quadam similitudine affinis herba, Officinis hede-
ra terrestris, Romanis Hedera pluuiatica, quam Tragus
Tomo 2. cap. 87. & Fuchsius cap. 336. multis rationibus, cha-
mæcisson esse affirmant, Germanicè Gundelreb, Gall.
Lierre terrestre. Ital. Hedera terrestre, ac reue-
ra nihil aliud sonat, quàm humilis, & ad terram repens, he-
dera: sed illis aduersatur Matthiolus, chamæcißi delineatio-

nem, cum hedera terrestri non conuenire, apud Dioscori[dem] asserens. Pingitur à Diosc. li. 4. cap. 110. ac Plinio 24. cap. Consequenter pauca uerba de Vlmo adijciam, atque ita [ser]monem, de Diachylis, finiam. Hanc arborem recenset Dio[sc.] lib. 1. cap. 95. Theophrastus 3. cap. 14. duo eius genera, ue[rum] etiam Columella, lib. de Re rust. 5. cap. 6. tradit: Plin. 16. ca[p.] quatuor. Arbor omnibus nota est, etsi eius discrimina pler[a]que nostrum incognita habeantur, quæ ex Trago Tomo [...] cap. 64. cognosci possunt. A Serapione ca. simp. 105. & Au[i]cenna lib. 2. Canon. cap. 216. Dirdar uocatur, ubi in utriusq[ue] lectionis ingressu, malè Cimicum, pro culicum legitur, Pan[dectarius] etiam pessimè, pro fraxino exponit cap. 217. Germ. Lindbast, vlmen, Rystholtz, & Yffenholtz. *Gall.* Orme. *Ital.* Olmo.

Emplastrum gratia Dei, Nicolai Præpositi.

Rec. Terebinthinæ libram mediam.
Resinæ libram unam.
Ceræ albæ uncias quatuor.
Mastichæ unciam unam.
Verbenæ, betonicæ, pimpinellæ, ana manipulum unum.

Herbæ uirides concisæ in uino albo syncero bulliant, ad consumptionem tertiæ partis: deinde liquor ad medicamenti confecturã exprimatur: huic colato, cera & resina addãtur, & bulliant agitãdo, donec ad densitudinẽ reducãtur. Refrixis Terebinthinam admisce, postremò paulatim mastichen pulueratam affunde, diligenter mouendo, fac magdaleones. Hyeme tantum olei addimus, quantum pro mollitie siue tenacitate sufficit. Solet enim hoc tempore fragilius reddi.

CRONEN

CRONENBVRGIVS.

Recens est inuentum, & tabernis quibusdam minus, ma=
ioris differentia quod postea dicemus. Coloniæ penitus negli=
gitur, in plerisque tamē locis magni usus existit, in generan=
da carne, & consolidandis ulceribus, uulneribusq;. Multis
modis fit. Nomen ab excellenti eius potentia inditum arbi=
tror, ut quemadmodum Gratia Dei præsens ubique ac cer=
tissimum sit peccantiū Asylum, sic etiā in uniendis, quæ pro=
cul distant, partibus, hoc emplastrum efficax, & indubita=
tum remediū censeatur. At ista parum ad rem, quando non
ex nominū ratione, sed genuinis medicaminibus, sanitas pa=
ratur: quamuis multi Medicorum eiuscemodi cognitionem
non ad se, sed potius Apothecarios, & eos qui manibus uul=
nera tractant, pertinere putant, quos hoc loci pluribus con=
futare nolo, quādo Galenus Medicum in omnibus peritum,
exercitatū, ac natura prudentem esse uoluit: atque manife=
stum est libros eiusdē cum iudicio & ratione legentibus, quā=
operè hanc tertiam Medicinæ partem celebret: quod insu=
per ex 6. lib. Pauli, & plerisque Aëtij, atque alijs probare
possemus. Porrò etsi in præsenti emplastro operæ non mul=
tum desideretur, attamen in hoc, & uniuersis compositioni=
bus, Medicum in dijudicando industriū, in retinenda ueritate
acrem, & in ueris inquirendis uindicandisq; laboriosum esse
oportet. Nam si omnes (docente Galeno 3. Methodi) aut cor=
poris cuiusq; naturam, aut medicamenti adhibiti uim celeri=
ter inuenire queant, non esset tali uarietate opus, ut quibus
unum medicamentum, uni corpori aptum inuenire prom=
ptum esset. Sic ille. Nunc uerò cùm id nequaquam fieri po=
test, necesse est nihil prorsus prætermittere, nihil negli=
gere, nihil contemnere, nihil in alios reijcere, quod ad
artis finem, & proximi utilitatem pertinet: sed omnia

ac singula indefesso labore ipsos expendere, uersare, explorare, ut simplicium æquè atq; compositorum notitiam rerum usu tractatuq; assequantur. In summa, nisi Medi[cus] uitæ integritate plures antecellat, nisi doctrinæ disciplinarumq; præstantia multos uincat, nisi misericordiæ humanitatisq; plenus eius sit animus: fieri nequaquam potest, cum laude, honore, ac tranquilla conscientia, medicetur, ac artem suam exerceat.

Emplastrum Gratia Dei, autore Petro de Argillata, cap. de Medicinis facientibus nasci carnem, quod maius dicitur.

Rec. Ceræ albæ, resinæ pini, ammoniaci, ana uncias sex.
Terebinthinæ uncias tres.
Galbani, olibani, masticheS, myrrhæ, ana unciam semissem.
Aristolochiæ rotundæ, drach. duas.
Terenda terantur, & infundantur uino decoctionis sequentium herbarum:
Rec. Betonicæ, uerbenæ consolidæ maioris, minoris: centaureæ, pimpinellæ, hyperici, herbæ Gratia Dei, bautiæ, ana manipulum unum.
Malaxentur cum lacte mulieris.
Hactenus autor.

Ioannes Vigonius secunda parte Operis chirurgici lib. 5. aliud memorat, & ponderibus, & rebus, ab alijs uarians. Transeo ad ingredientium expositionem, ubi initiò legitur:

Resinæ.) *Multiplices esse eius differentias, autor est*

Diosc.

ioſcorid.libro 1.cap.77. Differunt arborum diſcrimine, ex
uibus profluunt. Optima ex terebinthi ligno, non fructu,
iſſa, leuißima, odoreq́; gratißima. Ex pino copioſißima,
onderoſißima, & picoſißima. Colligitur etiam ex cupreſſo,
iete, lentiſco, populo, pinu, picea, larice (qua hodie omnes
enè tabernæ, pro uera utuntur, quarũ errorem loco com-
odo aperiemus) atque alijs quàmplurimis. Præcipuæ diffe-
ntiæ duæ, ſicca, & liquida. Illa in pinu, ac picea fit: hæc ex
rebintho, larice, lentiſco, cupreſſo. Si omnẽ hiſtoriam exa-
è quis cognoſcere uolet, Theophraſtum legat 3. Plantarũ
ap.15. & 9. cap.2. atque eius uelut interpretem Plinium 14.
ap.21. Apud ueteres ſi ſimpliciter legerimus reſinam, è te-
ebintho collectam intelligemus. Vnde à Paulo libro 7.cap.3.
uic principatus defertur: & Galenus ſimpl.8. mox poſt len-
ſcinam ſiue maſtichinam, conſtituit, quem Aëtius libro 1.
rorſum ſequutus eſt. Quomodo reſinam omnem urere opor
eat, Dioſcorides 1.cap.77. pleniſsimè docet.

Ceræ albæ.) Ceræ colores diuerſi reperiuntur, natu-
ales flaui, ſiue lutei, fuſci, albi: aſcititij quoq; & hi ipſi, inſu-
er uirides ab ærugine: rubri ab anchuſa, uel cinabrio uul-
ari: nigri ab atramento, uel charta uſta. Qua autem arte
iuſmodi colores inducantur, norunt pigmentarij: nunc tan-
um de Cera alba dicere propoſuimus. Ea duplex habetur,
atura, & ablutione, quod etiam Dioſcorides 2.cap.75. mon-
rauit, atque nos breuiter, in Cerato ex œſypo Philagrij ex-
oſuimus. Hoc loco albam intelligo, quam adoleſcẽtior apum
opulus conficit, ceram uirgineam apiarij & uulgus noſtrũ
ppellat, quæ è nouis fauis ſeparanda erit: in cuius penuria
ubſtitui factitia poteſt, qualis olim Tyrrhenica habita fuit:
i hæc non adſit, alia aliqua odorata & pinguis lota, uelut à
Galeno libro 8. per Locos cap.1. factitatum legimus. Nec me

præterit,

præterit, Scribonium Largum, albam illam appellasse p
polim parum propriè, quoniam nemo ueterum ita usurp
uit, sed semper, ac ubique, ut res diuersas, & uirgineam
ctam, & propolim omnes usurparunt. Testes sunt Diosco
des 2.cap.76. Varro 3.cap.16. Plinius 11.cap.7. & si qui su
alij. Hac ætate paßim Venetijs, Francoforti, ac Antuerp
institores conficiunt, quare non duxi necessarium, ampli
illi insistendũ. Scribonius compos.82. & Marcellus Medicu
cap.15. sacram quoque uocant, quòd in phanis ac delubr
deorum opinor eius usus esset, quemadmodum nunc in Pon
tificũ Cæsarumq; mensis, ac sacris peragendis. In propoleo
penuria Gal. ammoniacum, thymiama ponit, 7. per genera
& in succidaneis, ladanum, uelut ex eodem Paulus.

Verbena.) Duo eius genera numerat Dioscorides no
ster lib.4.cap.50. & continenter sequenti. Primum uerbena
cam, alterum sacram herbam est interpretatus Ruellius: Re
ctam illud, supinam hoc Marcellus. Græci autem peristerion
utrunque dixerunt, quemadmodum Latini Verbenacam, &
Verbenam. A plantæ habitu, Dioscorides simul ac Apuleius
cap.3. & 65. à sexu, Plinius lib.25.cap.9. discreuerunt. Nulla
herbarum, Romanæ nobilitatis plus habet: nam hac in pu=
blicis remedijs, & sacris legationibus utebantur: hac Iouis
mensa uerrebatur, domus purgabantur, ac lustrabantur:
breuiter multis ueterum superstitionibus dedicata fuit, quas
carmine elegãtißimo reposuit Macer. Mitto ac negligo tur=
bam illam diuersarum appellationum, quæ hinc inde sparsim
cognosci facilè possunt. Hieronymus Tragus Tomo 1. cap.
69. Verbenacas tres proponit, ubi uulgarem fœmellam luteo
flore, inter sinapi genera, cap.32. collocat: atque in dictionis
fine, Irionem, siue Erysimon Dioscoridis decernit. Fuchsius
tamen aliam faciẽ cap.96. delineat. Quam uerò ille pro gal=
linacea

ricea crista proprie aßignat, antè Otho Brunfelsius sic pinxerat, quem errorem Eurytius Cordus in Batanologico animaduerterat. Ego eam herbam flore purpureo ma- rem, alteram fœminã appello. Vtraque est Officinis nostris cognita, & eosdem effectus (testante Plinio & Galeno octa- uo simplicium) habet, uulgò Eisenkraut, *quasi ferri her- ba: alijs* Iserhart, *uelut ferrum durum, Gal.* Veruaine. *Ital.* Verminacola, ò Berbena.

Pimpinellæ.) *Quomodo apud Græcos aut Latinos appellata herba, nondum inter doctos conuenit. Ruellius de stirpibus 2. cap. 136. germanum Elatine pampinariæ genus constituit, Brasauolus Dioscoridis Teucrium suspica- tur: sunt qui Tragium, quàm autem uerè, iudicent, quibus est exacta rerum notitia. Fuchsius & Matthiolus in maiorẽ ac minorẽ partiũtur, uulgus Pimpinellã, paulò mũdiores Pam- pinellam, aut Bipinnellã appellant, quòd foliola circa ipsos caulos, quos habet densos, & rubentes, alternatim uelut in binas pinnas distincta sunt. Radices per se, aut zaccharo cõ- ditæ, zingiberati usum quibusdam præstant. Figura est saxi- fragæ affinis, sicut isto uersiculo comprobatur,*

Pimpinella pilos, saxifraga non habet illos.

In sabulosis, et pratis aridioribus, sine cura paßim pullu- lat. Fallũtur qui cum Sanguisorba, Onochelo, uel Alcibiadio coniungunt. Hieronymus Tragus herbarum diligentißimus inuestigator Tomo 1. cap. 156. inter apij genera Dioscoridis, iure maximo numerat, peculiariterq; Petroselinum in Ma- cedonia nascẽs, siue Apium saxatile, siue Petrapium iudicat, cui nos omnino acquiescimus, & ingenium insuper lauda- mus, ut qui utili labore herbarum notitiam in integrum re- stituit: ac dilucidè exponit. Vulgus Officinarum, maioris & minoris diuisione, aut linguæ discrimine agnoscit, dum maiu-

sculam

ſculã herbã, Pimpinel, *Gal.* Pimpinelle grãde, *Ita.*
Pimpinella maggiore, *alterã* Beuenel, *Gal.* Pim-
pinelle petite, *Ital.* Solbaſtrella, *appellat.* Ma-
me quoque hac de re in Antidoto *Hæmagogo, diſſeruiſſ*

Herbæ gratia Dei.) *Quemadmodũ* Maro *oli*-
ne cecinit, Aëneam ſuum, & cæco Didonis *amore irret*-
& magnis deorum iußibus parere nitẽtem neſciuiſſe, e
primùm inſtitueret, aut unde ſermonis initium ad Did-
faceret:

Dumq́; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq́; rapit uarias, perq́; omnia uerſat.

Ita ego quoque hic anceps ſubſiſto, paratus equidem
fuſam, uerboſam, obſcuram huius herbæ, cum tota affin-
ſua, hiſtoriam explicare: ſed ingenij tarditate, & rei a-
guitate implicitus, nec quid primum, aut ultimum, aut
ordiar, ſat ſcio. Noui *enim quàm præclari uiri, quàm ex*-
ingenia, quàm oculati homines hoc ſaxum, inutili penè la-
re, uoluerint. Vnde *maior mihi ſuſpicio ſimul ac metus e*
negocij magnitudine ſuccumbam, & cœptum laborem
piter deſeram. Attamen *quando ex neceßitate quadam,*
herbæ explicatio mihi incumbit, ut qui lubens iuuandi p-
ximi ſtudio, huc ſum progreſſus: ſpero ac confido, æqu-
Lectorem *bene interpretaturum conatum meum, aut ſ*-
tem non malè. Nam *in rebus dubijs, ſi quis diligenter diſ*-
rit, nemo aut culpandus, aut traducendus uenit. Proinde
id, quod propoſitum eſt, me cõuerto. Qui *ſuperiori ætate*
lebris, in tabernis publicis, extitit Iacobus Manlius, *herb*-
gratia Dei, *uulgarem & paßim in pratis abundantẽ dix*-
palmi longitudine, aut hanc parum excedentem, hyſſopi ſ-
lijs, inter quæ flos paruus, colore ad album ac purpure-
medio cernitur, non dißimilis Volubili *in uinetis naſcen*-

radi

lice exigua, & simplici: prompté autem ex foliorum sa-
re, quem amarum, uelut centaurium minus, edit, cogno-
tur. Hæc illius est sententia. De qua, si mihi, sine aliorum
nsa, pronunciare liceat, dico prorsus inanem, uanam, ri-
ulam, ac friuolam esse: ut quæ perperàm, indistinctim, &
hil ueri indicet, siue edoceat. Et quis eam herbam, uelut
r nebulam, aut caliginem ostensam non dicet? haud aliter
àm si ex decem pictis ad unam ideam imaginibus, pictor
am ipse animo cogitat deligi quempiam iubeat. Etenim
e hæc est demonstratio, quæ figura, quæ doctrina? nimirũ
òd in pratis ea herba (de qua nunc loquimur) copiosè
oueniat, quòd uulgaris sit, palmum longa, hyssopi folijs:
quæ sequuntur. Ecquis etsi exquisitißimo ingenio natus,
talibus communibus notis, herbam ipsam aut noscere,
t dignoscere queat? Itaque aliunde inuestiganda est eius
titia. Otho Brunfelsius Tomo suo 2. cap. 11. inter Geranij
nera recenset, Herbarijsq; gratiam Dei, ac Rostrum cico
e, dici affirmat. Ruellius libro tertio, capite 62. tria gera-
genera, Plinium sequutus, monstrans, huius nominis pe-
tus non meminit. Hieronymus Tragus Tomo 1. capi. 33.
elidonium minus appellare uoluit, herbam Germa. dictã
ots genad. Gallicè Grace Dieu: Ital. Gratiola,
ratia Dei, & stanca cauallo. improbatq; eos, qui
ranion, qui herbam Roberti, qui Acum muscatam, qui
dem columbinum esse contendant: in quorum tamen ca-
logo habentur, quotquot simplicis Medicinæ artem tra-
nt, aut ingenuam stirpium cognitionem profitentur re-
ntiores uiri doctißimi. Vt uerò certius id cognosci poßit,
euiter eorũ opiniones adscribam. Pandectarius Geraniũ
npliciter herbam moschatam interpretatur, cap. 278. de
a copiosius nono horũ, in Vnguẽto Marciato. Quatuor

Geranij species describit Tragus, cap. 114. Sex pingit fc
me Fuchsius, ca. 76. Primam Germa. uoce nuncupat St
ckenschnabel, *id est, ciconiæ rostrum. Gall.* Ague
de bergier, ou Bec de cicogne, *Ital.* Grua
uel Gruina *dicitur. Alterã* Daubenfüss, *Columb*
pedem: Gal. Pied de colomb. *Ital.* Pie colombin
Tertiam Ruprechtskraut, *Roberti herbã. Gal.* l'h
be Robert. *Ital.* Ruberta. *quartã* Kranichha
quasi gruũ collum: Gal. Pied de colomb menu. *qu*
tam Gottes gnad, *Dei gratiam: Gal.* Grace Die
Ital. Gratiola. *sextam* Blutwurtz, *id est, sanguina*
radicẽ. Gal. Racine sanguinaire. *Ex his constat, her*
Gratia Dei, sub Geranio contineri, quãuis dissentiat pri
loco Tragus, & obscurissimè tractarit Manlius: Dicta ue
tali nomine est, ab eximio sanandorũ uulnerum effectu. S
formarum discrimen, ex nemine uerius, quàm Fuchsio disc
mus. Ego quatuor, aut quinq; species distinguere noui, qu
prorsus delineationibus respondent. Prætereo hic Serapi
nis errorem, cap. 279. Pedem columbinum, amomũ uocãti
similiter periculosum Pandectarij lapsum, cap. 572. Anagy
speciem profitentis, quando periti homines, & ego quoqu
has ab illis diuersas omnino herbas esse sciamus. In summ
quid in tanta sentẽtiarum uarietate, in tam ambiguo dog
mate, in tam multiplici scriptorum calamo definiemus? Ce
tè meum consilium est, ut diligenter ueterum doctrinam ex
pendamus: id dum facio, unum latinis Geranion esse, quo
aliqui Myrrhin, alij Myrrhida appellãt, Plinium mõstrass
comperio lib. 26. ca. 11. folijs similibus Cicutæ minutioribus,
caule breuiori, rotundo, saporis, odorisq; iucũdi. Hoc ipsum
Officinis Rostrum gruis ac ciconiæ, quibusdam Acum mu-
scatam uocari arbitror, atque eam esse herbam, quam Ru-
bertam,

rtã, recepto nũc paßim nomine, uocamus, quia tota adeò
i est similis. Ioannes Ruellius suprà citato loco, ideo repre=
ndendus est, quòd hoc Plinij, ac Latinorum Geranion, pri
am Dioscoridis speciem, cum anemonæ folijs, & radice ro
nda putarit: quando neq; eiusmodi folia, neque radicem,
superiori dicta herba, rostro uidelicet ciconiæ, aut Acu
uscata (quam ipse Acum pastoris dixit) uisantur. Notan=
s insuper, quòd Myrrhin Dioscoridis, statuit herbam Ro
erti, sicut etiam Ioannes Tagaultius lib. 2. Instit. chirurg.
p. de potionibus uulnerarijs. Nam præter id, quòd Myr=
in, continua Geraniorum serie, Dioscorides nõ numerat,
elut in congeneribus herbis facere assueuit (etenim lib. 4.
p. 101. pingitur) tum & figura, & facultate insuper ua=
at. Siquidem Myrrhis caule folijsq; est simillima Cicutæ,
adice molli, rotundáq;, cibo non ingrata, mensibus mouen
s, ac humoribus è thorace & pulmone repurgandis ido=
ea: at herba Roberti, nihil habet horum, sed cõtraria. Ita=
ue nos Myrrhin, Cherefolium syluestre pronunciamus, cũ
runfelsio Tomo 2. Trago ca. 158. & Manardo lib. 12. epist.
. Nec satis excusari potest Hermolaus Barbarus, dum Pli=
ij Geranium indicat Dioscoridis Myrrhin, seductus opi=
or eiusdem nominis appositione, nec meminerat ex profes=
ò traditum 24. ca. 16. Et hæc de Geranio Latino, atq; quo=
undam erroribus. A Græcis duo traduntur genera, uelut
x Diosc. 3. cap. 111. edocemur. Primum aßignauimus Rober
i cognomine: Alterum omnino uulgarem Pedem columbi=
ũm credo, etsi Barbarus hoc existimet herbam Roberti.
Miror Brasauoli malam fidem, dum ait, Geranium diuisu=
as maiores habet, quàm Anemone: pes autem columbinus
on tam magnas, nec etiam rotunda radix ipsi inest. Sed nõ
nimaduertit Dioscoridem in altera Geranij differẽtia, nul=

lam Anemones mentionem facere, at in prima: quæ inc... tantia homini imposuit. Satis nunc copiose pariter ac l... riose de istis herbis disceptauimus. Cæterùm hoc loco Fu... sio depictam herbam, Geraniorum quintam acciperem,... uulgarem Roberti dictam. Boni consulat Lector hãc m... operam, aut qui nolit, meliorem uerioremq; offerat, nec... erunt sua præmia laudi. Iam ad aliud emplastrum uen...

Emplastrum Gryseum.

Recip. Lapidis calaminaris loti libram una... & mediam.

Terræ sigillatæ libram mediam.

Cerussæ uncias duodecim.

Ossis sepiæ uncias tres.

Vitrioli albi uncias duas.

Lithargyrij unciam unam.

Camphuræ unciam mediam.

Ping. castrati libras tres, & semissem.

Ceræ libram unam.

Ol. Rosarum, terebinthinæ, ana libram med...

Compositionis ratio talis est:

Liquescibilia, ad splendidum ignem, præter terebinthinã resoluuntur: deinde ab eo refrixis, terebinthina ablata miscetur: arida uerò omnia per se trita, & exactißimè læuigata, reliquis tepefactis affunduntur. Mixta simul in magnum mortarium transfunduntur, ac propè rursus pistillo ligneo contũduntur, donec absolutißimè coëant. Postremum aqua tepida paululum dißoluta, ne laborãtis manus multum inquinentur, in magdaleones aptantur. Id nunc obiter commonuisse sufficiat, quia in alijs emplastris copiosius ostẽdimus. Cæterùm isto modo scriptum, uelut frequẽti usu, in sic-

cando,

ndo, cauaq; ulcera replendo, ualentißimum recensere uo=
: tametsi hac in re nolim unus statuere legem, sed ubique
imas optimorum autorum cõstructiones imitandas esse
ulus inculco, &

Tempore iam longo quarum integritasq; fidesq;
Pluribus indicijs sæpe probata patet.

Atqui commodum adhuc appono Coloniensibus phar=
copolis usuale, quod tale est:

ecip. Lithargyrij optimè triti, uncias qua=
tuor.
lei oliuarum pintam mediam.
eræ uncias sex.
esinæ, terebinthi, ana uncias duas.
ui ouini uncias duas.
apid. calamin. uncias octo.
erussæ uncias duas, & semissem.
ristol. rotundæ unciam mediam.
lastichæ, myrrhæ, olibani, sarcocollæ, ana
unciam mediam.

Pulueranda pulucrentur ut acohol, & iuxta artem for=
entur magdaleones. Sunt apud nos, qui adiungant uirid.
is, caphuræ idem pondus, cum mastiche & sequentibus:
ei ouorum unciam unam, & mediam.

Reperiuntur affinia quoque emplastra apud Aëtium li.
cap. 37. 42. Titulo ex Pompholyge, & Paulum 7. cap. 17.
ia Cadmias inscriptum, ac Scribonium cap. 242. atq; ali=
, præsertim in uulgaribus receptarijs libris, nullo celebri
stimonio commendata. Dictum uideri potest gryseum, aut
rius Chryseum, à coloris specie, quã affectatur ex cinerea
ndidam. Sed ego ne intelligere quidem possum, quomodo
onnulli inutilibus uerbis, germanas confectiones paßim

 consp urcant,

conſpurcant, nihil penſi habentes meliúsne an deterius, maiore temporis diſpendio, an inani magis opera, eas ſtrent, aut obſcurent. Nonne *præſtantius fuerit, omnes plaſtrarios, ſimul ac tonſores, cum diſcrimine uniformi poſitionem diligenter, quàm promiſcuè negligenterq́; tifarias conficere?* Nonne *neceſſariò dexter pharmaci eiuſmodi abuſu uitiatur?* Itaque *ſatius iudicauerim, lo experimēto, longoq́; uſu, pharmaca probata deligere, q noua, & inuſitata arrogāter effingere.* Iam *quomodo q ſo præſens emplaſtrum uerè ac commodè parari poteſt, indubitata fide, conſtanti doctrina, ex quibus conſiſtat, gredientia noſcantur?* Et *quotuſquiſq; hodie ex numer medicantium turba, uel ſextuplam metallorum, quæ h atque ſimilia medicamina conſtituunt, notitiam eſt con cutus?* Proinde *mihi planè fuit neceſſe, dum in hoc Op uerſor, omni qua potui diligentia, optimorum autorum numenta perſcrutari, & metallorum naturam inueſtiga quò uerior eſſet tota componendorum medicamētorum r tio, atque intelligentia.* Hanc *autem, ex nemine plenius exactius ſum edoctus, quàm ex abſolutiſsimæ eruditionis, celeberrimæ exercitationis uiri* Georgij Agricolæ Comm*tarijs, quos cum ſumma hominū utilitate, & maxima ſui minis laude ſuperioribus annis ſcriptos edidit.* Quare *a unū omnes illi, pro nobili eiuſcemodi ſtudio pariter ac im menſo hoc beneficio (quo equidē antiquorum breuitatē obſcuritatem, tam dilucido, copioſoq́; calamo illuſtrare uo luit) plurimū obærati ſumus.* Et *quanta fuit imperitia, in l pide calaminari? (cuius hic uſus eſt) quanta cōtrouerſia? u pauci nomen ipſum norint, tantū abeſt, ut rem ueram de prehendere potuerint.* Eſt *autem* Calaminaris, *Græcis* Cad*mia foßilis aut naturalis, quā iure quiſpiam lapidem nun*-
cupauerit

pauerit, aut lapidoſam Cadmiam. atque hanc Galenus (ſi id ego iudico) è Cypro, aut potius ex Sole monte, in Aſiã, aliamq́; ad amicos portauit, à quibus ſummam inijt gratiam, quod ſe uel maximũ munus accepiſſe dicerent, ut quæ omni alia Cadmia multò eſſet præſtantior. Hæc ſpecies, noſtra ætate, abunde ex mõtibus, prope Aquiſgranũ pariter, & Lemmigã Vueſtphaliæ oppidulũ eruitur, uernacula Germanorum lingua weiſſer Calmeyſtein, quaſi albus calaminaris lapis. Trãſportatur in pleraſq; noſtrates oras, ad uſum ærariorum omnis generis, ſiquidem eo paßim uaſa ærea tingũtur, ut ex rubido albeſcant (kupffer in meſsing.) Eſt adhuc Cadmia factitia, quæ ex ære in fornacibus candẽte, fuligine egeſta flatu, & lateribus camerisq́; fornacum inhærente gignitur: unde fornacaria dici cœpit, eſtq́; haud dubiè Cadmia botryitis, apud Dioſc. lib. 5. cap. 40. Eadem Officinis omnibus Arabes ſequentibus malè Tutia appellatur, cũ uerius ſit prima ſpecies Cadmiæ, ut modò dixi. nam Tutia legitimo nomine Pompholyx eſt, quæ Dioſcoride & Galeno autoribus, ex æris, uel Cadmiæ fauilla, in glomuſculos uellerum ſimiles coit, ac farinæ modo, cõtacta diſpergitur, aliàs Nil albũ uocatũ, utpote candidißimo colore, uelut amydũ. Teritur prõptè in læuorẽ, atq; cinerem. Iam ad lauationẽ Cadmiæ peruenio, quã his uerbis apud Dioſc. Latinũ lego: Lauatur in mortario trita, effuſa ſubinde aqua, dũ ſordidũ nihil emergat, deinde coacta in paſtillos reponitur. Sic ille. Et ſic ſanè lauãtes, medicamẽtũ efficitur mediocriter tũ deſiccans, tum extergens abſque mordicatione, utile ad ulcera carnis implenda, in corporibus impendio mollibus: duriora uerò, ualentius exiccantia requirunt. Non eſt igitur unus ubique lauandi modus, ſed eum pro multiplici curandi ſcopo, uariare oportet, quod cũprimis & Medici & Chirurgi

officium est, uti Galenus nono Simpliciũ, de Metallicis ... nere uoluit, & Plinius cap. 10. quoque suprascripti libri ... rendi rationem idem assignat, & Diosc. & Galenus pen... cos 4. cap. 6. apud quos omnem omnium metallorum pr... randorum, & tractandorũ doctrinã, peculiaribus locis, ... ptam inuenimus, & nos huius principio satis euidenter ... dicauimus. Quapropter huic loco haudquaquam censui ... ponendam. Porrò quanta olim fuerit cuiusque generis m... tallorum inuestigandorum, effodiendorum, cognoscendo... coquendorum, purgandorum celebritas, utilitas, ac nece... tas, utcunque apud admirandos priscos scriptores, cùm G... cos, tum Latinos, cognosci potest: sed omnium absoluti... me ex duobus illis uoluminibus, quos singulari industria, ... miaq; diligentia, de ueteribus ac nouis metallis, conscrip... Georgius Agricola, intelligitur: ubi antiquitatem, & ... gnitatem iam inde ab orbe condito eruendorum metal... rum æris, ferri, auri, argenti: mox eorundem inuentores, ... loca multa, fluuios, gentes, oppida, insulas, montes, ex ijs ... nominatos, copioso calamo explicat. In sermonis progres... opes illustrium uirorum ex metallicæ studio collectas, atq... ipsos quoque uiros metallicos diligenter recenset. Conti... nenter Germaniæ metalla, & quomodo ea reperta sint, ... æstimationem eorum apponit. Atque ista primo libro tra... dit. Secundo, quibus orbis regionibus præstantissima quæ... metalla, cùm ueterum testimonio, tum recentium homi... num consuetudine inueniantur, ordine aperit. In quibu... iure Germaniam, & metallorum ubertate, & fodinarũ fre... quentia, & artificum industria, prædicat, ut quæ nemin... terrarum, per latissimum cœli conuexum, inferior censend... sit: quando intra nostros parietes habeamus Officinas, e... quibus omnia instrumenta uitæ humanæ necessaria conse...

quimur

mur. Mitto in præsens aurum & argentum, quod pleri-
in luxum, & uitæ perniciem conuertũt: sed quis, quæso,
e maximo incõmodo, ære, plumbo, stanno, ac ferro care-
queat? unde non solum suppellex domestica, nõ solùm ferẽ
colendisq; agris, ædificandis domibus, instruẽdis castris,
bibusq;, condẽdis mœnibus, cõpingendis nauibus, familia
materia suggeritur: sed insuper innumeris rebus tractan-
idonea suppeditatur. Quis sine uitæ discrimine, aut mẽ-
orum sæpe detrimẽto, æruginẽ, alumen, atramẽtum suto-
um, cerussam, chrysocollam, lithargyrum, miniũ, pompho
gen, pyriten, salem foßilem, uitrum, ac similia metallica re
uat, uel ignoret? Quis prudẽs, aut prudentiæ saltẽ studio-
s, admirabilem ac diuinam prorsus imprimẽdorum libro-
um artem nõ ueneretur? qua omnes memoria dignæ res, ab
bliuionis iniuria uindicantur, & fidelis gestorum æterni-
s cõseruatur. At hæc quomodo aut inchoabitur, aut per-
cietur, nisi ferrum characterum materiam hæbeamus? Iam
uis horridam hyemis tempestatem, quis pluuias, niues, grã-
ines, procellas, glacies lubenter ferat?

Dum ualido terram quassas rex Aeole flatu,
Dum nemora ingenti uento, dum littora plangunt,
Et sæuus Boreas gelida demissus ab arcto
Murmure dum pelagus conturbat, denique mortem
Nautis præsentem minitatur singulis unam.

Atqui hanc omnem ac intolerabilẽ sæpe molestiã, nónne ferri beneficio, lenimus, impedimus, & pellimus? quando ex eo fornaces conflatæ in hypocaustis reponuntur? quæ pro neceßitate Vulcano instructæ, rigida mẽbra fouent, totũq; hominem æqualiter calfaciunt. Ecquis igitur hanc ex ferro felicitatem, quis uberem fructum, quis rei neceßitatem non collaudet? Vnde iam olim Reges, Respublicas, ac potentes

populos magnificè celebratos pariter, & adiutos fuisse,
gnium uirorum literis proditum est. Vt autē peregrina
hicq; parum cognitas ferrarias fodinas præteream, negan
confinijs nostris non potest, quotidiano usu ueritatem
probāte, quùm Schleidanū solum ferrum gignat & opti
& copiosum, è quo eiuscemodi opera hyemis gelicidia
lentia, caloremq; reuocantia affabrè constituuntur: u
quotannis, cum laminis quoque ferreis, quadrangulari l
gaq; forma, in utriusque Germaniæ oras, haud exigua ut
tate, & quæstu deportātur. Nec præterea isthic desunt
lium uenarum exploratores, nec fossores, nec fabricæ,
ferrarij, qui studio atque industria, puteos, cuniculos, int
medias columnas ipsas cauernas fulcientes, canales, aqua
ctus, denique uniuersam metallicen non exactè perquire
colere, & absoluere etiam poßint. Quapropter ijdem m
gnam spem faciūt, ut non modò ferrarias, uerùm argen
rias insuper fodinas inueniēdas existiment. Nā Petrus M
hemius eius loci æquißimus quæstor, uir pius, & in literis
nè institutus, aliquando glebas argenti mineram contine
tes mihi ostendit, manifesta sanè latētium ex simili mate
uenarum indicia. Quas opes utinam, prima occasione, I
benignitas largiatur generoso Comiti Theodorico à Ma
derscheidt, qui totū illum tractum Eifliæ multis iam secul
iustißima heroum suorum possеßione, præter alios illust
Comitatus, ac celebres amplasq; ditiōes, occupat. Atq; h
opto, non quòd res caducas, tam præclarum animum pet
re existimem (quando omnem beatitudinem in sola uirtu
positam habeat) sed quòd tali auctuario uerè dignißimu
iudicē, ut qui pietate, clemētia, prudētia, opulētia, liberali
te, comitate, quid multis? omnibus naturæ dotibus, nemi
in magna Germania Comitū (absit uerbo inuidia) postp
nendi

us ueniat. Hic possem pro meo modulo, raras ingenij pa
r ac fortunæ suæ felicitates commemorare: sed quoniam
id huius Operis est institutum, nec eximia eius modestia
rat, non amplius eiusmodi Elogijs insistam, præsertim
ndo tam inferior, quàm superior Germaniæ orbis, gene-
um hunc uirum & nouit, & celebrat. Quid de sapien-
imo parente suo dicam? qui (ante triennium, cheu, naturæ
es exoluit) uiuus, ea fuit apud supremos Monarchas auto
ate, ut eius consilio & auxilio, in rebus etiam grauißimis
rentur. Quare in publicis conuentibus, ac comitijs, in
nma gratia, summoq; pretio habitus est: non ob ueneran
m tantùm canitiem, sed canam in primis prudentiam,
am laudem, omnium testimonio, adeptus fuit. Huic ut æ-
te, ita & generis nobilitate, ac sapiētia, par extitit, Illu-
ris Comes à noua Aquila Guilhelmus, qui anno superio-
quoque fatis concessit grandæuus senex (quis enim à mor
tutus est?) publico totius diœcesis Coloniensis mœrore: re
cto unico filio, cui Hermāno nomen, neutiquam clarißimo
arente inferiore, siue quis fidem, studium, probitatem, in-
enium: siue fortitudinem, confidentiam, operam, & in re-
us agendis bello togáq; dexteritatem perpetuamq; de bo-
is omnibus bene merendi uoluntatem expendat. Eruditio-
e autē, doctrina, philosophiæ, literarumq; cognitione, pe-
è omnes Germaniæ Comites uincit. Precandus est Deus,
ut tales filios, ab optimorum parentum moribus, & natu-
ra, haudquaquam degenerantes, diu incolumes Reipu-
blicæ suæ seruet. Reuertor ad emplastri expositionem, in
quo habetur:

Osfis sepiæ.) Dioscorides lib. 2. cap. 19. eius medici-
nam tantùm memorat, sicut Galenus 11. simplicium, & Pli-
nius 32. cap. 4. 5. 6. Aristoteles 4. Animalium, capit. 1. pluri-
mum

mum atri humoris, cui atramentum nomen, Sepiæ in- tradit, quod, metu perculsa, effundit. Rursus 9. *cap.37. se molliũ pisciũ astutißimũ dicit, et humore illo uti, dũ met- dumq́; se tutatur.* Habet *igitur atramentum pro sangu- sicut testatur* Plinius *nono, cap.29. In sequenti, marin- piscem, magnitudine binum cubitorum asserit.* Libro *cap.6.ex* Anaxilao, *tantam eius atramento uim inesse s- psit, ut in lucerna addito, æthiopes uideantur astantes, a- to priore lumine. Sepiæ fraudes cecinit quoque* Oppia- *poëta tertio* Halieuticῶn. *Piscem ipsum calamo ostẽdit* P- *lus* Iouius, *in doctißimo libello suo, de* Romanis *piscibus,* *39.& uera facie* Petrus Bellonius *lib.2. de* Aquatilibus *ca* Nunc *paßim in aurifabrorum* Officinis, *Sepiarum testa- periuntur, ut quibus ipsi, in fundendo auro, & argento, iconibus exprimendis utantur.* Conradus Gesnerus *in* Pa- *dectis suis, de* Physicis, Titulo II. ein Meerspin *inte- pretatus est, quasi maris araneam: faciem exhibet* To- *Animalium.*

Vitrioli albi.) *Spatiosum ingredimur æquor, si si- gulatim omnes eius differentias, & autorum accuratè pl- cita exponere uolumus, quæ non unam, aut alterã pagina- implebunt, sed integrum sanè quaternionem.* Nobis *aute- tutius uisum est pedibus ingredi, quando natare non didi- rim: ac contractis uelis iuxta littora potius nauigare, quà- procul ab oris fluctibus altis (in quibus haud parum mu- arroganter stupidi naufragium fecerunt) agitari.* Proin- *breuiter, modestè, ac simplici dictione sententiam nostra- prodere maluimus, quàm inscitiam occultando, superflu- prolixitate, orationem implicare, ac confundere.* Memi- *me in* Theriaces *explicatione, de Chalcitide loquutũ, qua- uitrioli speciem constituimus: nunc uerò sermonis uicinita-*

t

prouocati, copiosius rei ueritatem elicere conabimur. uod itaque hodie paßim medicamētarij Vitriolū, Germ. itriol, & Kupfferwasser, Gall. Vitriol, & ouperose, Ital. Vitriolo, uocāt, Latino nomine A- mentū sutoriū. Græco Chalcantū dicitur, quod tam ars, ām natura fingit, ex aqua, Sory, Mysy, et Chalcitide, atq; o diuersa specie uisitur. Etenim aliàs ex eis cādidum, aut llidum, aliàs uiride, aliàs cœruleū nascitur, tam pro regio, locorū, ac cœli dispositione, quàm ipsius fosßilis materiæ, ua artificio paratur: sed quocūq; sit colore, perspicuū se cernitur: Estq; durū ac crassum, subinde spißū & graue, inde rarum & leue, nonnunquā subpingue. Id dum torre r, in bullas assurgit, æquè ac nitrum, atque alumen: quod e non est, fit siccum tantùm. Tam natiuū, quàm factitium cilius tostum teritur: Illud, in Medicinæ usum, præstat cœ leum, graue, spissum, pellucidū. Huic cognata sunt, Misy- ry, Chalcitis, Melanteria, atq; horum omnium quasi pa- s, pyrites erosus existit. Hāc doctrinā ex Dioscoridis lib. 5. 64. Galeni 9. simp. ac Plinij 34. c. 12. accepi. Officinæ publi :, Vitriolum uiride, & Romanū dicunt, estq; id factitiū, od modò Chalcanthum, & Atramentū sutorium appel- uimus. Id ut credam in primis, uirtus eius urens, cum ad- rictione iuncta, facit, qua crustas etiā inducere potest. Vn- : nos Bononiæ, & alibi, cauterij potentialis loco frequen- r usurpauimus. His accedit, quòd nigro colore res tingit, ostquàm liquore quopiam solutum fuerit. Quare etiā no- en suscepit, & prouerbio locum dedit, Atramento sutorio blinere: nam uidemus in pānis, pellibus, & corijs denigrā- is, eo infectores ac sutores carere non posse. Hæc tā diu con anter affirmabo, donec rerū metallicarū peritus, hanc opi ionem meam manifesta ueritate coarguat. Quod uerò Ga lenus

lenus Chalcanthum in Chalcitim transijsse uiderit, ima eius parte illius speciem seruante, itidem & nos soli feruenti aliquandiu fuisset expositum, sæpe consi mus. Sunt autem suprascripta metalla, si urantur, t ra non ustis, ac uirium similitudine admodum pro qua, proinde indifferẽter usurpari possunt. Quidã Ch thus hic, aut hæc, & hoc Chalcanthũ, Colchotar, siue C citin interpretantur, ita errorem ex errore, uelut no nodo, formantes. Nostri patria lingua uitriolum al weissen Kofferroot, ógenstein, & wei Clemey *appellitant: Viride autem, & cœruleum, si citer* Kofferroot. *Hactenus de Vitriolo.*

De Oleis Rosarum, ac Terebinthina, require lib.8.

Emplastrum ex Meliloto Mesuæ.

Recip. Meliloti uncias sex.
Florum chamo. fœnugræci, baccarum la rad. althææ ana drach. tres.
Seminum apij, ameos, cardamomi, ireos, cy ri, spicæ nardi, casiæ, ana drachmã unam mediam.
Absinthij, sampsuchi, ana drach. tres.
Ammoniaci, drach. decem.
Styracis, bdellij, ana drach. quinque.
Terebinthinæ unciam unam, & mediam.
Ficus pingues duodecim.
Sebi caprini, resinæ, ana uncias duas, & sem sem.
Ceræ uncias sex.
Olei sampsuchini & spicæ, ana quantum su ficit.

quæ decoctionis fœnugræci, chamomillæ, & meliloti, quantum satis erit infusioni aliorum.

CRONENBVRGIVS.

Vbique confessum inter omnes est, à Meliloto herba, quā undāter recipit, denominatū: siquidē uel ab effectibus, uel ingredientibus, pro maiori portione, appellationū occa nes fuerunt. Compositio autem hæc multiformis existit, testante hoc ipsum Galeno per Locos 8. c.1. & 5. atq; per nera lib. 7. Oribasius supra alios autores, pleraque addit: ralliānus lib. 7. ca. 14. detrahit. Aëtius 9. cap. 16. amomum nisit Paulus apposuit Gleucinum & bdellium 7. ca. 18. sic ioque Nicolaus Alexandrinus cap. 319. Ego aliorum scri= uram intermisi, sed loca adiunxi, ut facilè inueniri pos= it. Ponderum ubique est magna uarietas. Serapion Arabs io emplastra aßignat Tract. 7. c. 27. Titulo Dhimadh, de eliloto. Ioannes Vigonius lib. 8. c. 16. atque plerique omnes, ui practicas scripserunt. Ego non solùm per rationem, sed iam per experiētiam, emplastrum Mesues, quo uix aliud emolliendo præstantius reperiatur, ab Officinis omnibus onficiendum decerno: In quo, ad constructionem necessa= ia, ijs sunt declarata, qui ueram doctrinam, in alijs empla= ris parandis, consecuti sunt. Vt tamen singula manifestiß= mè habeantur, primò radices althææ concisæ minutim a= ua decoquantur: pòst adde flores meliloti, ac chamæme= : quando omnia languent, contunde pistillo ligneo in mortario, donec prorsus molles sint radices pariter, & flo= es. Deinde ficus humectæ & similiter tusæ apponantur, ac mul moueantur. Postea gummi aceto soluta, & colata. euum uerò, resina, cera, in oleis liquētur, ac mox cōiungan ur prædicta omnia, bene sursum & deorsum agitādo: ubi

frigere

frigere cœperint, terebinthina, & pulueres reliquorum
ti cretiq; iniiciantur. Postremò ex arte finge magdale
Sit autem tanta oleorum copia, quanta ad mollefacie
pharmacũ necessaria uidebitur. Reliquũ est paucißim

Melíloto expedíre.) Hæc herba, Dioscoridi
nio, Scribonio, Sertula cãpana: Catoni, Columellæ, Celso
super, Serta Campanica dicta est. Nascitur laudatißim
Attica, & Cyzico, & Chalcedone, colore croci æmulo,
re iucundo, ac circa Nolam in Campania, colore in lut
languescente, languido odore, ex Dioscoridis scripti
Quotquot de re herbaria, uiri & doctrina, & iudicio
bres scripsere, inter Trifolij, aut Loti genera, illã reponu
An nostrum uulgare melilotum, iure censeri eo nomine
beat, sanè mihi non uidetur, cùm potius lotum urbanã
scoridis credam, ab eo depictam lib. 4. ca. 96. quia trifolij
figie constat, nasciturq; non in pratis tantùm, sed etiam
uiridarijs & hortis. Adde his, quòd hactenus nomen su
seruauerit, nẽpe Lotũ, cui initio accesßit Meli, à melleo o
nor flore, unde promptè hæc uerba Lotus, legitimæ meli
ti locum occupare potuit. Vulgaris usus planta, bina fa
ostenditur, flore tum luteo, tum purpurascente. Certè co
suetudine liquet, eas differentias facultate parum differ
quam cum fœnugræco eandem obtinere existimo. Ante
nium mõstrauit mihi semen, è Creta allatum, Doct. Echtiu
quod terræ concreditum feliciter excreuit, at dißimili fo
ma ab uulgari nostro. Grauiter nemo hic peccat, consue
tam melilotum usurpans, Herbarijs Hollãdicis Malloe
Coloniensibus Amloot. Germaniæ superiori Wil
denklee, Gal. du melílot, Ital. melíloto, Ghírlan
detta dí campagna. legũtur adhuc alia emplastra, &
Ceratiformia, apud Galenũ lib. 1. per genera, uidelicet alb

& lib

lib.2.ac 5.uiridia. Amplius Melina, aurei coloris, gilua, ra: & lib.6.fusca. Rursus apud Paulum 7.cap. 17. Aëtium toto adeò libro, & 15. Præterea Nicolaum Alexãdrinum tuarium, Myrepsum, Scribonium, & alios quæ cognosce- uolentes, ex eorum lectione requirant. Nobis propositum t, non omnia, sed quæ in Officinis communiter fiunt, per- ui. Atque sic omnem de eiuscemodi medicaminibus sermo- n necessarium absoluisse mihi uideor. Itaque nunc bonis ibus, octauum librum aggredior.

Libri septimi, de compositione medi- camentorum finis.

IBER OCTAVVS,

DE COMPOSITIONE Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronen- burgio, Doctore Medico.

HIPPOCRATEM omnium primum medi- cinæ uiam inuenisse, Galenum deinde multis no minibus illustrasse, deniq; posteriores insatia- bili pene rerum naturalium studio incumben- s, tantùm non absoluisse, nemo eruditus est, qui non luben- r agnoscit: sed reclamant pauci, grandiores quàm ut spe- nt: craßiores, quàm ut poßint ipsam rem intelligere. Nam elut in omnibus ubiq; disciplinis, ita etiam in Medicina dhuc sunt blattarij quidam, perpetua inscitia obruti, stu-

diostis omnibus inuidentes, atq; alienam operam carpen-
His persuaderi non potest, quin semel omnis eorum autor
collapsura sit, si Medicinam, ex ipsis fontibus, studiosi pe
Præterea quia eruditiores, principū, magnatum, celebr
uirorum, ac laudatarum rerumpub. beneuolentia fouer
dent, eò uehementius afficiuntur, quò ipsi contemnuntur
gis: ac propterea continua æmulatione, talibus frustra
gare nituntur. Atqui cùm ipsi Philonide quopiā indocti
haberi poßint, totiq; orbi deridendos se proponāt, ampl
confutatione indignos cēsemus. Quis etenim uir bonus, e
modi deprauata ingenia non negligat, & respuat? pro
cum nobis constanter is scopus propositus sit, ut artem
stram, si non illustriorem, certè dilucidiorem reddamus, h
iniquum puto, si me quoq;, non de curru aut plaustro ina
fabulas, sed seriò de medicamentis componendis loquentē
serentemq;, homines audiāt: & si bene horas collocasse ui
bor, laborem boni consulant: sin minus, hoc est, in quibusd
humana incertitudine aut deliquisse, aut hallucinatum fu
conuincar, haud grauatim errorem confitebor, tantùm m
nentes quæso, à conuitijs caueant. Etenim errare hominis
erratū nō agnoscere, arrogātis. Atq; ideo tot extant etia
nū doctißimorū uirorū Apologiæ & retractationes, quib
aut sese excusant, aut interpretantur, aut malitiosas calum
nias refellunt. Et est cōmunis mortalium calamitas, ne quis
absolutū siue beatum, ante ultimum diem reputet. Ista pr
monuisse sufficiat. Nunc octauum librum orsurus, & phili
tros, & pharmacopœos exercebimus, in ijs parandis ole
quæ nostra tempestate, in præstantißimis quibusq; officin
reperiuntur, idq; pro consuetudine nostra, iuxta alphabeti
seriē adiungentes locis obscuris expositiones, pro imperiti
ribus. Sed priusquam peculiarem scripturam aggrediar,

gene

nere de oleo dicam. Id ſicut humorum præſtantißimus ha-
tur, qui foris corporibus noſtris cõueniunt, ita plantis &
ibus omnino infeſtißimus: cuius opificium Ariſtæus prin-
ps excogitaſſe fertur Plinio 7. ca. 56. Abſolutè & ſimplici-
r ſcriptum oleum, ex oliuarũ cuiuſq; generis baccis expreſ-
m intelligimus, reliqua omnia per translationem & abu-
m, quemadmodum Galenus 2. ſimpl. cap. 7. ac li. 6. luculen-
ßimè docet. Plinius 15. ca. 3. oliuæ præſertim immaturæ ſuc-
m dixit. Fructus uerò, ex quo oleũ premitur, ſolus ex omni-
s, oliua nuncupatur, & arbor olea, quamuis grãmatici in
s uariant: ſed nos de rebus, non nominibus, & quomodo in
edicorum, non Grammaticorum ſchola intelligantur, diſ-
rimus. Græcè tam oliua, quàm olea ἐλάια uocatur, atque
ſum oleum ἔλαιον. Illius ortus Mineruæ cum Neptuno de
mine Athenarum urbis contendenti, eorundem teſtimonio
tribuitur, ſicut Conſtantinus Cæſar libr. 9. Agriculturæ
p. 1. eãdem hiſtoriam recenſens oſtendit. Vnde etiã Maro
cinit primo Georgicorum;

Oleæq; Minerua inuentrix.

Quanquam alij eius inuentionem Oſiridi malint aſcribe-
, autore Diodoro li. 1. Antiquorum geſtorum. Iam ne extra
eas feramur, paucis de harũ generibus attingemus. Eſt olea
tiua & ſylueſtris, Oleaſter dicta, utraq; magnam cognatio
m habet, ac non facilè, niſi fructus diuerſitate diſtinguitur,
i in hac, quàm illa, ſapidior conſtat. Plinius, autoritate Vir
lij, tria genera refert, lib. 15. ca. 1. Decẽ Columella 5. cap. 7.
acrobius Saturnal. 3. ca. 20. ſedecim. De oliuetis inſtituen-
s Palladius in Februario, Titulo 18. Itaq; plures olearum
fferẽtias, pro ætate, ſatione, loco, arte inducta alteratione,
r commiſtorũ natura, exiſtere eſt neceſſe, cùm ſit uelut ma-
ria cæterorum medicaminum: quicquid enim herbarum,

florum, siue cuiuscunq; rei oleo inditur, odorem suum m
festè in eo relinquit, & uires deponit ualentißimè. Est
per oleorū aliud maturum, uetus, candidum, dulce, pe
dum, odoratum, moderatè calidum, & optimū (id in su
uasis, aut saltem supra dimidium pleno fieri Macrobius
Saturnal.ca.12.definiuit, & Cælius Antiquarū lect.28.c.
ac Ruellius 1.ca.143.atq; usus quoq; comprobat.) Aliu
maturum recens, uiride seu crudum, Græcis Omotribes,
nis Omphacinum, ex immaturis & acerbis nimirum o
expressum, nominatur. Hoc magis illo tū refrigerat, tum
stringit, & diutius multò seruatur. Præstat recens, odor
purum, quod non mordeat, quodq; intuenti translucidū
nitur. Cōmodißimè in uitro sub terra reponitur, utpote
tura frigido, quo olei natura gaudet. Si tale non habetu
nouis fictilibus gypso oblitis, ad Septentrionem locis si
Hinc imbres copiosos, oleū in amurca deterius reddere, T
phrastus 1.de Causis plant.ca.23.scriptum reliquit. Cæte
qua ratione oleum frigore concrescat: uinum, acetum, a
marina, non, Alexandro Aphrodisiensi in problematis
Macrobio Satur.lib.7.ca.12. Gellio 17.ca.8. ac Cælio An
lectionū 30.ca.25.discussum habetur. Qui ferrum emollir
lunt, oleo oblinunt: qui indurare, aqua mersant. Oleæ ser
rationes Theophrastus li.2.ca.7. & de Causis 1.ca.3. Pli
ex Catone 15.cap.5. & 17.ca.18. & omnem adeò eius cur
Constantinus toto lib.9.agriculturæ suæ ostendit. Oliuita
autē aßignat Columella lib.12.ca.50. quarum diligentia
negligentia, oleum ipsum uariatur. Atque ista obiter dix
haudquaquā arbitror inutile erit, ut non tam olei inuent
nem, quàm naturam, genera, differentiam, delectum, & q
bus locis tutò seruetur, cognoscamus. Quoties uerò aliqui
simplex oleum inijcitur, puta flores, stirpes, fructus, semi
radic

adices, & ſimilia: tunc alium atque alium doctrinæ modum
oſtulat. Nam quod ex floribus conſtat, aliud diu inſolatur,
liud pauco tempore: nullum tamen cum floribus coctionem
lerat, imò ne ſolem quidem æquè omnes: quia flores ſubtiles
r inualidiores, promptè difflantur, unde uirtus quoq; reſol-
itur euaneſcitq́; idcirco ij diuturnum aërem non ferunt, nec
llam cocturam, aut ſaltem ebullitionem: tales iudicantur li-
a, cheiri, ſambuci, meliloti, & ſimiles. Porrò qui ualidã odo-
is uim, pluribusq́; diebus conſtantem edunt oleo merſi, tale
nſolatu tenuius magisq́; utile redditur, ſicut habetur quod
x roſis, uiolis, chamæmelis, nymphæis, papauere cõſiſtit: cui
nnumero oleum Anethinum, rutaceum, nardinum, melinũ,
yrteum, & id genus alia, quæ in duplici uaſe coqui deſide-
ant, antequam colentur. Similem ratione expetunt, ex ſtir-
ibus, ex fructibus, ſeminibus, ac uarijs inſuper ſpeciebus con
ſtentia: Diſsimilem quæ torculari premuntur, ut amygda-
inum, laurinum, nucũ, ex ſeminibus papaueris, lini, & quæ
er alembicum eliciuntur. Sed hæc omnia, multiplici opera,
& ordine inter ſe diſcrepante conficiuntur, quod particula
i ſtudio, ſuis quibusq; locis manifeſtabimus. Quoties in oleis
rte parandis, uinũ ſiue ſuccus recipitur, is leui coctura ab-
umi debet, quod ita intelligitur. Etenim ſi guttulas aliquot
x uaſe oleum ac ſuccum habente ſpatha in ignem conijcias,
on crepitant, neq; flammæ repugnant: ſecus fit ſucco non-
lum conſumpto, quapropter diutius adhuc coquendũ, donec
rurſus facto periculo, id quod modò diximus, conſequimur.
Nonnulli homines, inquit Galenus 4. ſanitatis tuendæ, diu
macerari, tum flores, tum ſemina, non ferentes, partim ea
percoquere in oleo coguntur, partim aquam inijcere, utiq;
qui cautiores ſunt: quo uidelicet nec torreantur, quæ ſunt
iniecta, nec oleum uſtionem odore referat. Qui uerò his ma-

gis sunt curiosi, in duplicibus ij uasis coquunt: hoc fit
in lebete, in quo sit aqua feruens, inseritur exiguum ua
lum, in quo fundi oleum debet, id quod sanè nos facimus,
tamen ad semina florésue coquendos: quippe hac coc
minimè egemus, propterea quòd ea diu maceramus.
uerò celerius ea præparare cogitur, huic necesse est, &
prædictum est) præcoquere, & ne torreãtur, aquã uinú
inijcere, alterutrius tantum, quantum coquendo totum
nescet. Is modus erit, si quadruplum eius, aut quintuplu
leum sit. Sic Galenus. Ego nunc particulariter ad fac
olea uenio.

Oleum Absinthij.

Fit, ueluti oleum Chamæmelinum.

CRONENBVRGIVS.

Non dubium quin ab oleo, & absinthio, nomen huic
ditum sit, sicut eiusdem generis omnibus, à rebus ingredi
tibus. Neq; mirandum cur à nullo celebri autore tradat
licet in humida frigidaq; uẽtriculi intemperie, potentißi
iure censeatur. Id factum conijcio, quod uulgare & quib
libet cognitum, aut non usque adeò uetustum fuerit. Sed d
Dioscoridem, atq; alios claros Medicos diligenter inqui
ferè semper uni parti florũ siue herbarũ, tres olei admixt
inuenio. Hos ergo secutus, simili ratione, & hanc composit
onem parãdam existimo: cuiusmodi exemplum profusius
oleo rosarum explicabo. Serapion de Antidotis capite 25. e
Auicenna lib. 5. Tract. 10. ex Dauic uno olei sesamini, & un
cijs duabus absinthij parant. Sed hic considerandum Dauic
siue Durach, quod in synonymis à Serapione 3. particula, Sa
ladino, ac Pandectario cap. 199. putatur pondus sex granor
hordei, interdum trium, quomodo tam exigua mensura, un
ciæ du

e duæ absinthij madescere queant. Itaq; necesse erit, alteru ius lectionem ut deprauata reijcere, & dosim alterius au- re. Villanouanus in Antidotario, quatuor portiones olei, tres absinthij constituit. Placentinus duabus uncijs absin ij, libram olei affundit, insolando diebus quadraginta, cap. .de Medicinis. Quiricus de Augustis, Luminis Apotheca- orum autor, herbæ absinthij, tantundem succi eiusdem mi- et: eritq; ita paratum efficacius.

Oleum Amygdalarum dulcium Mesuæ.

Recip. Ex amygdalis mundatis ab utroque cortice, quantitatem quam uolueris, tere cõtritione ultima, in mortario lapideo: pòst dimitte loco calido, circiter horas quinque. Iterum tere, ac pone in zaynari, id est, torcu lari, atque oleum exprime. Vel in uase du- plici, hora una coque. Vel sub arena ca- lente, aut cinere, amygdalas sacculo inuo- lutas foue: deinde eodem modo fortiter constringe. Aut tritas, & in pasta loco ca- lido subactas, affusaq; pauca aqua calfacta, simili ritu, comprime.

CRONENBVRGIVS.

Amygdalas pinguem atque oleosam qualitatem partici- pare, supra quotidianam ac uisoriam experientiam, Gale- nus quarto Simplicium, cap. septimo, & de Alimentorum facultatibus secundo asseruit. Nicolaus ille Alexandrinus, cap. libri sui de Compositione medicamentorum 729. hoc modo condit:

Rec. Olei libras quinque.
Amygdalarum purgatarum, uncias xxiiij.

Amygdalas tritas & maceratas oleo per
duum, ad medias coque, ac cola. Sici

*Hodie per solam contusionem & expreßionem, oleu
sed uarie. Præstiterit uerò recẽtes electas sine pelliculis,
ctè contritas, in uitro aut uitrato uase, aut saltem sta
occluso, reponere, quod mox in aliud uas aquam conti
trãsferatur, lentoq; igne incalescant, ut amygdalarum
stantia dissoluatur. Id quarta parte horæ, aut citius, pro
tione ignis, fieri potest. Mox recluso uase, effundantur a
dalæ, in sacculum canabinum nouum, aut setaceum re
stum, aut stamen uulgare, & continenter torculari,
prælo librario aßiculis utrinque, hoc est, suprà atque i
appositis, iuxta ignem fortißimè exprimantur. Hic m
ut est facillimus, ita quoque omnium præstantißimus: qu
uis alios aliter atque aliter facere cognoscam. Non ta
probo eos, qui mola trusatili, affusa interdum aqua,
terdum oleo, eliciunt: quanquam tolerabilius sit ole
paucum dulce, quàm aquam affundi, quando copio
oleum expetitur.*

Oleum Amygdalarum amararum Mesu

Paratur sicut oleum ex amygdalis dulcibus.

CRONENBVRGIVS.

*Dioscorides li. 1. ca. 33. ad sequẽtem modum facit: Semod
(sextarij tres) ex amaris nucibus repurgatis, siccatisq;,
pila ligneo pistillo leniter tunditur in offas, & aquæ ferue
ctæ sextarius adijcitur, ac postquam media hora hum
rem hauserit, uehementius quàm antea tunditur: mox ta
bellis premitur, & quod digitis adhæsit, concha excip
tur. Preßis his nucibus rursum hemina aquæ inspergitur
quam postquam ebiberint, iterum exprimuntur: singula
hemina*

eminas reddunt, singuli modij. Hactenus Dioscorides. Atqui te secundus ferè modus, olei amygdalarum dulciũ Mesues se uidetur. Paulus lib. 7. cap. uigesimo, simplex ac composi-um habet. Nicolaus Alexandrinus cap. supradicto simplici-er conficit, uelut Mesuæ. Actuarius cap. proprio, tantùm on Dioscoridem exprimit, ubi expendendum doctis propo-o, cur Ruellius utriusque interpres, hoc est, Dioscoridis, & Actuarij, in uno censuerit uertendum, amygdalarum repur-atarum semodium, in altero chœnices quatuor, quum alio-ui una eademq; sit in utroque totius dictionis sententia? Deinde ad finem compositionis, apud Dioscoridem, singulos nodios (amygdalarum) singulas heminas (olei) reddere dixit, uando tamen apud Actuarium quatuor chœnices, hemi-am olei cõficere ait, dißimili prorsus scriptura, ac inæquali omnino mensura: nisi aliter apud hunc quàm illum sonet Græcus textus, quem nondum uidere potui. Marcellus Vir-gilius pro semodio, quartam partem modij interpretatus est: ic semodium amygdalarũ, heminam unam olei reddere scri-psit, contrario rursus sensu. Quid autem chœnix, quid hemi-na sit, diligenter aperiemus, uolente Deo, libro horum Com-mentariorum decimo, ubi de omnibus mensuris, atque pon-deribus, explicabimus. Istud oleũ Græci pariter omnes Me-topium appellant, quos sequutus est Plinius decimoquinto, cap. 7. Nunc in Myropolijs, ex contusione, & expreßione amygdalarum amararum seruatur, quas Galenus, Plinius, Celsus, & Neoterici quidam, Nuces amaras appellant. Si-mili omnino studio ex iuglandibus, atque auellanis, & alijs seminibus fieri possunt.

Oleum Anethinum Mesuæ.

Componitur ut Chamæmelinum.

CRONENBVRGIVS.

Diosc.lib.1.cap.50.libris octo,& dodranti olei, flori[...] thi libras undecim,& bessem admiscet.In oleo,diem un[...] cerat, tunc manibus premit, ac recondit. Quòd si uir[...] tendere uelimus,recentes anethi flores, iterũ in oleo de[...] gimus, eadem ratione.Paulus Aëgineta lib. 7. cap.20.[...] refrigeratæ uiridis anethi unciam unam,olei dulcis sex[...] Italico adijcit,soli xl.diebus uasis ore cõstricto exponit.[...] prorsus Actuarius cap.proprio, & Myrepsus oleorum[...] 15.referunt. Aëtius autem à Paulo uariat,duplo pon[...] Nicolaus Alexandrinus,cum Mesue sentit cap.730.Gal[...] 6. simpl. de Anetho, oleum ex eo fieri manifestè indicat[...] utriusque quantitatem subticuit. Similiter 3. ac 4. sanit[...] tuendæ lib. ubi cum ex sicco, tum ex uiridi anetho, comp[...] assueuisse innuit,dum remedia cutim densam relaxantia [...] facientiaq; numerat. Mauritanus Serapion ex libra una[...] media olei, & uncia una seminis anethi siccati compo[...] quem Auicenna sequutus est. Conficiendi insuper ungu[...] anethini formã ostendunt Paulus.7.cap.8.Alexandrinus [...] 302.Actuarius cap. de Vnguentis. Interim ego cum M[...] nardo non uideo, quomodo illa pauca apud Dioscoridẽ [...] quantitas, tam multam florum Anethi mensuram recipi[...] probeq; madescat,præsertim quando Aëtium,ac Paulũ co[...] templor.Hactenus de oleo,nunc de herba, paucis expedia[...] Vulgaris est notitiæ,ita ut nemo ueterum pingat:tam La[...] nis quàm Græcis Anethum dicitur.Remedia Diosc.3.cap.[...] docet, & Galenus sexto Simplicium, Aëtius primo, Plin[...] 20.ca.18.Apuleius cap.121. Auicẽna lib.2.cap.72.& Aëm[...] lius Macer eleganti carmine.Paulus Aëgin. uocat Anemi[...] lib.6.Serapion ca.simpl.326. Xebeth.Vulgus Dillkrau[...] ac Dillen.Gall.Anet.Ital.Anetho.Ex recẽtioribu[...]

aneti[...]

ethi faciem monstrāt Ruellius libro 3.cap.43. Tragus To-
) 1.cap.150. Fuchsius & alij. Eadem herba exarefacta, ac
bulis carnibus interiecta, uix dici potest quantopere sapi-
s faciat. Galenus quoque in albo iure utitur, & pisces per-
ıdit. Culinariæ Coloniensiū fœminæ, ac Rheni accolæ, re-
ns semen, commendabili sapore, braßicis capitatis cōdien-
s interspergunt.

Oleum è Balsamo Mesuæ.

Fit ex planta cubitali aut bicubitali rutæ agrestæ simili,
ius cortex Orientē spectans scarificatus, aut scalpello uul-
ratus, lachrymas fundit, estq; ipsius arbusti pinguedo. In-
rdum quidam palmites, siue surculos eiusdem plantæ, Ve-
s initio in pila terunt, mox in aqua coquentes, torculari
primunt, uocantq; Oleum Balsami. Sunt insuper alij, sur-
los tusos in oleo ueteri ad quadraginta dies insolantes, de-
de in duplo uase coquentes. Rursus surculos in eodem oleo
s renouant, tandem colant, ac reponunt.

CRONENBVRGIVS.

Nunc cum nobis hoc loci de Balsamo proposita sit dispu-
tio, non poßum non in primis imperitorū quorundā gre-
em eximiè improbum uituperare, qui apud simplicē ple-
em, in medijs foris, buccis inflatis, factitium balsami pro ge-
uino liquorem exponunt, atque inepta quadam sermonis
landitie rhetoricen suam edunt, atque ita illorum animos
lectāt. sed horū insignis impudentia simul & dānanda im-
ostura, probatißimorū autorū testimonijs detegetur: par-
im ut credula nimis turba melius instituatur, ac re uelut
dice monstrata, ueritatē agnoscat: partim ut eiusmodi ne-
ulones, proborum hominum mentes tot quotidie mendacijs
emungendæ tantùm pecuniæ gratia) ludificare desinant. Et
hic

hic me uera dißerētem patienter ferant uolo. Nam quæ h
erit aut iniuria, aut consuetudo? Talibus ne prudenter ma
tiosis inanem loquacitatem, imò arrogantem uerborum j
nitum, ac quamcunque in proximo fraudem exercere lic
bit: mihi uerò publicè cum autoritate Medicinam exerce
ti, id quod res est explicare, atque indicare, non permittetu
Sed utinam in solo Balsamo blaterones isti consisterent,
non uasta linguæ garrulitate, sacrosanctam artem nostra
temerarent, ac defœdarent peßimè, quando nullum pror
morbū esse iactitēt, cui illi protinus succurrere non quean
unde auidam audientibus spem immani pollicitatione in
ciūt. Eiusmodi nebulones scelerati duo, alter Italus, Flandr
alter, testimonio mutuo, mutuo officio utētes, & uelut di
solet, mutuū se scabētes, dū alter alterius præconē pariter
interpretē specioso equidem dolo agebat, anno post CHR
STVM *natum quinquagesimo, celeberrimā urbē Agri*
pinam Coloniam ingreßi, ne fraudulentis technis præclar
fucus deesset, famosum sibi diuersoriū, quod durum pugnu
pro symbolo habet, ad fœnarium forum, diligētes, publicè
impunè (nescio qua Senatus amplißimi sapientißimiq; i
dulgentia) quàmplurimis, magno ære, imposuerunt, in int
lerabilem artis contemptum, & eiusdem professorum ini
riam, ac ciuium dispendium. Ego tamen constanter tūc M
dicorum unus, eos erroneos impostores, & spendidos ci
cumforaneos corripere sum ausus, fucumq; palàm deteg
re: quod etiam multò confidentius per me factum fuisse
nisi quam in partem, tale meum consilium, non dico a
æmulis raperetur, uerùm insuper ab amicis interpreta
retur, ueritus essem. Atqui hos nunc missos facientes, Ba
sami historiam enarremus. Dioscorides itaque libro prim
capite decimooctauo, in sola Iudæa ualle quadam, e

Aegypt

egypto, arbuſtum naſci teſtis eſt: cui Diodorus Antiquo-
um geſtorum tertio, cap. de Indis, &c. & Strabo decimo-
xto, ſubſcribunt. Aeſtiuis, inquit, ſub ortu Canis, ardori-
us, arbos unguibus ferreis inciditur, manatq; è plaga ſuc-
us, quem Opobalſamum uocant, ſed tam exiguo ſtillatu, ut
nnis ſingulis, ne plures quidem, quàm ſeni ſepteníue con-
ij cogantur, inibiq; pondus duplo rependitur argento. So-
inus uerò cap. 38. lignum caudicis attrectatum ferro, ſine
nora mori, teſtatum reliquit. Eapropter aut uitro, aut cul-
ellis oſſeis, ſed in ſolo cortice, artifici plaga, uulneratur.
Egeſippus acutis lapidibus id fieri ſcribit libro primo exci-
ij Hieroſolymitani, cap. decimoquinto, & circa Hierichun-
em oppidum, Balſami hortum fore, libro quarto, cap. deci-
moſeptimo. Huic acquieſcit Ioſephus de bello Iudaico libro
primo, cap. quinto, & Antiquitatum decimoquinto, cap.
quarto addens, nuſquam alibi quàm in Iudæa naſci, eſſeq;
pretioſiſsimum. Quin Iuſtinus Trogi Pompeij teſtimonio
fretus, incredibile tradit, quantum opes Syriæ genti ex ue-
ctigalibus Opobalſami creuere, quòd his tantùm regionibus
gignatur. Theophraſtus nono Plantarum, cap. ſecundo &
ſexto, lachrymam ex Balſamo exiguam manare ſcribit, odo-
re adeò eximio & copioſo, ut procul ſeſe exerat eius pauci-
tas: ſed interim nullum liquorem ſyncerum ad Græcos de-
ferri queritur. Plinius 12. cap. 26. inter Iudæos & Romanos,
pro frutice dimicatum eſſe refert: hic genera tria, ille duo
aſsignat. Succus è plaga manat eximiæ ſuauitatis, ſed tenui
gutta, ut Magno Alexandro res in Iudæa gerente, unam
die æſtiuo concham impleri iuſtum eſſet, ac duplo repende-
batur argento. Cornelius Tacitus libro Annalium 21. modi-
cam arborem aſſerit, & ut quiſque ramus intumuit, ſi uim
ferri adhibeas, pauent. Venæ fragmine lapidis aut teſta ape-
riuntur.

riuntur. Vnus autorum, quos equidem legi, Pausanias,
Balsami magnam in Arabia subnasci, arbitratus est. An
satis igitur, ex tam uetustis clasiicisq; scriptoribus, prob
quis opinabitur, nos uerũ Balsami succũ nec habere, nec
bere posse? Sed hoc ipsum, & ratio, & usus cõfirmat. Acc
his, quòd difficillime extra prouinciã mittatur, & pauci
ma quãtitate, sed immenso pretio: siquidẽ duplo argẽto p
dus eius repẽdi solet. Quin & constans fama est, regios a
Memphim hortos aut desiisse, aut incultos iacere. Galen
quoque de Antidotis primo testatur, sua ætate adeò ill
adulterari, ut exercitatissimos falleret. Est autem succi p
batio, ut sit recens, ualidi atque eximij odoris, syncerus, n
acidus, dilui facilis, leuis, adstringens, modicè linguam m
dens: peior est uiridis crassusq;: pessimus niger. Multis do
corrumpitur, quos ita distinguere oportet. Nam syncer
laneæ uesti instillatus, neque maculam facit, neque si elu
tur, notam relinquit. Idem lacti infusus coagulat, celerit
cùm in hoc, tum in aqua liquatur, subsidet, coloreq; lactesc
ac uetustate crassescens, deterior fit. Corruptus autem o
modo innatat, aut in formam stellæ diffunditur. Ruellius f
rum genuino liquore perunctum in igne ardere, adulteri
nequaquam scripsit libro primo, capite trigesimoquint
Eat nunc imperitus populus, & fallaci agyrtarum turb
de Balsami oleo garrienti credat. Atqui nostri seculi al
quot docti homines, huius succi copiam ac efficaciam,
Officinis Medicis, desiderari cognoscentes, singulari studi
& artificiosa coniectura, olea facultate propinqua med
tati sunt, cuiusmodi formas paulò pòst subscribemus. Se
Pharmacopolas præmonitos uelim, ne sibi, in nundini
aut mercatu, ab impostoribus imponi patiantur, quan
do ipsimet illa non conficiant, quod tamen fieri uehe
mente

nter cupio. Quidam in ueri Balsami penuria, oleum ex
ribus Lauandulæ nostræ collectum usurpant. Valerius
rdus oleum ex Gariophyllis factum probat. Ego autem,
stipulante sagacißimo Medico Ioanne Echtio, ex myr-
 syncerißima, oleum elici in huius uicem procuraui, dum
ritißimus Pharmacopola Coloniensis, Dominicus Mi-
ridatium nobis intuentibus absolutißimè pararet, an-
 quadragesimonono, sub Calendas Februarij, ac sequen-
protinus anno, Ambrosius, diligentißimus fidelißimusq;
am Pharmacopœus. Cæterùm haud clam me est, pro
lsami succo in succedaneis, Galenum nostrum, sta-
n myrrhæ, uel oleum Irinum supponere. Id à doctri-
 nostra non est alienum, quia stacte est sudor, aut ex-
eßio recentis ac pinguis myrrhæ, cum exigua aqua
æ, uelut Dioscorides libro primo, cap. sexagesimoseptimo
cet. Ea perquàm odorata, & pretiosa existit, facitq; per
nguentum, stacte appellatum, cap. 62. Paulus stillatitiam
yrrham lib. septimo, cap. uigesimoquinto uocauit. Quin
inius duodecimo, cap. decimosexto myrrhæ arbores, sponte
iusquàm incidantur, stacten fundere, cui nulla præfertur.
adit. Diuus Hieronymus quoque hanc ipsam, myrrhæ
ttam siue stillam interpretatus est, in Ezechielem cap. ui-
simoseptimo, & explanatione Psalmi quadragesimiquar-
 ad Principiam uirginem, ubi inter cætera inquit: Nar-
nt & hi qui aromatum nouere uirtutes, stacten, florem es-
myrrhæ. Atque ideo opinor Marcellus in Dioscoride suo
nguißimum myrrhæ florem dicere uoluit. Rectè igitur à
n. Echtio, & me, (nisi fallor) myrrhæ oleum, pro Balsami
cco, positum fuit, quando neutrum incorruptum habemus.
estatur Amatus Lusitanus singulari fide, in enarratione
a 18. primi libri Dioscoridis, se legitimũ opobalsamum, ex

Peru

Peru nouiter inuenta regione, aduectum uidisse, atque exp
rientia comprobatum habere: Id decuplo argenti ponde
ob eximiam eius facultatem, redimitur. Eius hoc testimo
si uerum habetur, possemus & nos eundem liquorẽ imp
dio, ac studio consequi. Porrò à Serapione cap. simplic. 46
alijs Arabibus, storax liquida nuncupata, non est stacte c
senda, ut nec nostra uulgaris, quia amaritudinẽ gustui n
lam, fragrantiam nullam (ut alias dotes Galeno lib. de A
tidotis scriptas prætercam) edit. Errant itaque uehemen
illi, qui stacten à myrrha discernere negligunt. Errant pr
terea, qui Officinis usitatam, rem factitiam, odore tetro
myrrha alienißimam, pro stacte usurpant: quos non refelle
dos, sed potius cõtemnendos existimo. Nam Hippocratis a
te dignum, optima quæq; deligere, ac pro uiribus Medici
studium locupletare, decet: non autem rectè inuenta depr
uare, quemadmodum & hi faciunt pariter, & illi, quos s
prà notaui. Nunc eas compositiones aggrediar, quæ in u
Balsami, à plerisque doctis reponuntur.

Oleum Balsami artificiale uocatum Gui helmi Placentini 4. Practicæ suæ, cap. 20. de oleis.

Recip. Carpobalsami, myrrhæ, nucis Indica
ana unciam mediam.
Hypericonis unciam unam.
Tere crassiuscule, quibus admisce olei uete
ris uncias quinque.
Terebinthinæ, unc. unam cum dimidia.
Post hæc simul commoueantur sursum ac de
orsum, & in figulinum uas coniecta, pruni

imponantur

imponãtur, occlusis undiq; rimulis, ac chymica ratione destilla. Ad finẽ recluso operculo, adde Moschi grana quinque.
mbræ grana tria.
lei ex lateribus uetustis unciam unam.
oc Balsami uice tutò usurpatur.

Aliud præstantius, eodem autore.

ecip. Olei libram unam, & mediam.
Iyrrhæ, xylobalsami, opopanacis, bdellij, aloës, carpobalsami, ammoniaci, serapini, nucis Indicæ, hyperici, macis, gummi Arabici, thuris tragacanthi, ana unciam unam.
ateris triti igniti, & oleo extincti communi, uncias tres. Attamen præstat aquã nunquam sensisse.
erebinthinæ purissimæ, uncias septem.
romata subigantur, cribrentur, & ubi gummi uino odoro dissoluta fuerint, arida adijciantur: deinde in mortarium translata, ac probè cum oleo & terebinthina agitata, uasculo uitreo supra focum luculentum constituantur. & alembico more, oleum eliciatur. Hoc liquore ceu efficacissimo balsamo utitor.

Idem etiamnum plura eiusdem generis olea recenset, quæ habui necesse huc transponere.

leum Balsami Ioannis Mesuæ, cap. de Passionibus cordis, sermone de Unctionibus, quod Petro Aponensi attribuitur, & à

Guidone de Cauliaco, eximio loco habit... fuit, utpote efficacißimum, in ueri liqu... Balsamites penuria. Habet autem

Myrrhæ electæ, aloës hepaticæ, spicæ na... sanguinis dracon. thuris, mumiæ, opopa... cis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, sar... collæ, croci, mastichæ, gummi Arab. sty... cis liquidæ, ana uncias duas.

Ladani electi siue castorei uncias duas, &... missem.

Moschi drachmam mediam.

Terebinthinæ optimæ ad pondus omniun...

Arida terantur, gummi uino dissoluantur... percolentur: deinde simul mista terebint... næ committantur. Postea figulino inclu... & ex more operculo adaptato alembicē ... ligenter destillentur, Balsamo est proxim...

Hic in uulgari scriptura Mesues, mutaui ℥ in ʒ meli... Codicum fide, ac cōmodiori ponderum augmēto. Ac fac... est lapsus alterutrius, propter signorum uicinitatē maxi... Eapropter nos in toto Opere integras notas expreßim... Refert adhuc aliud Montagnana in Antidotario, capite... Vnguentis, inscriptione, Ad Balsamum faciendum. Id p... rique Antuerpiæ, præ omnibus eius farinæ oleis deligūt. ... militer Ioannes Vigonius tria diuersa ponit, quæ nos, nim... prolixitatem fugientes, hic omisimus.

Aliud uiride.

Recip. Olei oliuarum, terebinthinæ, ana l... bram mediam.

Virid...

Viridis æris drachmas sex.

Fiat oleum.

Certè si quis oleum terebinthinæ, in cupreo uase ad unā diem permittat, omnino uiride postridie uidebitur. Atq; hoc esse arbitror, quod uulgò à circumforaneis, & Officinarijs quibusdam exponitur, quò quæstum alieno periculo lucrantur, morbumq; ex morbo nectunt: unde noua uitia, nouū quæstum, semper faciunt, perditißima telluris onera uerius, quàm homines. Alexander Benedictus lib. 15. cap. Aegyptios, factitium opobalsami genus, ex cortice recenti odoratißimo, amygdalino oleo feruefacto, parare scribit, singularis odoris, si recens misceatur. Ioan. Manardus lignū & fructum balsami, ad integrā diem, oleo ueteri madefacit, extrahitq; deinde per chymicā artem oleū, & adseruat ceu opobalsamū, ad multiplices usus. Hanc dictionē Iacobus Syluius 3. Com. suorum in Mesuen reposuit. Villanouanus Breuiarij sui lib. 1. in additionibus. cap. 24. aliud memorat balsamo æquipollens. Legi quoq; nuper apud Euonymum Philiatrum de Remedijs secretis plerasq; compositiones, atque alia in manuscriptis libris, quas omnes hic omitto, cùm satis sit superiores aperuisse. Cæterùm hoc loco à me nemo aura expectet de ijs cēsuram ullā, sed quisq; Seplasiariorum, periti diligentisq; Medici consilio amplectatur, quod imprimis probabile arbitrabitur. Id certè indubitatū haberi debet, multa simplicia, ex quibus ea olea consistunt, subinde sophisticata, subinde omnino in regionibus nostris non reperiri, quod suprà in quibusdā ostendimus. In summa, uiros bonos suum iudicio ubiq; delectum facere uelim, cogitareq; num ex enarratis oleis unū, aut alterū ipsi censeāt parandū, an malint ancipiti fide à peregrinis hominibus emere, qui uix dici potest, quātopere nobis imponāt. Vnde uerißimè ac doctißimè

ſimè in quadam epiſtola Hieronymus Gemuſæus Me
in hæc uerba: Medicamenta non omnibus in locis naſc
optima, ſed alia alio genere regio præſtat. Aſphaltū &
balſamum Iudæa gignit: ſed quæ quibuſq; in regionibus
optima, aut talia nō mittuntur, aut nō niſi mille mod
tiata, ad nos portātur. Quando enim iam olim imper
tius obtinentibus, & libera commercia facientibus, ha
rerum ſtudioſis hominibus, tamen nec paſsim, nec apu
mnes reperirentur ſimplices medicinæ ſyncere (nam u
pud paucos, & non niſi ſummos Imperatores) quāto m
hoc tēpore, in tanta rerū ac hominū difficultate, tenent
latè omnia loca barbaris, & ferocibus hominibus, & u
rum ad id idoneorū cōmercia prohibētibus: ac proinde
proborum auaritiæ, & libidini, nullam nō imposturæ c
ſionem facientibus? Sic ille. Itaque denuò omnes conſta
moneo, ut quàm minimo uitio compoſitiones inſtituant
mi potius quàm feris, cū diſpendio ac fraude experian
Supereſt nūc, de nuce Indica quædam adiūgere, atq; ſic
ſermonē finire. Hæc ut uetuſtioribus Græcis medicis in
quens, ita in recentiorū compoſitionibus freqūes habet
à quibus Arabū ſectatores, aut illi ab his mutuarunt. Q
autem reuera ſit, incompertum mihi eſt. Mirum ni ex In
ueniat, unde eidem nomen. Non deſunt regiam nucem ſe
uncias Galeno pendentem arbitrantes, quibus non acqu
ſco, quia hanc, & Perſicam, & iuglandem, unam eander
eſſe ſcio, ex Plinio lib. 15. cap. 22. Macrobio Saturnal. c
18. Conſtantino 10. cap. 73. & Ruellio ueterū doctrinas re
rente 1. de Natura ſtirpium, cap. 89. Quam Indicæ cogno
ne oſtentāt Officinæ, prægrandis eſt, & fructus cuiuſdam
boris, palmæ effigie creditur, magnorum melonū inſtar. P
gitur Serapione cap. 228. atque Auicenna cap. 509. Cano

2. Amat

Amatus Lusitanus in Dioscoridem enarratione 137. pri-
lib. Elatē palmam arbitratur, quod mihi nunquam per-
debit, dum bene dictionem utriusque examino. Diuites,
iq; in uitæ delitijs uiuunt, siccatum eius corticem argen-
, aut potius inaurata bractea, opere sculptorio uestiunt,
amplo fulcro excipiunt, quo in meratioribus conuiuijs,
pacis pateræ loco fruuntur. Hæc de ista nuce habui.

Oleum ex capparibus.

ecip. Corticum radicū capparis unc. unam.
em. agni casti, scolopendriæ ueræ, cyperi, ta-
marisci, ana drach. duas.
utæ drachmam unam.
)lei maturi libram unam.
ceti, uini optimi, ana uncias duas.
omminuantur crassiusculè, ac duplici uase
igni imposito, donec acetum & uinum ab-
sumantur, coquantur. Tunc sacco excolatū
liquorem, in usum transfer.

Aliud.

ecip. Cort. rad. capparor. unciam unam.
ridis, agni casti, tamarisci, ana unc. mediam.
)lei communis libras duas.
/ini uncias quatuor.
Ad consumptionem uini bulliant, duplo ua-
se, & colentur.

CRONENBVRGIVS.

Veterum nemo hoc oleum docuit: at nostra ætas præcla-
m eius uim, in attenuando, moderatè calfaciendo, resoluē-
odiscutiendo, ac corroborando splene, celebrat. Ac iure
uidem, cùm ex rebus, à ueteribus, & Galeno imprimis cō-

 mendatis,

mendatis, ad Glauconem 2. cap. 6. ac 13. methodi, con Laudo itaq; ut in omnibus tabernis paratũ habeatur. tamen scire oportet alterum altero uehementius esse, i cutiendis craßis flatulentisq́; humoribus, quod non tã culinariam, quàm medicamẽtariam pertinere arbitra siquidem illa ad pharmacopœum, hæc ad Medicum n sariò referẽda sunt, & ut uni curæ, quomodo pharma rentur, esse debet, ita alteri, quomodo commodè usurpe Miror autẽ non parũ, huiusmodi olei scripturam, apu minem autorẽ celebrem inueniri, cum tamen paßim ea inter splenica remedia legatur, absq; determinata simp ac ponderũ ratione, nec mihi anxiè perscrutanti usquã ctenus uidere contigit, nisi eo, quo scripsimus, tenore. D *gredientibus diximus aliàs, nunc solùm de agno casto niam, Diosc. lib. 1. cap. 116. duûm generum pingit. Græci gon, & agnum, quasi dicas castũ uocant, quoniam matr in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodien huius folijs cubitus sibi sternũt.* Eadem *testificatur* Gale *6. simpl. 1. Alimen. ac 6. tuendæ ualetud. Similiter Plinius cap. 9. Serapion cap. 309. Famanchest, arborem Abrahæ men uerò piperellam, & piper Eunuchorum appellat. semine solo utimur. Oleum intelligo, tenuium partiũ, q ex utriusq; excessus mediocritate participat, quodq́; ca ris frigorisq́; differẽtia, neutrum insigniter efficit, quale neque maturum, neque immaturum.*

Oleum Castorei ex uulgaribus Præpositi exemplaribus.

Recip. Castorei unciam unam.
Olei uetustissimi libram unam.
Coquantur ad consumptionem tertiæ parti

&

& cõseruetur oleum cum puluere castorei. Sine uino autem coqui nõ potest: ideo duæ aut tres unciæ affundendæ sunt, nisi in sole feruenti, absq; illo, coqui maluerimus quadraginta diebus.

Aliud ex Luminari maiori.

Recip. Castorei, styracis calam. galbani, euphorbij, casiæ ligneæ, croci, opopanacis, carpobalsami, spicæ nardi, costi, ana drac. ij. Cyperi, schœnanthi, piperis longi, & nigri, sauinæ, pyrethri, ana drach. duas, & semissem. Olei maturi libras quatuor.
Vini albi & boni libras duas.
Bulliant omnia simul uasculo duplici, ad cõsumptionẽ uini, deinde exprime & reserua.

CRONENBVRGIVS.

In manuscriptis libris, binas ab his discordantes compositiones legimus, sed quoniã debili innituntur fundamento, fieri nõ potest, quin effectum penè nullum sint edituræ: idcirco magis probaui suprà aßignatas. Actuarius cap. de Emplastris, Dia Castoriu scriptum reliquit, ex multis constãs. Arnoldus de Villa noua in Antidotario suo, recipit pulpæ colocynthidis, ac castorei unciam, cũ olei maturi libra una, & coquit ad tertias. Sed quomodo id fiat, non intelligo, cùm nullum liquorem habeat admistum. Miror superioris ætatis uiros celebres, hæc, ac similia non animaduertisse, sicut nec Præpositus: unde mihi necesse fuit, isthic uinum apponere. Nunc locus Castoris expositionem requirit, quam subtexã. Gal. de simplic. medic. facul. 11. ita scriptum reliquit: Testiculos castoris nuncupant Castoreum, medicamentum &

celebre, & multi usus, adeò ut Archigenes, de eius usu
conscripserit librum, &c. Si quis ipsum uolet ad un
læuigatum, ac oleo maceratum, parti cuipiam infr
euidenter illam incalescere percipiet. Animal ipsum
nis Fiber uocatur. Præstantissimi arbitrantur Pontic
tamen uirosos cecinit Virgilius, & Strabo uenenosos
scripsit haberi, fortè quia plurimæ plantæ in Ponto le
sunt, adeò ut mel quoque uenenosum isthic gignatur.
gus medicantium, & Apothecariorum, id quod in offi
seruatur, ipsius animalis testes constantissimè affirmat,
urgente periculo sibi præmordere dicitur, utpote gna
ob illorum mortali uitæ utilitatem, sese à uenatoribus
qui, sicut etiam poëticum, aut potius uanum hoc carm
clarat, qui se

Iuuenalis Satyra 12.

Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno,
Testiculi quoniam medicatum intelligit inguen.

Cuius quoq; opinionis fuit Columella lib. de Arborib
cap. 15. Solinus uerò cap. 19. geminos testes deuorare ait.
qui totum hoc falsum, ac commentitium. Diosc. li. 2. cap.
& Plinij 32. cap. 3. testimonio, comprobatur. Siquidē pr
dicit uanum esse quod traditur, testes ab ipsis euelli, & à
se abijci, cùm uenatu urgentur, quia tangi nequeunt, ita
in sue substricti. Posterior scribit Sextiū Medicum dilige
tissimum negare hoc animal testes sibi amputare: nec en
posse sine uita. Nec eos moramur, qui Pliniū 8. cap. 30. add
cunt, fibrum, imminēte necessitate, sibypsi eas partes amp
tare, scribentem: quoniam id illum, ex pertinaci magis uu
gi opinione, quàm uero ipsius euentu, dicere isthic arbitra
mur. Sed quid diutius rem fabulosam confuto? cùm ipsum
Brasauolum, ter, quaterq; in uiuis simul, ac mortuis fibris
idem obseruasse nouerimus. Itaque constat paruos esse, &
dorso

orso fere inhærentes. Ego haud temere dubio, ecquæ sit ma-
ria uulgaris, Castoris nomine celebrata: Miror si non sint
nes eiusdẽ. Est usus quotidiani, & in omnibus quoque cõ-
positionibus opio constantibus, quoniam contrariæ omnino
cultatis: atque ideo hac medela illius excessiua frigiditas
orrigitur. Pari ratione, & calida subinde semina familia-
a, eidem adduntur: quibus sanè omnibus, opij malitia, mor
feraq; uis obtunditur, atq; celerius in corpus distribuitur,
in profundum eius operatio acceleratur. Imò sic perpe-
uò à Græcis, Arabibus, Latinis, & in uniuersum, ab omni-
us hodie artem fatictantibus Medicis præstantibus obser
atur: licet ante annos unde uiginti præclaro cuidam uiro,
turgido mireq; temerario Medico, citra ullũ correctoriũ,
n Hollandia, opium propinari uiderim, qui certè, si non ob
liud, hoc tamen inconsulto facinore, dignus, publicè nomi-
atimq; traduci: ac ita de me meritus, nisi maior mihi hone
atis, & Christianæ charitatis, quàm illius inciuilitatis, at-
ue stupiditatis ratio cõsisteret. Cæterùm ista latius, quibus
ortasse edocuimus, ut omnes in fortium medicaminũ cõsue-
udine, prudenter agant. Nunc ad institutum redeo.

Oleum Chamomillinum Mesuæ.

Conficitur sicut oleum rosatum, sed ex matu-
ro oleo, aut sesamino.

CRONENBVRGIVS.

Hoc oleum magnificè celebratum est Galeno 3. simpl. c. 9.
ed construendi eius artem nusquã apud eum inuenio. Pau-
us li. 7. cap. 20. sumit florum, absq; albo, qui per naturalem
liem (is Galeno teste 9. methodi uigintiquatuor horas com-
plectitur) tabuerint, uncias duas, pro sextario uno Italico
olei dulcis, & tegit uas simplici linteo, ut transpiret, soliq;

quadraginta diebus exponit, postea colatũ reponit. lib.1. similiter parat, insolat, & excolatum, uase locato bulis domus temperatæ, seruat. Myrepsus ex iisdẽ rece numero oleorum 14. Nicolaus Alexandrinus ca.731. e parte florum, ac tribus olei conficit. Actuarius luteũ à dido separans, duabus florũ uncijs, olei libram affundit ladius uni unciæ florum, libram olei, & quadraginta d sole constituit. Magna autẽ diuersitate lego, apud Sera nem Tract.7.ca.25. & Auicennam lib.5. summa 1. Trac Nostrum plerique confusum hoc oleum, sine põderis c tudine componunt, admiscentes quoque pro arbitratu res, & ita reponunt. Hoc loco non possum non mirari, tandem medicastri, in talibus rebus, cogitent, cùm magi quæstum impudenter ægris illudunt, quàm prudenter c lunt, nihil pensi habentes, quomodo cum hominum salut uita agatur, modò ipsi quod uolunt consequantur: qua tamen in nulla re tantum, quantum in eiusmodi indulg periculum sit. Sed nos hoc Opere diuersum omnino scop nobis præfigentes, pharmacopolas ingenuos monere, eru re, atque adhortari nunquam destituemus, donec omnia pharmaca integrè, determinato ubique põdere, constitu Proinde in hoc parando oleo, Rosatum Mesues animadu tant. In penuria uiridium florum, siccatos accipere poss mus, ac duplici uase coquere, sed erit debilius. Superest nu de Chamomilla adijcere, quæ notior est, quàm ut multis r præsentari debeat. Græcè Anthemis, seu Chamæmelon, qu niam odorem mali habet. Tria eius genera, floribus tantù distantia inueniũtur, autore Diosc. 3.ca.131. nam flores, et intus aurei sint, tamẽ foris orbiculato ambitu, foliola can da, aut lutea, aut purpurea ostentãt: qui uerò per orbẽ ca didis foliolis uisitur, uulgò propriè Chamomilla uocatur

qu

qui luteis constat, hauddubiè Chrysanthemon. Tertius purpureis folijs, Heranthemon est. Hanc doctrinā apud Plinium lib.22.c.21.lego. Theophrastus Anthemion, & Anthenion, eiusq; duo genera constituit, lib.8.cap.13. Hermolaus Coroll.cap.585. cui Ruellius lib.3.c.69. & plurimi acquiescūt, Matricariam arbitratur: Marcellus Virgilius, Chamæmelo congenerem herbam. Diligenter admodum Tragus lib.1. cap.47. quatuor in Germania prouenientia numerat genera. Primum uocat Parthenium Dioscoridis, tertio, cap.132. que nobilem, aut Romanam, nostris dictam Chamomillam: secundum, Cotulam fœtidam uulgarem, Germ. Hundsdill. Gallic. Espargoute, Italic. Amarella. (nec est Parthenium, ut multi putarunt:) Tertium, Chamomillam agrestem usualem, Dioscoridi Anthemida peculiariter appellatam, quam Leucanthemon, seu Melanthemon Plinij decernit: Quartum, Cotulam non fœtidam, aut Chamomillam inodoram enunciat, prorsusq; apud Dioscoridem 4.ca.48. chrysanthemon exstimat. Atque hoc est merum eius iudicium, quod malim quàm cuiusuis alterius suscipere, quum simplex sit, ac manifestum, neque multis ambagibus implicitum. Serapion cap. simplicium 22. & Auicenna 122. triplicem differentiam cum Dioscoride faciunt. Porrò chrysanthemon Leontharto Fuchsio cap.336. traditum, mihi uidetur inter ranunculos collocandum: in pascuis ac paludibus frequēs, cuius flos pueris Batauis imprimis uoluptuosus, ut qui eum sub mento tenētes, butyri speciem mentiuntur, quapropter iisdem Butterblūm nuncupatur, Germanis, Ongefülteschmaltzblūm. Gall. Bassinet sauuage simple. Ital. Pie di gallo. Hermolaus Barbarus Corollariorum suorum cap.586. ac 670. Chrysanthemon male credit Buphthalmon, ut qui non modò alio-
rum

rum scriptis, sed oculari insuper fide, euincitur. Habet hæc herba flores Chamomillæ maiores quidem, at ual fines, nunc per orbem candidos, nunc luteos, formamq; gni oculi aurei referentes. Pingitur Dioscoride 3. cap. 1 nio 15. cap. 8. Serapione cap. Simplic. 158. Bihar. Auic Bithar cap. 101. Canone 2. Gallica rura, croceam cham lam nominant, Ruellio teste lib. 3. cap. 69. Eurytius Co eandē cum Cotula non fœtida, ac diuersam à Chrysan mo pronunciat: quod si uerum sit, error erit apud Trag qui tam esse similem uulgari chamomillæ autumat, ut nisi solo odore discerni queat. Non ergo magnitudine a insigni exuperat, quod tamen uerū fatebitur, quisquis ut que nouit. Omnino malè conuenit Idea Fuchsij, & Tr sed huic magis, quàm illi subscribo. Vulgus Latinum mē expreßit, Rindsaug & Kalbsaug, Gall. O de beuf, Ital. Occhio di bue, quasi bouis oculū di In summa, multorum errorum multa nomina causæ su unde studendum est nominibus tantum, quantū ad illustr rem significationem eorum, quæ dicūtur, ex illis quis iuua poßit. Reliquum uerò tempus superuacaneum existima dum, quod ad studium rerum meliorum cōmodè reponitu ueluti docet Galenus 2. Præsagiorum, cap. 7.

Oleum Cheirinum Mesuæ.

Fit ex cheiri citrina, ad modum olei Chamomillæ.

CRONENBVRGIVS.

Flores isti ab Arabibus Cheiri, seu potius Keiri: paßim muris, atque antiquis ædificijs enascuntur, subinde in hortorū macerijs spectantur. A Græcis Leucoia, quòd ex utrorūque collationibus uisitur. Etenim similia uerba Serapion

cap.

p.210. & Dioscorides lib.3. c.118.recensent. Et quamuis ucoion propriè albam Violam significet, attamen eodẽ huc nomine, purpureæ, martiæ, roseæ, rubræ ac luteæ immis cõprehendũtur, quas Mauritani peculiariter Violas rinas, & Alkeiri uocãt. Errat Auicenna 3. Medicinæ suæ Fen.22.cap.9. Albesed, Alkeiri exponens. Errat quoque non Genuensis, ac Luminare maius, Bezed siue Albesed icẽnæ, Corallium interpretãs, cùm Anagallidẽ flore phœeo aut rubro debeãt. Vtrunque inscitiæ arguit Manars lib.3.epistola quarta. Tu uerò industrie Lector, ex uno que altero barbaro omnes agnosce, & ex optimo autore, teriores iudica. Cæterùm lutei flores efficacißimi habenr, ex quibus oleum parari debet, Germanicè geel Vion. Gall. Gyroflees, ou uioles iaunes. Ital. Viogialle. Hic si myropolæ eorum, quæ in oleis anethi, & amæmali indicauimus, memores sunt, facilè huius compoionem animaduertent. Inter recentiores Hermolaus, cap. rollarij 568. Leucoij historiam pingit, quam ad uerbum uellius lib.3.cap.64.reposuit. Dici uix poteſt, quantopere ius ingenióne an labore hic delectatus uideatur, qui ubie Hermolai dictionem, in suos de Natura stirpium libros anstulerit.

Oleum Costinum Mesues.

Recip. Costi amari uncias duas.
Casiæ unciam unam.
Extremitatum sampsuchi, uncias octo.
Vini odori quantũ sufficit, ad infundendum duabus noctibus.
Olei sesamini libras tres.
Decoquantur horis sex, sicut Nardinum.

CRO

CRONENBVRGIVS.

Rhaza nono ad Almãsorem ca.7.singulare, & exi... recenset huiuscemodi:

Recip. Costi unciam unam.

Piperis, pyrethri, euphorbij, ana tertiã par... unius unciæ.

Castorei unciam mediam.

Omnia in semilibra olei Cheiri, id est ui... luteæ, aut narcissi dissoluantur.

Mesue idem reposuit in Practica sua, cap. de Paralysi... pyrethrum deest. Serapion Tract.7.cap.25.similiter Au... na li.5.summa prima, Tract.10.bis referũt, simili omnin... utriusque scriptura, uerũ pondere à Mesue dißimili in p... ri. In altera neque cum hoc, neque cum Rhaza consent... Cæterùm ab isto descriptum oleum, uehementius est il... Mesuæ. Ideo initio usurpari non debet, nisi urgẽte neces... te, ac corpore bene à causa effectrice expurgato: siquidẽ ... ea est inchoanda curatio, docente Gal.4. Meth. Idem il... legitur apud Arnaldum Villanouanum & Valescum ca... Paralysi, sed in altero ponderibus deprauatißimis. Simp... habetur in Antidotario suo. Ab omnibus istis differt Gu... helmus Placentinus ca.20. de Medicinis, dupliciter ping... Atqui bene parari non potest, nisi ueram costi radicẽ h... beamus. Ea siquidẽ radix, quam pro costo emunt, ac reue... dũt aromatarij, prorsus à genuini costi notis distare, Diosc... rides, cæteriq; scriptores, picturis suis ostendunt: nam can... da, abũdè plena, dẽsa, sicca, à teredinibus non erosa, odor... gustu calida, & mordens esse debet. Hæc penè uniuersa, i... uulgari eius radice, desiderantur. Syluius galangam maiorẽ pro uero costo sumendam suadet, aut radicem Enulæ. Dio... scorides tres illius species memorat lib.1.cap.15. Memini...

mu...

quoque primo horum Commentariorum in Dia costo.

Oleum Crocinum Mesues.

ecip. Croci unciam unam.
yrrhæ puræ unciam mediam.
rdumeni drach. nouem.
acerētur aceto diebus quinque, præter Cor dumeni, id sexto die addatur: septimo affun de olei libram unam, ac mediam.
oquantur lento igne ad aceti cōsumptionē.
Sunt qui loco aceti uinum ponant.

CRONENBVRGIVS.

Dioscorides primo, cap. 53. Crocinum, quandoque iuxta um Lilini, quādoque Cyprini, fieri tradit, cui postea cro n, aut myrrham tusam cribratam miscet. Optimū iudica , quod abundè crocum spirat, proximè quod myrrham: rùm eo modo paratum, unguenti potius quàm olei formā præsentabit. Plinius 13. cap. 1. Cinnabarim, anchusam, & uum addi olim solere scripsit: Paulus Aegineta Cardamo um, piper album, oleum Nardinum, & opobalsamum ad c apponit, lib. 7. c. 20. Certè si ita paratum haberi possit, as ædes fragrātia eximia impleret, ac summo iure, primas præstantia æstimationeq; partes sibi uendicaret: nunc au n frustrà in Balsami, & Nardi penuria, quidam id persua re conantur. Porrò multa est differentia lectionis Nicolai lexandrini, Opium cap. 732. addentis. Auicenna quinto, mma prima, Tracta. 10. in rebus cum Mesue concordat, l olei mensura, extra mediū, aut nimia, aut minima ap ret. Etenim habet pro drachmis septendecim, & S. ecierum, olei sextarios quinque. Iam si iuxta Græ s sextarium expedimus, erunt hauddubiè olei libræ

Medi

Medicæ octo, & unciæ quattor: nam sextarius pẽdet mensurales uiginti: quod sanè põdus nimis auctũ erit, tantulam reliquorum ammixtorum proportionẽ. Sin Arabas, aut ipsummet Auicennam exploremus, erunt tùm unciæ duæ cum media. Siquidem Auicenna scrib timo ca. lib. 5. Tract. 8. in hæc uerba: Mina Romana, e ciæ uiginti: Mina Italica & Aegyptiaca, unciæ sedeci Mina, est sextar. quadraginta. Sic itaque sextarius, sec mensuram Romanam complectẽtem uncias uiginti, eri cia media. Sed quàm absurda & mendax hæc sit sente iam non dico, quum mediocriter doctis pateat, & nos horum ultimo manifestabimus. Nec multum, sequens A næ dictio, dosim locupletare potest, dũ ait, sextarius est chmæ sex. Eo enim modo aromata, & oleum, habebũt dem quantitatem, si ex duabus drachmis & semisse, illa tiplicentur: qualis reuera olei constructio inepta esset. inde iustum puto, ut tales descriptiones in dubio positæ tiles reputentur, non aliter, ac si nunquam scriptæ fuiss Sed certam ponderum iuxta ac mensurarum determinat nem, postremo lib. trademus. Compositio ipsa per se n est, ideo à nobis longius non tractanda.

Oleum Cytoniorum Mesuæ.

Recip. Carnium cytoniorum maturorũ cu cortice suo tritorum, & succi eorũ, ana pa tes æquales.

Olei ex oliuis immaturis, quantum suffic pone in uase uitreo, per dies quindecim a solem, deinde coque in uase duplici, hor quatuor: postea caro cytoniorum, & suc cus mutentur, bis aut ter, ad eandem doctr nar

nam, insolando ac coquendo: tandem colatum repone.

CRONENBVRGIVS.

Græci målum Cotoneum, siue Cydoniũ, simpliciter μῆλον, c est, målum uocant, ut generis nomenclatura, species coeorum interdum, quasi per excellentiam indicetur. Itidem his, quæ ex hoc målo parantur, faciunt: siquidem oleum linum, ex målis cotoneis intelligunt. Plinius ex aridis lonata, ad hunc usum magis laudat, ac maximè, quæ ex Sia ueniunt, lib. 23. cap. 6. Constat ab insigni olim oppido done in insula Aegæi maris mediterranei, Creta (quæ cen- urbibus habitata fuit, sicut inter omnes autores cõue-) aduecta, ac dicta primò fuisse, unde Quintus Serenus ait: Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.

Plura eorum genera require apud Athenæum 3. Dipnosostarum: Theophrastum lib. 2. Plinium 15. cap. 11. & 23. . 7. Galenum secundo Alimentorum, atque ad finem 6. ndæ ualetudinis, Catonem cap. 7. Columellam libro 12. ia autem habentur genera præcipua, Mustea, quæ præa sunt, quæq; paßim Cotonea uocantur: Struthia, quæ tina, proprie Romanis pyra Cydonia: & Plinio Miluia, nonnullis Notha appellata. Cæterum quomodo in lon- tempus illæsa seruari queant, disce ex Plinio libr. 15. ite 17. Varrone primo capite 59. Constantino Cæsare imo, cap. 38. ac Ruellio primo capite septuagesimo secun- copiosè uniuersam historiam ex alijs patefaciente, Colulla 12. cap. 45. certam quandam à se expertam doctrinam dit, quam promptum est imitari. Prætereo uulgarem con ndi modum iamdiu Officinis tritum. Redeo ad Melinum, od Dioscorides dupliciter componit 1. cap. 44. Paulus 7. . 20. sequenti dictione proponit.

Oleum Melinum Pauli Aegineta

Cydoniorum bene deterſorum, & cum
cort cib. inciſorum, unciæ tres.
Olei omphacini ſextarius unus.
Exponitur ſoli diebus quadraginta.

Non dubium mihi, quin ex Aëtio tranſpoſuit Paulu
ſimiliter primo libro parari docuit. Nicolaus Alexan
cap. 734. omnino diuerſum habet ex pleriſque auctū.
rius cap. proprio uni parti malorum, tres olei addit.
pſus num. 12. oleorum, medullam prius cum internis g
abijcit, mox cum cortice diſſecat in exigua fruſtula, &
lum prorſus imitatur. Auicenna accipit olei partem u
intelligo ſuccum, aquæ partes tres Plinius in unguenta
ſire dixit, admixtis omphacio, cyprio, ſeſamino, balſa
iunco, caſia, abrotano, lib. 13. cap. 1. Omnium maximè la
tur, quòd cotonea mala olet. Sed nunc, ut in pauca co
bam, dico me in pleriſq; cholerico fluxu laborantibus
quibus ſanè adſtrictione opus erat) Meſues compoſitio
liciter, paucis diſcriminibus appoſitis, uſum fuiſſe. Qua
pter diſtinctim hic ſubſcribere placuit.

Rec. Cydoniorum penè immaturorū, in fr
ſta cum corticibus ſuis diſſectorum, ac p
lulum tuſorum: ſucci eorūdem ana part
mediam. Abſcinde tamen initiò quicq
lignoſum in intimo malorum extiterit, p
cipuè ſi putridum fuerit.
Olei omphacini, id eſt, immaturi partes tr
In uitrato uaſe quindecim diebus inſola, p
ſtea ad horas circiter quatuor, duplici ua
coque, hinc fortiter excoque. Rurſus ſup

ri

riori doctrina colatis, alia cydonia, atq; expreſſum ſuccum adde: idē ter repete. Poſtremò colatum repone, eritq; conſtans, & certa eius facultas.

i deſit oleum omphacinum, alio oleo, & uuæ acerbæ ſucco, unà coctis dum ſuccus omnino abſumptus ſit, aſsiduè mouendo, in uicem ſubſtitue.

Oleum ex Euphorbio Meſuæ.

ec. Euphorbij unciam mediam,
lei de cheiri uncias quinq;.
ini odori tantundem.
ecoque ad uini conſumptionem.

Alius modus eiuſdem.

ec. Staphidos agriæ, condiſi, ana drachmas quatuor.
yrethri drachmas ſex.
alamenti montani ſicci, drach. xij.
oſti drachmas decem.
aſtorei drachmas quinque.
lacerentur contuſa ad biduum, in uaſe uitreo, cum uini libris tribus, & mediæ: tum ad dimidias coquantur. Deinde frica manibus fricatiōe uehemēti, & cola: poſtea affunde lei cheirini, aut ſeſamini, libram unam, ac mediam.
ercoque donec reliquum uini conſumptum ſit, inſpergendo euphorbij recentis, & albi exquiſitiſſimè triti, drachmas quatuor, ac coque ad perfectionem.

CRONENBVRGIVS.

Galenus lib. 1. Pharmacorũ per Locos ca. 1. & 2. ca.
atq; unguenti mistionem ostendit: similiter Aëtius 12. c.
Trallianus 11. libro Ceratũ ex Euphorbio pingit, quod
lus 3. ca. 78, recensuit. Sed quoniam Mesues descriptio
ex Galeni monumentis, uelut posterior ex Auicennæ
transcripta haud temerè uideri potest, ideo non inu
utranq; fieri æquum est: ubi euidens menda apparet, qu
men facilè præsidio Codicis Mesuæ corrigitur, mutand
in ℥ xl. & alioqui procliuis fuit error, ob scripturæ ut
uocis uicinitatem, pro uncijs drachmas pingere, cont
characterulo. siquidem Mesue ponit uini libras iij. s. V
autem quadraginta, libras tres Medicas, ac uncias qua
efficiunt. Est itaq; duarum unciarũ, inter utrunq; autor
ctè scribendo, differentia. Inter parandũ, summo studio,
uis & fumus Euphorbij euitandus, ne acrimonia sua fa
naresq; apprehendat. In præsentia uidetur, perspicui
gratia, Condisi) exponere, Græcis στρούθιον, La
Radicula, Lanaria herba: Arabibus, & Officinis Con
nonnullis Herba fullonũ, aut Saponaria: Germanis Sp
chelwurtz & Seyffenkraut. Gall. Herbe à f
lon. Ital. Radicetta. Ea, ut Dioscoridis æuo lib. 2. c
155. uulgo nota, ita nũc ne tritissimis Herbarijs, ac perit
mis aromatarijs, dubito an ipsis etiam fullonibus (quon
in antiquo lanificio, hac imprimis infectores utebãtur)
cognita, adeò multa, & temporum iniuria, & maiorum
gligentia, deperdita sunt. Theophrastus inter folio acule
numerat lib. Plantarũ 6. cap. 3. Pingitur Plinio lib. 19. ca
his uerbis: Floret æstate, grata aspectu, sine odore, spino
caule lanuginoso. Semen ei nullum, radix magna, quæ con
ditur lauandis lanis. Ostenditur à Trago libro secun

ca

ite 131. ac Fuchsio ca.299. Quarto ordine calfacit resic-q; Galeno octauo simplici. Profectò in errore uersan-, qui herbam tabernis Ostruthium uocatam, eandem cum uthio statuunt.

Oleum ex frumento, Mesuæ.

Quando frumentum inter duas laminas mediocriter igni-comprimitur, oleum ex se remittit. Aut quando triticum rticatum alembico destillatur, idem facit, quemadmo- alibi dicemus, scilicet in oleo Philosophorum.

Oleum Genistæ.

onficitur sicut oleum Chamæmelinum, ex loribus eius.

CRONENBVRGIVS.

Villanouanus lib.3. Curationum cap. 42. in additionibus, um eiusmodi, in splenis obstructionibus refert, quod fimo quindecim aut uiginti dies fermẽtat. Porrò cùm de Geni-nusquam suprà meminerimus, quàm Spartium pleriq; o-es indubitanter credunt, ideo hoc loco Lectorem admone uolui, ne magna utriusq; herbæ similitudine inductus, unã putet, cùm sint diuersæ, quod ex Plinio lib. 19. cap. 2. ac cap. 9. ostendi potest: quanquam obscurè utranq; herbam ernat, ac dubia prorsus fide tradat: mihi tamẽ priori loco cos aculeatos, siue uirgas longas, sine folijs eas omnino elligere uidetur, quas Hollandi Oceani magni accolæ, ob entem damnosumq; maris impetum, atq; inundationem, nosis montibus inserunt, ne ualidiori arena uento prom- diffluat, aut dißipetur: est etenim sabuli retinaculum, ut uid aliud. Et Plinius mõtes quoq; Spartio operiri, in ci-rioris Carthaginensis Hispaniæ portione, scripsit. In Hol-dia Helm *uocant, quasi galeam. Hanc omnino pinxisse*

Dioscoridem lib. 4. cap. 139. arbitror, uelut uulgaris us[...] nitam, Plinium lib. 24. mihi persuasum habeo. Tragu[...] cap. 8. duo eius genera aßignans, sub finem dictionis, a[...] cam Dioscoridis lib. 1. ca. 100. reducit, quam Mesue ca. [...] purgantium 29. Albrachin, * Myrticam, & Genistra[...] pellat. Spartion uerò lib. suo 2. cap. 8. ille constituit her[...] uulgò dictam geel Ferbblůmen. Gall. Herbe à [...] nir. Ital. Fior tintorio. Genistellam Germanis k[...] Pfrimmē, oder stechend Pfrimmen, Gall. [...] net petit, Ital. Genestra minore acuta: mauu[...] lybum Dioscoridis 4. cap. 140. existimare. Credo autem [...] barios nostros paßim, omnes istas herbas nouisse, etsi [...] tasse uera nominum notitia destituantur. Genista Pfr[...] men superiori Germaniæ, inferiori Bremblome[...] catur. Gall. Genet, Ital. Genestra.

* Aliàs Myricā.

Oleum Hyoscyami.

Fit ex contuso semine eius, ueluti amyg[...] linum. Dioscorides quoque simili modo [...] rari docuit lib. 1. cap. 35. Herbæ ipsius exp[...] tionem, primo horum Commentariorum, [...] de Athanasia, fecimus.

Oleum Hypericonis.

Paratur simplicißimum ad normam o[...] Anethini, siue Chamæmelini, ex tribus ui[...] licet olei partibus, & una florum Hyperici.

Aliud Iacobus Manlius refert, ad hunc fermè modum.

Rec. Florum hypericonis, unc. tres.
Vino odorifero quantum sufficit, triduu[...]

perf[...]

perfunde, deinde duplici uase ebulliant bene obsignato, refrixa exprime: rursus totidem florum tusorum affunde, pari dierum numero: si interea uinum desit, addatur. Postea appone

erebinthinæ uncias tres.
lei antiqui uncias sex.
roci scriptulum unum.

oque mista duplo uase, donec insumptũ sit uinum, & colatum atq; expressum asserua.

Aliud Ioannis Vigonij, lib. 8. cap. 19.

ec. O- orum { Omphacini uncias sex. Mastichini unciam unam. Rosati completi uncias ij. Terebinthinæ drach. sex.

erebinthinæ purissimæ, uncias ij.
astichæ, thuris, ana drach. duas.
yrrhæ, aloës epaticæ, ana drachmas tres.
ummi Elemi, colophoniæ, ana drachmas duas, & semis.
illefolij uncias duas.
adicum Tormentillæ, dictamni, Cardi benedicti, ana drach. unam.
roci drachmam mediam.
uccorum, hypericonis, centaureæ, plantaginis, caudæ equinæ, ana unciam unam.
ubeæ tinctorũ, granæ finissimæ, ana drachmas tres, & semis.
ermiũ terrestriũ uino lotorũ uncias duas.
oliorum fraxini, & radicum eius, ana ma-

nipulum medium.
Vini odoriferi libras duas.

Contunde quæ contundi possunt, mox liquescibilia facta, & simplicia bene concisa affunde, unà cum ui succis: deinde ebulliant, aut in feruente cinere, ad liqu consumptionem, ore uasculi lana obfirmato macere Postea sacco excepta fortißimè comprimantur colando hæc in Vere diebus quindecim, iniectis semine, floribusq perici, & pauxillo roremarino, in uitro feruenti soli mitte: bis in hebdomada flores muta, ueteres expr abijce, ac tandem omnibus modis absolutißimum oleun nandis uulneribus habebis: quo, ubi utendi tempus ins rit, tutò uteris. Non longè pòst, aliud diuersum scribit. *quoque in alijs Dispensarijs aliæ descriptiones, quas no operæpretium huc transferri.*

Primo modo paratum est maximè simplex, atq; ita componi suaserim, nisi priuatum aliud Medicus expetat, parere oportet. Secundò uerò, atq; tertio loco conscrip medicamentosa sunt. Liberum autem cuicunque, pro iudi deligere. Nam qui rerum naturas diligenter scrutatur, artis præcepta, ad curationes potißimùm necessaria, expe dit, quod nec Hippocrates, omnium salutarium institutor semina (attestante nobis Galeno septimo Methodi) præb facere est grauatus: is haud dubiè probam cōpositionem improba, concinnam à uaga, rationalem ab irrationali, summa, salutarem à noxia inueniet. Plurima namque h die (sicut olim Galeni tempore, quidam Romæ acrochor donarum, & myrmeciarum in ore sanationes, excogita uit) inueniuntur, quæ apud priscos Medicos inuenta no extiterunt: cuiusmodi est multiplex parandorum medicamen torum ratio. Sed hoc non est uulgarium medicantium opu

In pr

præsenti uerò sermone, olea per infusionem, ac per destil-
ionem balnei Mariæ (de quo in horum decimo) uocata,
per putrefactionem confecta proponuntur. At infusio-
ut factu faciles, ita minus sunt efficaces: contrà est, si or-
em mutes. Proinde & Medico, & aromatario, in cõposi-
nibus, prudentia exercitatioq; est necessaria. Scire autem
ortet, calorem in huiusmodi oleorum generibus, per diu-
rniorem macerationem, accedẽtibus insuper pluribus ca-
ificis, multum intendi. His itaque edoctis, ingredientium
orundam interpretationem aggrediemur, orsi à Gum-
i Elemi.) Hoc esse lachrymam oleæ Aethiopicæ, apud
ioscoridem lib. 1. cap. 119. corruptumq; initiò in eleæ, post-
in Elemi, & Elemnij, docta Medicorum schola credit. No-
um autem uulgare potius ab odore, resina piceæ, siue pi-
s est censenda, quam uerum gummi: qui ambigit supra
nem experiatur, nam continuò colliquescit ac diffunditur,
sinarum instar, quod Gummi non faciunt, atque sic cõtro-
rsiæ suæ ipse iudex sit. Nescio cur Alexander Benedictus
. Curationum primo, cap. 48. uulgare hoc gummi, tertium
nus Halimi censuerit, quum tamen Dioscorides fruticem,
ij plantam asserant, ac prorsus de lachryma nihil.
Hypericonis.) Dioscorides continuis capitibus qua-
or lib. tertio huius herbæ, & maximè affinium historiam
erit, ubi exquisita equidem dictione singulas distinguit.
omina ipsa sunt, Hypericon, Ascyrõ, Androsæmon, Coris.
militer factum lego à Paulo Aegineta li. 7. ubi prorsus Ga-
ni uerba sexto & octauo Simplicium exprimit. Serapion
p. 267. Reiofricon uocans, sententiã Dioscoridis satis fide-
er assequitur. Plin. lib. 26. cap. octauo duo Hyperici genera
tendens, prius uidetur Dioscoridi peculiariter Hypericum
catum constituere, posterius eidem Corim: quanquã seor-

sum lib.27.cap.quarto ac quinto Androsæmon, & A
reponat. Attamen cùm preßius omnium scriptura
templor, haud magnum inter has herbas discrimen,
liorum, atque excrescēdi magnitudinem quis respiciat,
perio: adeò & generis, & speciei affinitate ubique cō
guntur, quapropter tutò sibi inuicem substitui possun
git sanè eleganter Tragus quatuor imagines lib.1.ca
similiter Matthiolus, quas non magni laboris est agno
& interstinguere. Sed interea nemo in ijs sit sollicitus,
uulgare hypericon nostrum, quod quibusdā fuga dæmo
Herba S. Ioannis, & perforata dicitur, ad manum ha
quoniam illæ ijsdem uiribus omnes insigniuntur.

Caudæ equinæ.) *Græcis Hippuris, Latinis S*
siue herba equinalis, & Equisetum, ex etymo, ac rei si
tudine, nomen trahens, autore Constantino Agricult.l
cap.5. Recentioribus herbarijs, atque Officinis, uerbum
bo reddentibus, Cauda equina. Duas eius species refert D
scorides quarto, ca.38. sola magnitudine, proceritateq́;, n
la tamen uirium dißimilitudine, differentes. Inferior Germ
nia, Latinum nomen exprimens, Peerden ſtart, *super*
Roſsſchwantz *uocat. Gal.* Queue de cheual, *It*
Coda di cauallo. *Notißima omnibus orbis tractib*
herba, & inuentu facillima. Maior crescit circum sepes, pr
ta, lacunosa, & aquosa loca: Minor interdum in montib
ac arenosis, uno nodoso nudoq́; stipite, folijs ferè plerunq
priuato. Nullibi sanè dißimiliorem natura finem, quàm
hac herba, à sui initio fecit. Italiæ & pleræque Germani
culinariæ, ex stanno, ære, ac ferro, uasa hodie ea purgant, p
liuntq́;. Eleganter exprimitur Plinio 26. cap. 13. & Ruell
tertio, cap.97. Graphicè pingitur Trago lib. secundo, ca
46. 47. Itidem Matthiolo, genus utrunque, in binas specie
distri

tribuentes.

Millefolij.) Hoc nominis, propter foliorũ multitudi-n, alijs herbis conuenit. Quidam ex Plinio lib.25.cap.5. trucli, Achilleam (quæ decernitur quarta species Sideri-is à Dioscoride lib.quarto,ca.28.& Serapione cap.simpl. rum 341. falso Sanguis draconis dicitur) Itali Millefo-m appellant. Plinium adamußim sequutus est Hermo-s cap. Coroll. 647. cuius doctrinam, ex more, Ruellius tio, cap. 92. de Stirpibus, mutuatus est. Habetur amplius yriophyllon siue Millefolium in palustribus nascens, au-re Dioscoride, eodem libro cap.100. Id transposuit Pli-s 24. cap. 16. Est adhuc Stratiotes Millefolium in aquis ouenieus, quibus supernatat, absque radice uiuens, repræ-tatum apud Dioscoridem superius citato libro, cap. 87. Plinium eiusdem libri cap. 18. præterea sequenti mox p. delineatum. Proinde plures herbas Millefolij appella-one uenire colligitur. Brasauolus uulgaris usus Millefo-um, Myriophyllon existimat: sed ego malim illud cũ Mat-iolo Stratiotein affirmare, quod hoc loco usurpari debet, uodq; paßim in agrorũ marginibus, pratis, secus uias, lo-sq; incultis, arenosis spectatur caulibus, lignosis. Nostra-lingua Garben & Schaafgarben, Hollandica ue-Geruw, & Dusentblat, Gall. Mille feuille. al. Mille foglio. Mirificam in glutinandis uulne-bus uim præstat, qua gratia à Chirurgis omnibus ex-etitur.

Cardi Benedicti.) Nescit Brasauolus ad aliquod ioscoridis caput hanc herbam aßignare, Genuẽsem inter-sugillans, Sedum minus arbitrantem. Pandectarius cap. 42. intolerabili inscitia, Erigeron, Senecion, ac Sedum uo-t: Lumen itidem maius in Syrupo Eupatorij, Sedum, &

Herbam

Herbam turcham. Certè omnes in eodem ignoranti
hærent. Quisquis eorum errores cognoscere uolet,
Dioscoridem, Sedum, Senetionem, & Attractylidem u
ac tum demum, quæ harum plantarum Cardum benedi
magis repræsentet, profiteatur: aut quod ego magis pr
uero, Theophrastum expendat lib. Plantarum 6. cap.
Cnici, & Attractylidis historiam prodidit, atque ur
Cnici unum, syluestris uerò genera duo notat. Hermo
cap. Coroll. 533. Ruellius de Stirpibus lib. 3. cap. 55. &
Fuchsius cap. historiæ Plantarum 42. & Marcellus Vi
lius in Comment. suis, Attractylidem, hoc est, fusum agres
nihil aliud esse Theophrasto asserunt, quàm Cnici sylues
primum genus: quia ab isto alia planta est Theophrasto
tractylis, uelut legentes apud ipsum indubitata fide com
rient: estq; tum huic, tum Dioscoridi, unum duntaxat Att
ctylidis genus lib. 3. cap. 89. cui proprium est, è folijs succ
sanguineum fundere, quod sane nulli Cnici generi tribuit
Non itaque Attractylida Cnicum agreste esse potest. Am
tus Lusinatus frequenter odiosa confidentia, uirus inuide
tiæ suæ, in clarissimum modestissimumq; uirum Matthiolu
Senensem eructat, dum passim nimis intempestiuè huius d
ctrinam, super Commētarijs in Dioscoridem editis, coargu
ac insectatur, quibus probatæ fidei hominibus nihil aliu
quàm malignum animum, & perniciosam inuidiam osten
tat, ipse interìm infinitis modis dignus, qui ob magnam stir
pium imperitiam, atque improbam in se translatā operan
alienam (quod crimen est longe omnium turpissimum) uelu
è sublimi doctis ueniat deridendus. Ecquid etenim enarratio
nibus suis inseruit, quod non iustissimo titulo, uni Matthiolo
acceptum referre debet? A quo dum æmulandi studio dissen
tit, in graues manifestosq; errores imprudens homo pro
labitur:

itur:cuiuſmodi exemplū, tum in hac planta, tum in Acan
o, tum Coronopo, Elichryſo, ac in pleriſque alijs uiſitur.
ultò ſatius fuerat, quò doctiorem ſe æſtimaret, eò quoque
deſtiorem præſtare, quod ingenuum philoſophum decet:
le Socrates ſolus ab Apolline ſapiēs iudicatus legitur. Sed
primos illos ſcriptores ſermonem meum reduco. Errandi
nis occaſio fuit, ut ego ſuſpicor, Plinius libro 21. cap. 15. &
ulus lib. 7. cap. 3. dum ſylueſtrē Cnicum, quibuſdam Attra-
lida uocari tradunt. Id tametſi uerum ſit, non propterea
dem herbam affirmant. Nam Plinius ſeorſum Attracty-
m memorat cap. 16. eiuſdē libri, qua pro fuſis priſcæ mu-
res utebantur. Sed quid nunc de Cardo benedicto appella-
herba pronuntiandum? Qui ſtirpium cognitionem ma-
a autoritate profitentur, alteram cnici ſylueſtris ſpeciem
dunt. At doctiſsimus Ruellius in hoc decipitur, quòd ſan-
inem ex ſe fundere autumet, quem nemo unquam morta-
m inde profluxiſſe uidit. Iacobus Syluius maluit Acan-
um, aut chamæleontis ſpeciem exiſtimare, cuius iudi-
m, etſi alioqui ſuſpiciendum, hic probare tamen nequeo,
n Græcorum pariter ac Latinorum uoluntati repugnet.
Foliorum fraxini.) Hanc cognitam uulgo arborē
ſtruit Dioſcorides lib. 1. cap. 92. Serpentibus eſt inimiciſsi-
, Plinij teſtimonio, adeò ut ne matutinas occidētésue um-
s huius arboris attingant, tametſi longiſsimè diſtent, lib.
cap. 14. Duo eius genera Theophraſtus lib. 3. Plantarum
p. 10. Et ex eodem Plinius, poſteritatis memoriæ prodidit.
miror hunc nominis propinquitate circumuentum, fra-
ni folia iumentis mortifera dixiſſe, quod de Taxo cenſuit
eophraſtus. Etenim Melia Græcis fraxinus, Smilax Ta-
s appellatur. Reliquorum ingredientiū expoſitionem in-
ligunt, qui Commentarios iſtos haud negligenter legunt.

Oleum

Oleum Irinum Mesuæ.

Rec. Radicũ eius simplum, florũ eius duplũ.
Aquæ decoctionis radicũ eius quãtũ sufficit.
Funde super ea oleũ Sesaminum, aut de Ol
uis maturis, quantum oportet, & decoqu
in duplici uase. Deinde permuta radices,
folia, & fac, ut diximus, in oleo Rosato.

CRONENBVRGIVS.

Fit etiam ex solis floribus Ireos, ad modum rosati, uiola siue liliorũ, eodem autore. Porrò neminem latere debet, h oleum indiscriminatius esse à Mesue proditum, quando n bene rerum, ac olei pondus certum determinat. Dioscorid pretiosißimum, sed nobis factu, ob ingredientium inopiar impoßibile scripsit, lib. 1. cap. 55. Paulus autem 7. cap. 20. d uersißimũ tradit, quod Aëtius primo lib. Nicolaus Alexa drinus cap. 718. Actuarius cap. proprio, & Myrepsus nu. 3 uno calamo pingunt. Paulo helenium, transcribentis opin negligentia, omittitur. Plinius lib. 15. cap. 7. ex succo Iridi oleo macerato expressoq; componit. Sed quando superi unam aut alteram scripturam retulerimus, Mesuæ impr mis familiarem, necesse est quoque eundem imitari. Itaq; ol partes tres superfundendas iudico, aquæ decoctionis radicu Iridis particulatim dissectæ partẽ unam: paretur, ut in ol Rosarum dicemus. Cæterùm qui singulis radicum ac floru additionibus, decoctum quoque ex integro conficiendum p tant, efficacius medicamen consequentur. Ego autem mali oleum, ex solis radicibus siccatis Iridis effingi, ut quæ odor tæ tantùm habeantur, flores uerò inodori. Id tametsi Dio & reliqui, non euidenter dixerint, cùm tamen odorum pr stantia eiuscemodi misturæ commendentur, haud difficile e

p

se cognoscere. De Iride *reuocatis ad memoriam ijs, quæ* *is tradita à nobis sunt, perspicua erunt omnia.*

Oleum Iuniperi Mesuæ.

Rec. Lignorum Iuniperi minutim concisorũ quantitatem sufficientẽ, quibus imple uas, intus uitratũ, stricti orificii. Finge foueã, & postquam foraminulentam laminam, instar triticei cribri, alteri uasi uitrato imposueris, aptéque luto sapientiæ circumlineris, ut mutuo sese complectãtur: & mox inferius uasculum, terra ad osculũ uestiueris, aut potius sepiueris: tunc ignem luculentum subiice, nimirum ut ignis feruore, sursum uapores attollantur, in comprehẽdens uasculum (quod chymistæ Galerum uocãt) ad horas aliquot, & alembica arte manabit oleum: id receptorio suscipere oportet.

CRONENBVRGIVS.

Hæc est summatim Mesues *dictio, qua unumquemque eruire in uniuersum conatur, ecquis in eliciendis ex rebus liquoribus, per artem chymicam modus esse debeat, cuius nequaquam ipse ignarus fuit, ueluti ex hoc, ac plerisque alijs locis colligere possumus.* Lignis *autẽ omnibus oleum inesse, inde manifestari potest, quòd eorundem cinis pinguitudinem contineat, quam in lixiuio exuit.* Atqui *medicantium uulgus, & medicamenta parantium, his omnibus neglectis ac contemptis, aut cauillandi mordacitate rapitur, aut sordido quæstu consenescit, aut otiosa omnino uita fruitur, quæ maxima equidem turba est.* Proinde *eorum paucißimi, amabilem ueritatem, & perspicuam rerum cognitionẽ requirunt:*

imò

imò ut audacius dicam, deuouenda ignorantia, dolendaq;
citate submersi, malunt ignorari multa, perire multa, m
perperàm in tabernis publicis fieri, mortalibus paßim
nem falsamq; de rebus opinionẽ ostentari, quàm ipsos
quam nescisse, uel præterijsse uideri, uel meliora etiam c
dentibus monentibúsue acquiescere: quod partim deplo
dum, partim taxandum uenit. Solent circulatores eo t
oleum, singulari philautia, & suaui iactantia, cum ta
impreßis uim eius diffusè continentibus, exponere: hoc
res admiratores nanciscentes, quò ipsi sint confidenti
Quod autem ad superiorem doctrinam pertinet, impos
est quenquam in ea commodè institui posse, nisi coràm
artem uiderit. Etenim quidam defodiunt in ollis nouis, a
lut putrefaciunt pharmaca, præsertim huius generis
& uina speciebus aromaticis condita, ad dies quadrag
in fimo equino, quo facultatem eorum præstantiorem s
ac constantiorem reddant. Quidam statim atque destill
miscuerint, aut res per se, absque fermentatione, substra
artem foco, innatum humidum proliciunt, ac quodamm
ignis uehementia exurgere cogunt, quod continuo still
rursus in subiectum uasculum defluit. Sed priusquàm ista
grediuntur, figulina rimulas undique uestiũt. Alij ad ui
ti, alij ad pauciores id dies conantur, operculo quoque
gentißimè obfirmantes, ne ulla fiat perspiratio. Spat
etiam inter ollæ siue uasis operimentum, pice, aut luto,
argilla obturãt, postmodum succenso igne infra craticul
oleum, & succum illum naturalem educunt. Alij aliter
liuntur, quos prætermitto, nec enim isto sermone, omnia
ciendorum oleorum genera complecti statuo, quum poti
modos narrauerimus. Quidã facillima ratione, per exp
sionem recentium baccarum Iuniperi, ut alia quæ ex se

m

s parari Dioscorides monuit, oleum conficiunt: cuius=
i exemplũ ostendit in Thesauro suo Euonymus Philia=
pagina Tigurina apud Andreã Gesnerũ, 339. & alibi.
enio nunc ad Iuniperum.) Duo eius genera facit
scorides, maius & minus, sed uiribus iisdem lib. primo,
87. Græci Arceuthon appellãt, diminutiua forma, quasi
perulum. Duûm quoque generum aßignat Theophra=
libro Plantarum tertio, cap. 6. & Plinius 16. cap. 26. ac
neque cariem, neque uetustatem sentire dicit. Amplius li=
24. cap. 8. Serapion Iuniperõ & Sabinam cap. 280. con=
at. Gummi id genus, quod Officinis Sandaraca, magna
inis confusione, uocatur, est Iuniperi arefacti gummi, si
llio, Syluio, Brasauolo, Mundellæ, Matthiolo, ac rei de=
ue ueritati credimus, alia uoce Vernix nuncupatũ, quia
no tempore exudat, ac legitur. Plinius libro 13. capite 11.
nihil utile pronunciauit, quod etsi eius ætate uerum exi=
iemus, attamen fieri potuit, ut posterior maiorem eius=
utilitatem experiri cœptam cõprobarit. Atqui Fuch=
in Paradoxis suis libro primo, capite 34. istis repugnat,
q; ab Aristotele quinto de Historia animalium, cap. 22.
nio lib. 11. cap. 7. & Varroni tertio Erithacen uocatum,
tinis Vernigenem asserit. Estq; præter mel, alterum api=
cibarij genus, cui durities ceræ proxima, docente Ari=
tele nono Animalium, ca. 40. at fallitur re ipsa bene ex=
rata. Sed quoniam in Sandaracæ mentionem perueneri=
s, obiter adijciemus antiquos præter naturalem, factitiã
oque cognouisse, quam nono Simplicium Galenus ad fi=
m, ac Plinius 35. cap. sexto, Sandycem dixerunt, quæ ex ce
ssa sola cremata, interdum æqua Rubricæ parte ammi=
a, conflatur. Fit insuper ex Sandaracha Arabum, siue
mmi Iuniperi, & oleo ex semine lini presso, uernix liqui=

X dus.

dus, cuius usus est in illustrandis picturis. Pluribus id non monstrabo, quoniam frustrà rebus manifestis test hibentur, attingam tamē ex multis paucos. Est etenin in confesso, aliam Sandaracam Arabes, aliam Græcos trari: siquidem præter reliquos, Aristoteles ex Sand ueneno, omne iumentum interire, scriptum reliquit Animalium, capit. 24. Arabum autem planè tuta ha Iuniperum Germani Wachalter, Hollandi Iun quidam Dambeern uocant. Gal. Geneure. Ital. nepro. Baccas huius non unius esse generis, bene obs uit diligentißimus Tragus. Etenim aliæ sunt grandes guæ sunt aliæ: in his dulces, in illis prorsus amaras re mus. Rursus quædam spectātur rotundæ, quædam obl atque acuminatæ. Paruo Iunipero, Germaniæ nemor syluosi saltus, apud nos, abundant.

Oleum Laurinum Mesuæ.

Baccæ Lauri maturæ & recentes teruntu pila, deinde aqua in caldario siue leb diu coquuntur, postea torculari plano cōcauo exprimūtur, quod supernatat o colligitur: Iterum baccæ tritæ, calida a affusa teruntur, ac cauato torculari ex muntur, collectum oleum reponitur.

CRONENBVRGIVS.

Vetustißima est eius cōponendi ratio, Baccarion ab pocrate uocata. Id scribit Dioscorides uolumine 1. ca simplex ac compositum, quod calamum, styracem, myr aliosq; odores recipit. Illud est syncerus succus, ex laur cis recentibus tusis expressus, diciturq; absolutè La num: hoc admistionem habens, Laurinum oleum, Ga

te

ficante secundo per Locos, cap. I. Antiquitas hoc ipsum en indifferenter oleum siue Vnguentũ proferebat. Pau= psum refert septimo, capite 20. Aëtius primo, Nicolaus xandrinus cap. 727. Actuarius cap. proprio, Myrepsus one 16. numero 8. inuicem parum uerbis, sed ponderum rimine differentes. Dioscoridem imitatur Plinius lib. 15. .7. & Palladius secundo, ca. 20. in priori dictione. Qui= t maturas baccas lauri, unà cùm folijs coquunt, mox co= : alij tritas illas uino humectant per triduum, aut dies dragínta, quando ita citius oleum sua qualitate, & ui ciet, quod de Abietino asseruit Galenus quarto sanita= uendæ. Deinde torculari exprimunt, & semen, uel bac= adijciunt. Vtilius habetur, quò recentius, quóque uiri= s colore. Nostrum uulgus propter baccarum uiridium piam, in emporijs aliunde aduectum. & ambigo an bene atum, paruo emunt. De lauro, primo horum libro dixi.

Oleum ex ligno Guaiaco.

dícum lígnũ, siue Guaiacũ pingue, ac suc= cosum, in fragmenta, aut tesseras díuides, & nouum fictile uas refertum, testaceo opercu lo foraminulento obturabis: quod diligen= ter lutatum, uel argilla circunlitum exci= piat altera testa uacua, in terra defossa ad os usq;, superiori desuper incumbẽte probéq; conglutinata, ut per operculum, flammarũ ui circumcirca æstuãte, in uacuã illam, qua= tuor aut quinq; horarum spatio defluat o= leum: postea coniuncta uascula aperiens, a= qua oleũ innatans inuenies: quo si papulas, exulcerationes, ac tubercula morbi gallici

perunxeris, iuuamentum haud exigu
consequeris.

CRONENBVRGIVS.

Primus eius autor est Petrus Andreas Matthiolus S
sis, celeberrimæ famæ Medicus, libro suo de Curatione
lici morbi: per chymicam artem (quam Chymistæ Des
sorium uocant, nostri Alembicum) educitur, cuius ins
tionem monstrauimus in oleo Balsami, Iuniperi: Poste
super pro occasione copiosius in oleo Philosophorum
alibi repetemus. Ioannes Manardus Epist. quarta, lib. 1
Cardinalem Campegium, ait se ex ramentis ligni crud
nobili quodam uino decoctis, affuso antiquo oleo, linim
parare, quod dolentibus locis utiliter illinitur: at certũ
dum non exprimit. Id superiori anno copiosè atque eru
præstitit Iacobus Hollerius lib. 1. de Materia chirurg
Verisimile autem est, eiusmodi lignum oleosum fore, ut
uiora ligna uniuersa: nam leuiora ac rariora succum
guem, in gummi siue resinam commutant: proinde minu
leo abundant. Sciendũ uerò hoc recens inuentum esse,
admodum & ipsum ex quo paratur lignum, quod ex in
gnita patribus nostris orbis parte, ad perniciosi cuius
morbi, ac nouæ pestis (cuius explicationem postea, ita s
bis offerente occasione, apponemus) curationem, ante
nos plus minus sexaginta, ex India, per Hispanorum
Lusitanorum nauigationes, transferri ad nos cœpit: c
etsi pretiũ amplißimũ, attamẽ ob eximias naturæ suæ d
nemo tunc refugiebat: quoniã eo solo, ceu alexipharma
& diuites, & paßim omnes, qui contagioso morbo torq
rentur, utebantur. Mox quia singulari efficacia, aut ue
diuina beneuolentia, morbi tum grassantis malignita
ac impetum reprimebat, aut si commodè in usum uerte

ti

e,extinguebat. Lignum sanctum quàmplurimis est appel- um: alijs pòst Indicum, quoniam ab Oceani interioris ulis aduehebatur. Deinde experientia compertum, a- d alio generosius esse, pro locorum natura. Cæterùm ando ut medicamento nouo, in nouo morbo, Medici uti perunt, fieri nō potuit, quin graues errores contingerēt, s aliter discrimine magno usurpantibus. Proinde in ma- am quoq; controuersiam agi occepit, dū nemo uerā eius titiam indicare potuit. Fuerunt ea ætate, qui pares cum beno facultates obtinere, quin ipsum Hebenum fere con- derent, idq; sanè haud leuibus argumentis: quæ opinio amnum firmiter multorum animis insedit, quam paulò st aperiemus. Atqui quum promiscuè pars hominum in- s, immani horrendaq; lue corriperetur, unaq; miserrimè rißimus eques Germanus Vlrichus Huttenus, ac præter ius penè orbis fidem, atq; omnium Medicorum spem, so- hoc ligno, Dei clementia restitutus esset, nolens hanc feli- atem solus cognoscere, auspicatus est ipse, ut omnium opi r primus, ita etiā doctißimus, idē lignū peculiari calamo strare, quod Huaiacum, aliàs Guaiacum uerißimo nomi , ab Hispanis pronunciari scribit capit. Voluminis sexto. ortum eius in Spagnola, insula iuxta Americam, ubi lon- udine in Septētrionē desinit, aßignat. Hieronymus Fraca rius, qui eruditißimo carmine Syphillida lusit, Hyacū, yacum, & arborem sanctam dixit. Nec desunt qui Gaia- m, ac Guaycanum sonent. Scripserunt diligenter de eo- m ligno & morbo, Nicolaus Leonicenus, Ioā. Manardus, ntonius Beneuenius, Sebastianus Aquilanus, Andreas atthiolus, Almenar Hispanus, Nicolaus Massa, Nicolaus ollius, Benedictus Fauentinus, Angelus Bologninus, Alphō s Ferrus, Ioannes Fernelius Ambianus, Fracastorius de

Morbis contagiosis lib.2.cap.11.& 12. Amplius 3. ca[p]
Ioannes Tagautius, Musa Brasauolus, Antonius Galli
si qui sunt alij. Massa ex insulis ultramarinis, Calecuti
tis, lib.3.cap.2. asportari testatum reliquit. Ferrus distin
primo, cap.3. tres insulas, à Sancto Ioanne, Dominico
Cruce, denominatas, patriam eius, ac solis propinquita
stantiaq́; lignum commendari, atque inter illas, princ
locum habere oram D. Ioannis, decernit. Hæc breuit
nomine & loco. Nunc quoad fieri potest breuissimè a
gam, an iure Hebenus dici mereatur, mox an ueterib
gnitum lignum. Hebenus celebratissima olim arbor, q
Virgilius unicè decantauit, uelut Indiæ propriam, Reg
fuit Persidis tributaria, ac Pompeio Magno, deuicto
thridate, Romanis facta triũphalis. Eius duo genera T
phrastus Plantarum quarto, cap. quinto ostendit: alte
laudabili materia pulchrum, uile uitiatumq́; alterum:
rarum, hoc multiplex habetur. Huic subscribit Plinius c
decimo, cap. quarto. Spississima omnis materiæ, & grau
ma, natura perpetua, Theophrasto autore primo Pla
rum cap. octauo, cuius lignum colore Buxo simile, sed de
ticatum redditur nigerrimum. In aquis non fluitat, at
mergitur, nec cariem, nec uetustatem suscipit, eodẽ teste
no, cap.22.& Plinio 16. cap.41. Dioscorides optimam p
nunciauit Aethiopicam nigram, deinde Indicam, lib.1.c
111. dixitq́; Plinius sexto, cap. trigesimo in meridie Aeth
piæ syluas eius existere. Iulius Solinus cap.55. exigua sui p
te tantùm crescere autumat. Nunc an hæ notæ cum uulg
Indico siue Guaiaco, doctissimorum uirorum testimon
conueniant, expediã. Ioannes Manardus libro decimoqu
to, epist. quinta, Ruellius libro stirpium primo, cap.45. I
beni genus credunt. Brasauolus in examine suo simplic.

phon

nsus cap. secundo, & imprimis Antonius Gallus uerißi
utriusque faciem pingens, negant, etsi in plerisque notis
i distare confiteantur. Amatus Lusitanus secundam He-
i speciem pronunciat. Matthiolus, Guaiacum nigritia
ab Hebeno dißidere, autor est, Comment. in Dioscoridē.
lui hic solum loca adscribere, ne Lectorem sermone lon-
fatigem: & promptum & iucundum alioqui est, ipsos
ores uersare. Fallitur Massa lib. tertio, cap. secūdo, dum
cliuis est, in Karon Auicennæ scriptum libro 2. capite
ubi ait, Est lignum, quod affertur ex India, ad terram no
am, &c. Falluntur quoq; qui eiusdem cap. 337. Hesledeen
picati sunt, quod etiā malim Lectorem, ex Alphonso lib.
imo, cap. secundo, ac plenius ex Antonio Gallo, & Mat-
iolo, quàm me intelligere, sicut & totam guaiaci, siue In-
ci arboris historiam. Ne tamen nihil dixisse, omnemq; o-
ram subterfugisse uidear, primò breuiter ex uno aut alte-
qui cæteris rē acutius inspexerint, eius ligni genera, mox
lectum diligentißimè, deinde præparandi rationem, ac fa-
ltatem summa fide ostendam: postremùm de morbo cru-
lißimo, in quo potißimùm usus eius requiritur ex neceßi-
te (quando huius nouitate pariter ac immanitate, omnes
enè ætate nostra medicinæ, uincuntur) uerba faciam. Ma-
ardus lib. 17. epist. 3. tria distincta genera numerat. Primū
l densum, graue, crassum, interna parte nigricans, externa
bpallida, lineis quibusdam in fuscum uergentibus, per lon
um æquè distantibus intersectū. Alterius pars exterior ma-
is albet, cum minore nigredine media. Tertiū genus, præci
uè Sanctum uocatum, totum ferè albicat, cuius longitudo
xilibus ualde lineis distinguitur. Hoc ualentißimum asse-
it, quia acrius & odoratius. Reliqua duo in Hebeni censu
lanè collocat. Certè ab hac sentētia non est alienus Anto-
 nius

nius Gallus lib. de ligno sancto non permiscendo, ubi praecipuas eius differentias agnoscit. Etenim quod plu in medio nigri repraesentat, cum cortice firmiter adha te, leui, duro, Guaiacum propriè: alterum colore fusco flauo, aut potius plurimùm albicante, cortice laxiori, ricio, pustuloso, Buxum ementiente, Palum ac lignum ctum appellatum, praestantißimum cum Manardo se animaduertit. Sed omnia uitiantes, ac fraude corrump impostores, propter uicinum utriusque colorem, Buxu pe pro Sancto, in Italia praesertim exponunt. Est & hu modi discrimen: Guaiacum accensum pinguescit, & nam fundit, Sanctũ contrà est macrum, nec resinaceum rat, adeò ut ne ab inflammato quidẽ quicquam defluat. riq; radices tota arbore potẽtiores aiunt, sed Gallus ar laudat aetatis integrae, succi bonitate turgescentẽ, fructi turo uigentẽ, uiribus firmam, ex qua neq; caules ampli, surculi exiles, neque truncus arboris radicibus proximu gi debent, sed quae inter haec sunt media, ex tẽperatiore qualis D. Ioannis censetur. Qui igitur cũ utilitate Sanc lignum tractare uolet, ei suaserim, ut ex isto Palo recens uecto, nihil graue spirante, nec situ obducto, nec carie a so aut euanido: sed halitu odoro nares uibrãte, sternuta tumq; mouente, gustu acri & subamaro aromatico, põ re graui, dẽso, duro, cortice extuberãte; colore tam exte quàm interius albescẽte, aetate media (quia nimis tenell bor crudo aqueoq; humore plena est. uetustior uerò exu aridaq;, ac ideo iners & ignaua) ex tali inquam, Palo ∫ cto, scobem serra contumaci elimatam, & tenuißimè di ctam, & si necesse sit, subtiliter tusam cribratamq; (q non est in minimo ponendum, ut efficaciam suam pot tius exerat, quia durum) seligat, atque ea recenti utat

al

s expirat, & uim uetustate deponit. Porrò maceratur
uno, breuius ac diutius, ut uel acrius, uel clemētius phar
cum desideratur, aqua pluuia, cuius locupletē rationem
rißimus Antonius Gallus reddidit. Deinde coquitur ad
lias Hutteno, cap. 7. Itidem Fracastorio in Syphillide li-
tertio, & de Curatione eiusdem tertio, capite decimo,
ssæ tertio, cap. quinto: Matthiolo autem ad tertias, ac
tonio: uerùm Pollio, Manardo, atque alijs nunc ad dimi
s, nunc tertias, nunc plus minúsue, pro morbi constitu-
ne, & Medicorum consilio (etenim quò contractius co-
itur, eò uehementius agit) idq; uase fictili bene cocto plū-
q; illito, amplo, ad quartam partem inani seu uacuo, ut
sum ac deorsum efferuere queat, semper operculato, nisi
ādo spumam auferre uolumus, quæ circa cocturæ initium
lligitur, supra ignem purum moderatum, fumi expertem,
gna cura, attentaq; diligentia. Aqua sit sextupla, octu-
a, decupla, duodecupla, sedecupla, aut uigecupla. Nam in
ensuris, multiplex, ac controuersa opinio est, secundum
ultam uariamq; eius coctionem, ex ligni & aquæ propor
one: similiter iuxta morbi & usurpantium diuersitatem,
potionum quantitatem. Sed hæc absolutè intelliget qui-
nque remedia uitijs, corporibus, ætati, sexui, membris, āe-
, atque ijs propinquis rebus, secūdum rationem accommo-
are nouit. Igitur suam quisque uoluntatem, ad ægrorum sa
item, sequatur: nec alienam calumnietur, nisi euidenter fal
m. Atqui nunc postquam genera, delectum, parandi ritum
docuimus, reliquū est, ut facultatem ligni recēseamus. An-
ie hanc, nec una omnes statera, pendunt: siquidem Massa
ib. tertio, cap. tertio morbi Neapolitani, caliditatis secun-
lum ordinem, non autem siccitatis transcendere, autor est,
um humiditate tēperata. Manardus lib. 19. epistola quar-

ta calere dixit, sed impensius exiccare. Alphonsus in sec-
do gradu calidum ac siccum asseruit. Fracastorius subti-
lissimarum partium, ac calidarum siccarumq; circa gra-
tertium, lib. tertio, ca. decimo de Curatione Syphillidis.
si quis uero iudicio, quam habeat naturā, cognoscere u-
actiones suas omnes expendat: nam incidit, terget, ten-
calfacit, sudores mouet, uehementer nutrit, roborat, mo-
laxat, stringit, anodynum est, aliasq; præclaras dotes ac c-
trarias edit, admirāda æquitate, citra ullam iniuriam. Q-
igitur ista bene uersans, inter calida temperamenta qu-
temperatissimæ naturæ non decernat? Ac quamuis ex p-
marum qualitatum conditionibus agere probari queat,
tamen indubitatum infinitis exemplis est, frigidis articu-
rum doloribus, quibuscūque neruorum affectibus auxilia-
tumoribus, collectionibus, sinibus, tophis, & similibus m-
mederi: ad hæc uentriculi, iocinoris, lienis, capitisq; mor-
pituita genitis mirificè succurrere. Et quod incredibili i-
quis miretur, in abigenda uincendaq; lue Venerea, tam e-
caciter, tam celeriter, tam familiariter, tam tutò, cali-
iuxtà ac frigidos, humidos perinde ut siccos humores disc-
tit, ut omniū ore in ultimis orbis finibus celebretur. Qu-
propter cum excellētissimo Medico Antonio Gallo const-
ter credo, omnem hanc uim ex substantiali proprietate, a-
abdita naturæ causa fieri. Ac ideo pessimè faciunt, qui ta-
celebre donū, ineptis miscellaneis uitiant, & diuinam ei-
uirtutem turbant. Imò Huttenus proprio exemplo cap.
& decimo, impermisto Guaiaci usu, dissuadētibus multu-
Medicis, insperatam salutem consequutū se gloriatur. Equ-
dem lōgior sim, si omnes eius uires enumerare cœpero, qu-
idem cap. uigesimoquinto, & Antonius Gallus, & alij enu-
merarunt. Sed hoc loco mirari subit inscios aliquot syco-
phant-

...entas, qui confidēti temeritate, ac temeraria confidētia,
...que & apud quosuis tam torquatos nobiles, quàm me=
...ris fortunæ homines, sese in morborum curationes inge=
...t, plenisq; buccis aureos montes pollicentes, dum nihil
...d, quàm lignū lignū crepitāt, aut ungendū ungēdum cla
...āt. Ignauū pecus, tortores potius quàm unctores, & car
...ces uerius, quàm Medici: quia nihil norūt eiusmodi, qui=
... frequenter hic opus sit, dum alia atque alia, pro uirium
...labentium necesitate, ac morbi discrimine interueniunt
...identia. At nimis frustrà hæc quiritor, quoniam pars po
...i maxima falli gaudet. Cæterùm quādo hucusque de Li=
... sancto raciocinando peruenerimus, & usum eius pro
...essaria rei Medicæ, atque utili cognitione, breuiter mon
...uerimus: operæpretium est, huic sermoni, morbi nomen,
... quo lignum hoc peculiariter usurpatur) originem, cau=
..., naturam, dira & multiplicia symptomata obiter ad=
...gere, ut multorum hominum opiniones ac sententias, ge
...ina doctrina, cognoscamus. Itaque principio mali huius,
...ipiā Diuo, nimirū Iobo, aut Euagrio, aut Rocho, appella
...nē hanc tribuebant pleriq;. Inde mox alia nomina cōmi
...bantur. Postea latius crudelißima peste, calamitosaq; æ=
...itudine sese diffundente, imò uniuersam Europam deua=
...nte, Itali Gallicum morbum: Galli Hispanicum, Ger=
...ani scabiem Hispanam, & Mæuium: alij Indicum malum,
...ij Neapolitanum, quidam luem Veneream dicere occepe
...nt: cuiusmodi uoce Fracastorius tertio Syphillidos usus
...t, dum eleganter sanè eius exordia canit. At imprimis te=
...tum uolumus, nullam gentem qualicunque appellatione
...c notari, sed nos ex uulgari tantùm hominum consuetudi
...e, uocabula usurpare. Leonicenus simpliciter Epidemialē,
... æstiuum morbum definit, cum pustulis primò obscœnas
partes

partes occupātibus, deinde reliquū corpus, magno sæp lore, atque ipsam imprimis faciem, ex uaria humorum ruptione genitis, propter immodicam aëris in calore e miditate intemperiem. Sed hanc definitionem euident ciuiliter Manardus libro septimo, Epistola secunda, u nus perfectam confutat, similiter Antonius Gallus ut i ficientem improbat, lib. de Ligno sancto non permisce Sunt qui Saphatum siue Græcorum Achoras, sunt qui phantiasin, qui Lichenem, siue Impetiginem: qui Vari Carbonem, Persicum ignem, Epinictidas, & Cornelij Phygethlon uocauerunt, quos omnes Manardus conu loco nunc dicto, ac Epist. prima, li. 2. Sunt qui Lepram, etiam manifestißimis scripturæ testimonijs uincit Frac rius secundo morborum contagiosorum, cap. decimoter Sunt adhuc qui Mentagram ac Pudendagram existim atque hi suos correctores habent, ut mihi non sit necess peræ quicquam hic insumere. Haud tamen negauerim i affectus singulos, & complures sibi mutuò superuenire alium ex alio gigni posse. Attamē proprijs appellationi utentes, nemo supradictorum ullum, uere Galllicum, siue spanicu..ı dixerit, aut ueterem morbum putauerit. Nam Plinij ætate, noui accidebāt antiquis prorsus incogniti(lut ipse scribit 26. cap. primo) ita nostra memoria, & ina etiam, noua morborum genera accedunt, priscis ignota, cum arte Medica ex insidijs belligerātia. Nescio autem c Nicolaus Massa libro tertio, cap. secundo de Neapolitan hunc antiquum probare uoluerit, Auicennæ autoritate bro 2. cap. 535. de Olibano, cùm ne uerbum quidem isthi ad hanc sententiam legatur: sed solum transfert Dioscori scripturam primo, cap. 70. de Thure, cùm ait, formicant uerrucas inter initia, impetiginesq;, ex aceto & pice, ill

tu

tollit. Atqui indubitata omnium fide cōstat, anno post
RISTVM natū M.CCCCXCIII. aut sequen-
uando Galliarum Rex Carolus, in Italiam arma moue-
cœpisse. At Galli hanc ignominiam minimè ferentes ex
pania, aut incolarum eius nauigationibus, ex no-
orbe (in quo hæreditaria uindicta simili labe corri-
ntur omnes) peßimum malum in reliquas nationes irre-
se, clamitāt. Vtut hæc res sit, nouus omnino morbus est,
iqua carens appellatione. Itaque noua quoque Medici-
opus, & eā ingenuè docteq; Guaiacū asseruit Huttenus
lib. de curādo Gallico. Cæterùm causas diuersas diuer-
signant, quas legere uolentes, possunt apud peculiares
ptores. Ego constitueram eas breuiter hoc loco contra-
e, sed uideo dictionem uberiorem fieri, quàm putaram,
que desino. Sed quis me clāculùm, ut eum laborē subeam,
ulat? Certè Genius meus est, totius aleæ istius autor, qui
ctantem impellit, ut hoc quoque officio, Apollinis stu-
sos demeream, cui nunc obsequendum est. Celeberrimus
bianus libro secundo, cap. decimoquarto de Abditis re
n causis, pituitosam materiam ueneni maleficio perfu-
, acrimoniæ participē, fœdißimæ huius luis occasionem
ecipuam monstrat. Doctißimus Fracastorius de Morb.
tag. lib. secundo, cap. 12. originem, principiáq; eius, ad
ssum sordidumq; phlegma, refert, in quo seminaria pro-
ctiua acria delitescunt, & coniuncta hærent. Ta-
autem initiò fuisse in aëre, ac per potentes pluresq; sy-
rum constitutiones, sordidam quandam putrefactionem
rò contingentem habuisse, quæ mox ad eiusmodi mate-
m, in nobis analogiam siue consensum agendi sortita, ef-
trices omnis sordis huius causæ extiterunt. Atque hanc
ctrinam, constanti equidem fide tuetur. Ego autem, alio-
rum

rum pace dixerim, ex quocũque humore putrido corr
aut uapore clàm uenenoſo, uenæ cauæ ſanguinem, arte
magnæ ſpiritũ labefactante fieri arbitror: (ſicut fit in
tibus, à polluta matre aut nutrice, lac ſugẽtibus, & qu
dam inſuper, cum infectis, ex eodem poculo potantibu
effuſioribus baſijs corruptum ſpiritum in os excipient
& præterea ex fœdorum corporum contactu: (uelut e
obſtetricibus inbuinatæ mulieris partum ſuſcipientib
condormientibus, qui iiſdem ſtragulis & linteis ad ſud
uſque conteguntur) ſed omnium promptiſsimè ex conta
ſo concubitu, atque impura Venerea miſtione. Quar
ſcœnæ partes ferè plerunque primò, paulò pòſt iecur p
dine inficitur, deinde ſenſim in omne corpus, uirus pe
ptat, ſæuitq;: & ex leui alioqui occaſione, grauia initi
uires immanes ſuſcipiens, in multa hominum milia, in m
oppida, in multa caſtra acerbiſsimè graſſatur. Quum
que cerebrum uitiatur, caluariam, frõtem, tempora, fac
abominabili aſpectu fœdat: cùm grauius ſerpit, eroſion
ſæpè palatum, gargareonem, fauces, tonſillasq; infeſta
prorſus exedentium ulcerum naturam imitetur: quibuſ
naſus, quibuſdam oculi, quibuſdam genæ, ac labia depa
tur: aliis capilli è capite, mento, palpebris, defluunt:
dentes labuntur, pleriſque labefactantur, quod non ex m
caminibus tantùm, ſed morbi malignitate fieri omnino
ſendum eſt. Cùm adhuc amplius dilatatur malum, in t
corpore, uirulentæ puſtulæ diuerſorum generum exurgu
maligna ulcera immenſo dolore, & pernicioſa contagia
punt, quæ oſſa nudant, neruos deſtruunt, uenas corru
punt, pleraſque corporis partes horribili tabe maculant,
intolerabili cruciatu miſerrimè affligũt, moleſtiſsimeq;
uaſtant: tam exitali pernicie, tam putrida fœditate, ut
toler

rari, nec uideri, nisi cum horrore, ab intuẽtibus queant, ac ipsi ægroto, uitæ odium, optabili morte gignant. Vo- quidam inextricabile hoc fatum Valentiæ, in Hispa- Taraconensi primò ortum, ubi Elephantiosus unius tis libidinem, à nobili meretrice quinquaginta aureis petrauit: qua cum mox alij salaces gregatim sese miscen- paucis diebus atrocissimum contagium in quàmpluri- dissipatum fuit. Equidem experimentis sexcentis con- , quò quis est in qualẽcunque Venerem præcipitantior, immoderatior: eò celerius calamitosiusq; horrẽda ista la apprehenditur. Constat quoque eam ipsam asperiorem fœminis fieri sæpe quàm uiris, quoniam illæ uerecundo lore uirus in sinu occultantes, Medicos ad secretiora ma onscios esse nolunt. In summa, apud omnes confessum infinitos intemperantes, solo Venereo turpi complexu, t nimis pœnitentia contaminari. Caueant igitur eiusmo purca uinaria, qui calamitatem istam euadere cupiunt: eant, inquam, tametsi ipsam uultu oreq; Cypriam men- ntur meretriculæ, quia multis locis deformem tabem, ue- occultum uenenum circumferunt: quod magno pretio, eriq; uoluptate emitur. Et hæc hactenus, nũc quæ sequun ordine Olea prosequor.

Oleum Liliorum alborum Mesuæ.

it sicut oleum chamomillæ, abijciendo ex li lijs, intermedium illud croceum.

Oleum Liliorum compositum.

ecip. Foliorum liliorum uncias octo.
lastichæ, calami aromatici, costi, carpobalsa mi, ana unciam unam.
aryophyllorũ, cinnamomi, ana unc. mediã.

Croci

Croci drachmas tres.

Omnia, præter folia liliorum, aqua sufficie[nti]
horis uiginti quatuor perfundantur: d[e]
de semel aut bis efferueant. Tunc ad[i]
sce

Olei sesamini aut dulcis maturi, libras du[as]

Mox adiectis liliorum folijs, diebus quad[ra]
ginta, soli exponãtur, postea colatũ repo[n]

CRONENBVRGIVS.

*Dupliciter Mesue instituit, simplex ueluti Chamæme[lin]
compositum ex aliarum rerum mixtione paratũ, id un[guen]
ti speciem ostẽdit. Apud Dioscoridẽ quidam ex Balsam[ino]
siue alio oleo, & lilijs conficiunt. Refert insuper aliud c[om]
positum, quod ut operosum, ita sane pretiosißimũ fragr[an]
tißimumq; iure haberi debet. Nostris, in rerum penuria [nun]
quaquam parari potest, sicut legentibus manifestatur: l[ib.]
illius primo, cap.51. Græci Susinum, Crininum, Lirin[um]
Lirium, & Syrium quoque appellabant: Latini simplic[iter]
Lilinum. Paulus Aegineta lib. septimo, c.20. simpliciter
Dioscorides duobus modis tradit: unus duplici florum [mu]
tatione, ad uncias duas, sextarium olei ponens, triduiq; [fer]
mentatione perficitur. Alter ex plerisque aromatis, tri[bus]
iniectionibus consistit. Aëtius lib. primo huius priorem
censens, ternis alterationibus liliorum folia inijcit. Alex[an]
drinus capite 741. cõpositũ, ab alijs diuersum aperit. Ac[tua]
rius simplex, olei dosim geminans cap. proprio. Myrep[sus]
oleorum numero 16. Aëtium imitatur. Apud Plinium de[ci]
motertio, capite primo constat ex lilijs, balano, cala[mo]
melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. Palladius [li]
bro sexto, titulo 14. singulis olei libris, dena tantùm l[ilia]
apponit. Serapion Arabs olei sesamini sextario, dec[em]*

drachm

chmas florum adijcit cap.25.de Antidotis. Auicenna lib.5.
ct.10.ex aromatis componit, quod transcripsit Placen-
us cap.20.de Medicinis. Imprimis laudatur oleum, quod
redolet, unde quò frequentius recentia macerantur, eò
dius censetur. Sed cauere oportet, ne ulla florum iniectio,
a triduum persistat, quoniam diuturnior, grauem ac fœ-
t potius odorem edit. Itaq; in simplici oleo, ter folia lilio-
t, abiectis croceis filamentis, mutentur, ac singulo triduo,
olatis ueteribus, noua immittantur, aßiduè insolando: po
mò excolatum denuò insola, more similium oleorũ. Hæc
uina est simplicis componendi ratio, quã Seplasijs omni-
imitandam proponimus. Nunc de Lilijs pauca adiungã,
Rosis nobilitate sunt proxima, adeò ut ijs, nec specie,
odore, cedere credantur, roseo collata decori, uelut canit
cer. Flos ipse poëtis Iunonis Rosa, fabulosa appellatio-
quibusdam, propter nobilitatem, Regius uocatur. Nulli
rum excelsitas maior, interdum cubitorum trium. Co-
amentis tribuit Dioscorides lib. tertio, capite 97. Qua-
plex genus Theophrastus recenset lib. Plantarum sexto,
ite sexto, Plinius triplex 21.capite quinto, nimirum can-
um, rubens, & purpureum. In primo floris candor ema-
atißimus est, habens niuei simulachra nitoris, unde iure
mo, in summo quoque honore, ac delicijs hodie habetur,
ut insuper rubens, qui plerisque Narcissus, ex ueterum
timonio putatur. Certè multæ Narcißi species uisun-
hodie, florũ uarietate distinctæ, ut in Betonicæ historia
nuimus. Sed nunc pluribus Lilia non exponam, cùm ne-
tam sit infans, aut rudis, qui ea non noscat, & amet. Ger
ni, coloris discrimine, uocem mutant. Serapion copioso
que indeterminato sermone tradit cap. Simplicium 180.
en appellans, Auerroës, Alcostam.

Oleum ex Lini semine Mesues.

Fit sicut oleum Sesaminum: attamen n[illegible] semen non excorticatur.

CRONENBVRGIVS.

Aëtius lib.1. uelut Cicinum præparari, scriptum reli[illegible] Certè triuiale admodum est hodie, ac paßim notißimũ o[illegible] bus, trusatili mola exprimitur. Eo Nationes aliquot, *sta[illegible] ieiuniorum tempore, cibos condiunt, maximò corpori[illegible] spendio, utpote quòd febres peculiari quadam corrup[illegible] perniciosas multis inferat. Satius itaq; fuerit relinquere [illegible] Medicis, pictoribus, lucernarum commoditati, & quibu[illegible] ligionis ergò iucundum est, corpus adfligere, noxia mat[illegible]*

Oleum lumbricorum Montagnanæ, in Antidotario cap. sexto de oleis.

Recip. Olei uulpini uncias tres.
Olei maturarum oliuarum libram unam.
Lumbricorum terrestrium scutellam unam.
Lauentur lumbrici bene diligenter, pòst p[illegible] nantur in frixorio ferreo, cum prædic[illegible] oleis, ferueantq; ad consumptionem te[illegible] tiæ partis: colatum, in phiala obturata, [illegible] mediam horam bulliat. Deinde extrac[illegible] utere.

Aliud simplicius.

Rec. Vermium terrestrium lotorum uino a[illegible] bo libram mediam.
Oleo oliuarum dulcis libras duas.
Vini uncias duas.

illiat donec uinum consumptum fuerit, & oletur.

CRONENBVRGIVS.

nprobandus ac damnandus est uulgaris multarum sepla um usus, quæ lumbricos in cacabum æneum ponentes, so oleo feruefaciunt, simul & oleum uitiantes, & uermi s comburentes. Exquisitius *fieret uase uitreo, per calorē imationis, ut diu uiui uermes oleo innatarent.* D. *Gisber* Horstius *Amstelredamus, iam diu* Romæ *Medicinam ma laude factitans, quo haud scio, an quisquam in* Romano *, non simplicium tantùm, sed omniū penè rerum natu peritior ac diligentior, quod multis apud me argumen orām in ædibus suis obtinuit, probauitq́; (& si hic locus licandis eius laudibus peculiariter datus esset, possem ue ulta de eodem narrare.)* Is, *inquam, sequenti modo pa Vermes terræ repurgatos primò ab omnibus excremen ccipit: mox denuò lauat uino, postea lagena includit, & t sub fimo equino tandiu, donec in liquorem oleo simi uertantur. Si uera mihi memoria constat, nunquā apud artis* Medicæ *scriptores hoc inueni, & ideo tanquam um est recipiendum.* Bononienses *quidam familiariter in paralysi, & neruorum affectibus, usurpare solent.* Ete *non quoduis pharmacum periti* Medici *, cuiuis præ unt semper, sed primùm à mitioribus inchoando, pro e exigentia, ad uehementiora progrediuntur, adeò ut in m aliud statuant robusto, aliud imbecilli, imò non quam eidem homini, in eodem morbi genere, aliud mini iuueni, aliud seni, aliud ualetudinario diuq́; morbis cōfli ti, aliud nunc iam in morbum prolapso.* Et *alioqui hu olei usus talis existit, quando non uehementi opus est ctione, discußioneq́; : aliàs ad uehementiora utpote*

ex maiorana, castoreo, uulpino, euphorbio, & ex cau
parata conuertuntur. Neq; hic morandum, quis medic
nis autor sit, modò de eius integritate, atq; experiment
ta comprobatio habeatur : quanquam ubiq; malim ue
artis magistris longáq; consuetudine probatis, quàm n
parumq; exercitatis acquiescere. Porrò quando nihil a
ius scripturæ intelligentiam, reliquum uideatur, de lumb
quædam apponam. Dioscorides terrenos uermes Græc
ἔντερα, hoc est, intestina terræ, Lumbricos latinis dici, a
tauit lib. 2. cap. 59. Quadantenus similes sunt lumbricis
& intestinis innatis: Impropriè tamen quidã utránqu
cem miscent, præsertim in Medicinæ usu, quando uerme
tra terram geniti, hic à cunctis autoribus expetantur,
brici uerò minimè. Etsi non nesciam Plautum in Euc
nullũ discrimẽ agnoscere, dũ Staphylam anũ senex coar
inquiens, foras foras lũbrice, qui sub terra erepsisti m
qui modò nusquam apparebas, nunc quum compares p
Atqui Aëtius libro secundo, cap. 168. distinctim, hos uer
omne genus lumbricorum eijcere, scripsit singulari dilig
quam ante ipsum admirandus Hippocrates uarijs suo
monumentorum locis obseruarat, & inter Neotericos
stãtißimus Manardus lib. tertio ac quarto, epistolis pri
Teutonicè etiã utriusque differẽtia pronunciatur, Pie
oder Erdtwormen, *ac simpliciter* Leibworm
quorum hoc corporis uermes, illud terræ uermes innuit.

Oleum Maioranæ, siue Sampsuchi Mes

Fitueluti oleum ex Myrto.

CRONENBVRGIVS.

Galeno 4. sanitatis tuendæ libro, huiusmodi oleum, hy
regione frigida, ac simili tempestate probatur, ubi ea
rati

tione, Rosmarinum herbam oleo incoquendam monet, quã
ldrinam Aëtius quarto, cap. 42. & undecimo, cap. 44. re-
uit. Cæterùm hoc loc ancipiti animo, pariter ac incerto
silio, nõ semel dubitaui, an eadem esset herba, Sampsuchus
Amaracus, quando euidentia utriusque discrimina in
npsuchini & Amaracini compositionibus Dioscorides
mo cap. 47. & 57. docuerit, ac Galenus & Paulus seorsim
utraque herba loquuti sint. Itaque lectionis scripturæq;
io, me commouit, ut diuersas herbas, sicut diuersas com-
itiones, existimarem. His accedebat, aliquot eruditißimo-
n uirorum opinio, Amaracũ Galeni ac Pauli, partheniũ
oscoridis putantium, quia illi nusquam quicquam de par-
nio tradiderunt. Econtrà plerosq; aliter omnino decerne-
comperiebam, ut mox dicam. Proinde nunc magis hæc,
nc illa meditatio, ingenium meum occupauit. Itaque re-
uos rei herbariæ, ac medicaminum scriptores diligenter
uestigans, inueni Paulum Dioscoridis Amaracinum re-
isere, ad finem cap. uigesimi, lib. septimo, nulla habita al-
ius compositionis mentione, quinque interim simplici-
s adiunctis. Præterea Aëtiũ libro primo, tantùm nõ Dio-
ridem adumbrare, uerùm pro Amaraco Sabinam substi-
ere, & oleum prætermittere. Contrà Nicolaum Alexan-
inum cap. 716. ingredientia ad unum omnia Sampsuchini
oscoridis, & quædam ex Amaracino enumerare, atque
mixtum quoddam, ex utroque pharmaco, oleum consti-
ere. Amplius Actuarium, Sampsuchinum solum edocere
p. proprio. Myrepsus uerò oleorum 28. ex Aëtio tran-
ipsit, sed semen Amaraci apponit, quod ille omisit. Bre-
ter intelligo Theophrastum. Dioscoridem tertio, cap.
. Plinium 21. cap. 11. & 22. ac Maronem, Lucretium,
olumellam, cæterosq; poëtas Latinos, ut unam herbam,

 gentium

gentium tantùm diuersarum nominibus distinctam: ita
compositionem rebus quibusdam, præstantiæ & titi
scrimine ac loco, differentem tradidisse. Hæc autem
ita esse comperissem, ambiguitatem omnem deposui :
pro una eademq; compositione, maiori, secundum loca
bæ bonitate, aut uilitate, & componendi quoque uar
te, usurpari agnoui. Etenim quis nescit nobiliorem, aut i
biliorem herbarum originem, multaq; multis tractibus
plicia magis uigere, melioraq; peculiaribus locis, q
alienis existere? Præterea unum medicamen exactius ab
parari, celebriusq;, pro regionis dignitate haberi q
aliud? quod nos plenius in Præfatione *huius* Volum
ostendimus, & Galenus *undecimo* Methodi, *de* Nardino
guento, testatur. Itaque nihil est discriminis, quàm dixi
Cæterùm *quanta iam olim fuerit huius unguenti odor*
nobilitas, & gratissimi odoris iucunditas, hinc est ma
festum, quòd optima præstantissimaq; unguenta
Amaracina *dicta : unde etiam prouerbio nomen,* N
cum Amaracino Sui, *apud* Erasmum *explicatum,* Chi
dis primæ, centuria quarta. Sed ad Mesuen *redeo, cu*
conficiendi modus, postea ad finem olei Myrtini *an*
tabitur. Manardus *ex cacuminibus sampsuchi, siue m*
ioranæ nobilis, ter quatérue permutatis, & in uase
plici, cum oleo coctis, parandum decernit. Herbam *ips*
suprà in Electuario Xyloaloës, & Compositione Hedychr
aperuimus.

Oleum Mandragoræ Mesues.

Accipe succi horum pomorum matutorum
olei sesamini, ana partes æquales.
Coque in uase duplici, ad succi consumptio

nem

nem: deinde iterum cum tantundem suc- ci recoque, ut prius: & sic tertiò, postea epone.

CRONENBVRGIVS.

Hoc à nostris parari non potest, in eiusmodi pomorum uria, quæ Mesue Rabiole, & Iabrole, Arabica, opinor, e appellat. Serapion cap. Simplicium 343. maluit Iabora, us fructus Losab, Auicenna cap. 368. Iabrol, exponitq; cem syluestris Mandragoræ: Auerroes Lefaba, Simon uensis Iobroha, Pandectarius Iabroa, Iabrob, Iabroch, .358. & Leborat, cap. 484. Atque simul omnes, Mandra- am interpretantur. Nos autem manifestioris doctrinæ iter ac tituli causa, simpliciter Mandragoræ appella- em præscripsimus. Interea barbarorum hominum an- imitatores improbo, ut qui sua obscuritate, genuinæ ionis significationem perdunt, pluráque nomina con- unt, quàm aut intelligunt, aut digerunt. Sed quæ ista per Mercurium, ignorantia, quæ cæcitas, quæ me- orphosis, ut absurdis, peregrinis, perplexis, otiosis malint uocabulis, quàm cognitis, perspicuis, serijs, & uita usum habentibus? Scripsit idem oleum Præposi- , cuius errores facillimum erit omnibus, ex germa- utoris scriptura, deprehendere, qui, citra dubitatio- t, Nicolaus Alexandrinus est constituendus, ut liquet ite 739. de compos. medica. libro: aut saltem Myrepsus ione 16. oleo quinquagesimo. Villanouanus uncias pro chmis, in Antidotario suo prudenter posuit. Superest us fruticis historiam aperire. Dioscorides initio capitis lib. 4. duo eius genera assignat, nigrum quod fœmina pu- ur, Thridatias appellatum: & album, nonnullis Mo- mas dictum: quanquam ad eiusdem cap. finem tertium

genus, eodem nomine tradat, quod ab Hieronymo Trag
cap. 101. Solano furioso attribuitur. Theophrastus nus
sufficienter formam expreßit. Plinius uerò diligenter sa
duo fastigia distribuit 25. cap. 11. Latinis Malus canina
terrestris uocatur, quibusdam Circæa, quoniam radix ei
amatoria cõferre uidetur: aut quia Circe nobilißimum
tum, ac flagitiosa uenefica, eam herbam repererit, aut
ueneficijs suis uteretur. Nam constat illam, ab Hecate m
sua primò, uenenatis artibus instructam fuisse, deinde p
lentißimam ueneni malitiã inuenisse, sicut testatur qu
Diodorus libro 5. Antiq. gestorum capite de Argona
scribit insuper 7. Aeneidos Virgilius eandem mulierem, V
sis socios, errore longe, in feras conuertisse, dum ait:

Quos hominum ex facie, dea sæua, potentibus herbis
Induerat Circe, in uultus, ac terga ferarum.

Quem quidem locum ex 10. Odyssea Homeri transtu
quemadmodum etiam Ouidius 14. Metamorphoseos, ubi
piosa uena canit hanc Circes miserabilem fraudem, qua
fractos Vlyßis sodales mutauit in porcos, ac sæua arte c
cumuenit, nefanda fœmina. Sunt, qui ob uim refrigerato
& somniferam, Hypnoticam nuncupent: unde adeò P
uerbium, in somnolentos officiorumq; negligentes, dici c
pit, quòd Mandragoram bibissent. Explicatur ab Eras
nostro, Chiliadis 4. Centuria quinta. Porrò haud parũ m
tum eos autores, ut uetustate ac doctrina præstantißim
ita rei ipsius notitia, ueraq; demonstratione destitutos, a
cuso, dum radicem Mandragoræ, hominis imaginem æmul
ri asserant, atque ideo Anthropomorphon appellent: cui
occasionis initium fecisse uidetur Pythagoras, eiusmodi n
men usurpans, & Columella lib. decimi principio, semihom
nem dicens, hoc carmine:

Quamul

Quamuis semihominis uesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores.

Quin inter Græcos adhuc Theophrastus Plantarũ 9.cap. & inter Latinos Plinius simili quadã scriptura usi sunt, quid contra communem tunc uulgi opinionem, ac communem sensum dixisse uideri poßint: adeò non puduit (ut ueximè ait Marcellus Virgilius in Commentarijs suis) hos ores in tanta rerum grauitate, quas scribebant, popula & sine ratione ritus, posteris mandare. In eadem ignotiafuit Auicennas cap. proprio. Nec desunt hac ætate litiosi aliquot Agyrtæ, nugacem hanc imposturam, ne im execrandam impudentiam (inducta talibus radicibus nana utriusque sexus imagine, distinctis particulatim mbris) mentientes, qua uix dici potest, quantopere mulum animos, in eiuscemodi fraudem, celeri credulitate, pelleant. Memini me puero, tales sæpe nebulones in foris pucis stare solitos, ac nescio quid prodigiorum fingentes, & tunæ secundioris pollicentes, dum circa furum cruces, ratu eiulatoq; quodam, eas formas subitò euulsisse commiscerentur. Atq; interea speciosi circumforanei, Bryo radices affabrè circunscriptas, ridicula prorsus merce ponebant, quod utriusq; huius herbæ uera descriptio, ceiter euidenterq; indicare potest, ut docere id longius suruacaneum omnino sit. Memini me ante annos uigintiatuor, Mandragoram in horto Godefridi pharmacopolæ uaniensis, in intersignio Tugurij siue Casæ, conspexisse: fateor tenuem eius speciei memoriam, tum ob lubricæ atis erroneum intellectum, tum ob rei parum agnitæ ingitantiam apud me remansisse. In Italia autem frequen in uiridarijs cultioribus spectatur. Atqui nunc ad oleom explicationem stylum conuerto.

Oleum Maſtichinum Meſuæ.

Rec. Maſtichæ uncias tres.
Olei ſeſamini, kiſt unum.
Coque in uaſe duplici.

Alterum, eiuſdem.

Rec. Olei roſarum uncias duodecim.
Maſtichæ uncias tres.
Vini boni uncias octo (in alio, quatuor.)
Coque ſicut primũ, ad uini conſumptione

CRONENBVRGIVS.

Dioſc. lib. 1. cap. 39. ex trita maſtiche, quod maſtichin & cap. præcedẽti, ex maturo fructu oleum fieri prodit, L tiſcinum cognominatum, quoniam arbor ipſa Lentiſcus tur, quæ maſtichen ceu reſinam ſtillat, eodem autore ca & Plinio lib. 14. cap. 20. Galenus quando duûm generũ 2 *ſtichen collegiſſet, candidam uocatã Chiam, ac nigram Ae ptiam, ex illa tantùm oleum confici dixit 7. ſimpl. Aë primo libro, ex maſtiches unciã una, & olei acerbi ſexta uno, coctis in duplici uaſe, componit. Similiter Paulus Ae neta 7. cap. 20. ac mox aliud magis uarium. Vtrunque rec ſet Actuarius cap. de Compoſitis oleis, attamen quædã ſi plicia, in poſteriori, interciderunt. Nicolaus uerò Alex drinus planè diſcordat cap. 735. ſicut Myrepſus quoque, 39. & 49. At 22. ſimplex Pauli, & 38. Compoſitum tradit, quintuplam fermè partem contrahendo. Ad hæc Paulus li 15. cap. 14. Emplaſtrum ex maſtiche collocauit, ab Actuar uocatum Maſtichera, cap. proprio. Inter Arabas Serapio ex libris tribus olei Seſamini, & maſtiches libris ſex forma Sed mendam hic eſſe nemo dubitet, quando olei & maſtich quantitatem expendit. Etenim non conuenit, ut ſex libr*

maſticha

stichæ, in tres olei conijciantur. Ego loco librarũ, uncias
mastiche substituerem, si mihi illius doctrina imitãda fo-
Auicennæ, in priori Mesues dictione, conuenit. Palladius
2. tit. 21. ex granis Lentisci maturis, ut Laurinum com-
autumat. Arnaldus Villanouanus in Antidotario oleo-
, præstantius reddit schœnuantho, ac calamo. Officinis
tris altera Mesues compositio sola usualis habetur. Cæ-
um hoc loci monẽdus uenit Lector, scripturam in uulga-
Mesue (quæ habet in alio uncias quatuor) corruptã esse,
librario quopiam inscienter appositam: nam ipsa ora-
is series, & ordinis concinnitas, manifestò declarant, po-
num id abundare: & alioqui minor esset uini quantitas,
iusta compositione. Potior autem Apothecariorum tur-
propria ignauia, ac suapte culpa, eiuscemodi considera-
es turpiter negligit, quæ sanè conficiendis Antidotis
nopere sunt necessariæ. Coqui etiam debet uase duplo,
irum imponentes unum uasculum altero, quod calidam
am copiosè complectitur: uerùm hanc formam in Lo-
ex radicibus Altheæ tradidi, satisq; constare ijs existimo,
mediocriter in artis operibus sunt exercitati. Itaque
sius, hac de re, sermonem non extendam. Hoc tantùm co-
scere quenquam uolo, ut mastiche pertrita paulatim
finem cocturæ, affundi debeat, cõtinua motione ustio-
impediendo: citò enim liquescit, ac permiscetur. Masti-
laudatißima in Chio insula prouenit. Triplicem differen-
Plinius 12. cap. 18. ostendit, præfertur candida splen-
, & Chia consueto more cognominata, deterior est uiri-
& nigra. Adulteratur thure, ac resina. Lentiscinum in
nsi Italiæ agro frequenter paratur. Iam quia Kist in
ri Mesues descriptione legitur, expedit eiusdem exposi-
em compendio subiungere, ut nihil præsenti orationi
desit,

desit, simul & Seplasiarijs ipsam construere uolen in obscura dictione promptè satisfiat. Est itaque (sic enim melius legitur) Græcè Xestis, mensura du cotylarum siue heminarum, Arabibus, eorumq; imita bus sæpe consueta, quamuis triuiales Medici ferè pl que uago pondere confundant. Erunt ergo olei unciæ decim. At harum rerum absolutam notitiam faciemus, mo horum Commentariorum.

Oleum Meliloti Mesuæ.

Confert, & fit sicut oleum è Chamomilla.

CRONENBVRGIVS.

Quantum ad huius tum compositionem, tum expositi attinet, leui obseruatione cōstabunt. Est enim eadem fac di, cum oleo Chamæmelino, aut Anethino ratio.

Oleum Menthæ.

Hoc uelut superius, in multis tabernis, co citur ex Mentha sicca, odora, crispa, & o maturo.

Præcellit in calfaciendo, appetētiam irrita do, coctionémq; promouendo.

Oleum Myrtinum uulgare Mesuæ.

Fit sicut Oleum ex Cytonijs.

CRONENBVRGIVS.

Haud leuiter in restaurando hoc oleo laboratum à n est, quando tam corruptè, tam obscurè in uulgaribus cod bus, aut temporum uitio, aut librariorum imperitia, le batur, ut prorsus qua ratione parandum esset, paßim Medici, & Seplasiarij ignorarent, dum alij ex folijs My alij ex succo, ex semine alij, indiscreto pondere, incertaq;

constit

stituerent. Vnde fieri non potuit, quin magna ubique dentia oriretur, cunctis hic sibi parum conuenientibus. nos ipsius autoris uoluntate, ac rei concinnæ uero ductu am lectionem restaurauimus. Etenim dißidere homines, ebus obscuris, ambiguis, obsoletis, & non satis explica= minime mirum: nescire autem sese de nomine altercari, gnum atque odiosum esse debet. Proinde nos omnem con= uersiam tollentes, Malinum pro Myrtino, legendum ar= ramur. Nam ueluti melinum, per excellentiam, de Cydo= intelligitur: ita haud dubie continuo sermone Mesuæ linum, non myrtinum, oleum edocere uoluit. Et quæ simi= do, obsecro, myrto est cum cydonijs? Aut ubi caro, aut ilis substantia, in myrti semine? aut quæ tandem huius se= nis, cum mandragoræ pomis, æqualitas? Quòd uerò com= nis lectio deprauata est, ex sequenti scriptura manifestis= è colligitur: ubi postquam de pomis Rabiolæ, id est, man= gore absoluisset, statim perspicuè in antiquis libris Myr um subtexit, ut uel ob hoc suspicari libeat, imò cognosci tò queat, hunc mox, post oleum cydoniorum, apud Me= n non esse iustum Myrtini locum: nam aliàs temerè in n breui interstitio, diuersimodè repeteretur. Quamobrẽ yrtinum censeo expungendum, & Malinum substituen= n: magna siquidẽ est Cydonijs, ac malis societas & cõmo= ad eandẽ regulam fieri possunt. Huic sentẽtiæ meæ si quis stinatè resistat, per me herclè licebit errare, & bis idem dem pagina legere: siquidem perdifficile est, errorem inue= ratum hominum animis eximere. Demiror autem tantam Officinis caliginem fuisse, ut genuina myrtini cõpositio, æ omnibus in ore semper uersatur, quaq; multorum au= s personant, quaq; constantißimè utuntur, penè sit amis= Et hæc præmonere uoluimus, quò ab errore inscios uindi= caremus.

caremus. Iam *ad alias compositiones accingor.* Diosc.*t*
mine 1.*cap*.36.*ex succo & omphacino oleo,amplius ex f*
oleo, & aqua simul coctis : præterea cum oleo, folijs i
maceratis:postremùm adiectis malicorio, cupresso, cyp
iunco odorato, simul inspissatis. Quaterna *itaque ra*
*cōficit,absque determinatis ponderibus.*Galenus *ex oleo*
ex baccis myrti, aut ipsius etiam myrti succo, mixtæ fa
tatis oleum fieri dixit, lib. per Locos 1.*cap*. 8.Aëtius *p*
ex foliorum myrti uiridium uncijs duabus, & sextario
lico olei omphacini, atq; uini odorati adstringentis qu
sextarij parte. Ad eundem modum Myrepsus *numero ole*
21.Actuarius *myrti unam unciam inijcit.* Nicolaus Alex
drinus plerisq; rebus, ac pondere auget cap. 733. Serap
æquali portione myrti decoctæ, & olei, ad cōsumptū liq
rē facit, mox igne ablatis,ladanū,& uinū miscet:facit &
oleo sesamino,myrto,ac uino c.oleorū 25.Rhaza *plerisq; p*
dis parat c.proprio Antidotarij.Plinius *fermè* Diosc.*exp*
mit lib.15.*ca*.7.Palladius *lib*.2.*tit*.18.*ex uncia foliorum, lib*
olei, & hemina uini ueteris styptici comprehendit. Var
ab omnibus Villanouanus *in* Antidotario *suo.*In *summa,e*
ex Mesue,*sequenti ritu,in usum reuoco.*

Oleum Myrtinum uerum Mesues.

Rec. Olei ex oliuis immaturis, extremitatu
tenerrimarum myrti ueræ, expreſsionis e
rundem,ana partes æquales.
Vini odoriferi adſtringētis partem mediam
Decoque ad ſucci uiniq; cōſumptionem, du
plo uaſe:deinde cola,ac reconde.
Præſtantius erit, ſi eadē ter renouētur, ac bal
neo calētis aquæ mergantur & percolētur.

Ad eandem doctrinam effingitur oleum ſampſuchinum.

Oleum Nardinum Meſuæ.

℞. Spicæ aromaticæ, uncias tres.
...ini & aquæ, ana uncias duas, & ſemiſſem.
...ei ſeſamini, libram mediam.
...coquantur in uaſe duplici, lento igne, cir-
...iter horas quatuor, frequenter mouendo.

Eiuſdem, ſecundus modus.

℞. Spicæ Indæ, uncias tres.
...mpſuchi uncias duas.
...yloaloës, Inulæ, folij Indi, calami aromatici,
...oliorum lauri, cyperi, ſchœnuanthos, car-
...damomi, ana unciam unam & mediam.
...ntuſis craſsiuſculè affunde uini, & aquæ
...ontis, quantum ſatis fuerit.
...ei ſeſamini libras ſex.
...oque igne paruo, ſex horis, in uaſculo du-
...plici.

Eiuſdem, tertius modus.

℞. Spicæ Indæ, uncias quatuor.
...ucis moſchatæ uncias quinque.
...yracis, garyophyllorum, ana uncias tres.
...lei balſami uncias ſex.
...lei ſeſamini libras quatuor.
...oris quinque coquatur, fiátque ut præſcri-
...pta duo.

CRONENBVRGIVS.

Tractaturi Nardinum, initio autor oleum Benedictum ...torũ iuuamentorum uocat, ſicut quædam alia, ob multi-

plices

plices ac præstantißimas eius dotes, quas in uulgarium
positionibus, temerè quis desideret. Quid enim illæ ad
& quomodo rectè parabitur, quando neque odoræ N
neque olei Balsami ueri copia nobis sit? quod in alijs
copiosè monstrauimus. Est autē Nardinum, ex optima
do quam suscipiebat, appellatum: uelut Spicatum, ex
spica: & foliatum ex Malabathro, quorum ingentia p
Romæ Galeni tempore (quando tamen eiusmodi simp
& commodius, & minoris multò haberi poterant) fue
quemadmodum octauo Methodi, lib. 1. per locos, cap. 2.
liter secundo, cap. 1. ipse testatur. Porrò hæc unguenta,
Romanorū luxus ac uoluptas inuenisse uidetur, ad gra
nobilium delicatarumq; mulierum fiebant: sed parandi
multiformis apud priscos legitur, qui subinde Nardinum
foliatum, pro uno unguento (sicut Plinius lib. 13. cap. pri
subinde pro diuersis intelligebant, quod manifesta ueri
cùm apud Dioscoridem primo, cap. 64. ac sequenti, tum
tium lib. primo, Paulum tertio, cap. 23. Myrepsum num
oleorum 31. & 36. atque alios, uidere est. Nardinum pec
riter Dioscorides aut malabathrino folio, aut sine eo
scripsit. Plerunq; autem balanino oleo, aut omphacino,
cus odoratus spissamēti gratia adijcitur, uelut odoris iuc
di causa, costus, amomum, nardum, myrrha, balsamum. L
datur tenue, non acre, nardi siccæ, aut amomi odorem r
rens. Liquidum est, nisi resinam habeat. Simplex fit ex
phacino oleo, iunco, calamo, costo, nardo. Galenus no
optimum parari docuit octauo Methodi, quod per Lo
octauo Ceratum uocat, quo aßiduè utebatur. Est autem
iusmodi: Ceræ Ponticæ amaræ, aut Tyrrhenicæ, aut alter
bene odoratæ, pinguis, lotæ, Nardini unguenti, singulor
drachmæ octo. Liquefiant uase duplici, refrigeratis pr
perm

uiſce Aloës, maſtiches tritorum, ſingulorum drachmam
n, uel paulò plus, non tamen ut ſeſquidrachmam tranſ=
aris. quòd ſi ampliori opus ſit adſtrictione, omphaciũ
pondere addatur, ut trium ſingulorũ drachma ſit una.
ui in cerati præparatione, primo miſceatur omphaciũ,
le alia uniãtur. Aëtius libro primo numeroſam compo
nem refert, triplici diuerſa fermẽtatione ac coctura: &
inenter quatuor adhuc alias ſcripturas oſtendit: Pau=
fferentes tres libro ſeptimo, cap. 18. Myrepſus primam
, ex dimidia doſi contraxit, numero oleorum 31. Variãt
andrinus cap. 711. & Actuarius capite proprio. Inter
bes Serapion cap. Antidotarij ſui 25. tripliciter concin
ſed huius prima deſcriptio, eſt Meſues ſecunda: tertia
uſque eadem habetur. Quàm proximè ad iſtas accedit
cẽna quinto, ſumma prima, Tract. 10. Alienus eſt Rha=
ono ad Almanſorem, cap. 64. Qui chymicam artẽ pro=
tur, ex lauandulæ floribus, aut Nardi Italicæ ſurculis,
m per alembicum colligunt, quæ paucis ſeptimanis So
poſita, oleum fragrantiſsimum & odore acerrimum re=
t, quod ſeparatim multi congregant. Quidam flores ui
uaſe excipiunt, ac fimo equino tribus menſibus ſepe=
, deinde ſingulari opera, alembico more, oleum ſegre=
. Suſpicor ignobilem medicaſtrorum & Officinarũ tur
, ex floribus lauandulæ oleo infuſis fermentatisq́; expri=
. Præſtaret ſimpliciter antiquorum lectionem imitari:
uis nobis nardum odoram, xyloaloën integrum, folium,
um, amomum, myrrham, balſamum inuentu rariſsimum
editabit? quis artificem probum, ac abſolutũ? Eſt equi=
nardinum aliud alio excellentius, Galeni teſtimonio
cimo Methodi. Atqui illiuſmodi cùm omnium ſit pe=
a, ecquid amplius genuinum ac nunquam ſatis decan=
 tatum

tatum Nardinum, aut Spicatum hoc dicemus? Plinius
randi occasionem, per nouem herbas nardum Indica
mulantes, indicat: Tanta, inquit, adulterandi huius ma
est. Non dubium mihi, quin olim simili pretiosissimo a
gratissimo nardi pisticæ unguēto, IESVS CHRISTVS
cus Dei patris æterni filius, in Bethania recubās, à Ma
lena, in summo uertice perfusus sit, cuius eximio odo
spiritu, tota domus impleta fuit, testimonio Matthæi
cæ 7. Ioannis 12. Marci 14. Deinde iterum, postquam h
ni generis peccata in crucem sustulisset, iamq; in mon
tum nouū reponendus, ex assuetu illustriū Hebræorum
per Nicodemū, Ioannis 19. postremò à tribus mulierib
uitibus, pieq; prodigis diluculò primo die Sabbatorū, p
tis aromatibus, eundem honorē Domino Iesu iam mo
exhibere cupientibus: etsi superuacaneū id officium fu
quod uiuo in ædibus Simonis leprosi, Magdalena impe
rat, piaq; sedulitate mortem Iesu, antequam moreretur
munere honorarit, sicut Euangelica historia indubitāt
serit, Marci 16. Lucæ 24. Hunc ungendorū corporū mo
antiquissimi Aegyptij habuerunt, ne celeriter cadauera
functorū putrescerent. unde peruetustus Poëta Lyricus
cæus in caput pectusq; affundi unguentum præcipit. Ita
ex Plinio (grandia si paruis assimilare licet) lib. 13. cap. 1.
sequimur, quum Alexander Magnus, castris Darij Pers
Regis expugnatis, in reliquo eius apparatu, scriniū ung
torum recepisset, quæ inter laudatissima & honestissim
tæ bona, à Romanis, admissa sunt, qui honos ad defun
quoq; pertinere cœpit. Eadem gratia, Regale dictū ung
tum, ad Parthorum Regum usum, cōstitutum opinor, q
ab eodem, sequenti superioris libri capite, refertur. Hæc
multis, quæ dici amplius poterant, satis dicta nunc sint.

aut

em eximium quoddam Nardinum diutina consuetudine bbatum habeo, quod huic loco adscribēdum existimaui.

Oleum Nardinum nostrum.

ecip. Spicæ odoriferæ uncias tres.
orum lauandulæ unciam unã, & semissem.
aryophyllorum unciam semis.
asticheS drachmas tres.
ini destillati uncias quinque.
yracis unciam semis.
ini Maluatici libras duas.
quæ lauandulæ uncias quatuor.
lei omphacini, libram unam, & mediam.

uitro reposita, ac bene obturata macerētur, duplici uase, per diem naturalem, atque ubi probè unita fuerint, per horas sex diligētissimè coquantur: pòst oleum à fæcibus segregetur, & in usum reponatur.

Scio insuper alias atque alias eodem nomine compositio s, apud practicæ Medicinæ scriptores, & in uulgatis Se astariorum codicibus inueniri, sed eas ipsismet relinqua us, nobis satis sit superiores ostendisse.

Oleum Nenupharinum Mesuæ.

Fit sicut oleum Violatum.

CRONENBVRGIVS.

Herbam hanc, & Græci & Latini pariter Nymphæam pellant, quoniam aquosa amet. Poëtarum uanitas, à nym pa zelotypia erga Herculem mortua, denominatam tra t, sed hæc, ut commentitia negligamus. Duas eius species tendunt, Medicæ materiæ periti autores, flore ac radice fferentes: nã prior candido, lilio albo simili, in cuius medio

filamẽta crocea, & radice foris nigra, bene crassa, sca uiſitur. Altera flore prorſus luteo, roſæ magnitudine, r alba. Vulgaris eſt in paluſtribus, ac ſtagnantibus herb quæ paßim totas aquas, folijs ſuis latis, & in oblongum tundis, firmis, ac uelut coriũ ſolidis, opacet. Pingitur à ſcoride lib.3.cap.126. Theophraſto nono Plantarum, c 13. Plinio 25. capite 7. Apuleio cap.3. Tabernis noſtris barbara, Nenuphar dicitur, Germanis, florum diſcrim weiſs oder geel Seeblůmen, *alijs* Waſſerroſ *Hollandis* Pompen, *&* Plompbloemen. *Gall.* N nuphar blanc & iaune. *Ital.* Nimphea bian & gialla. *Vere utriuſque herbæ flores leguntur. Ex a autem oleum conficitur : & ſeorſum flores, filo traiect umbra, ſiue aëre ſicco, ſuſpenduntur in annum. Radix in cta piſis, hæc olla eiaculatur. Autumno eruitur, ad Medicos.*

Oleum Nucum Meſuæ.

Modus compoſitionis eius eſt, ſicut Amyg linum.

CRONENBVRGIVS.

Ad eundem modum parari docuit Aëtius libro 1. ſed h loco neceſſe eſt prioris Meſues ſcripturæ meminiſſe, q fuit, de oleo Amygdalarũ amararũ: nã & hoc, & confim ad exemplum illius confici docet Dioſc. lib.1. cap.34. è nu Iuglande, oleum fieri dixit, quod Caryinum uocatur: ſimil ter Plinius 15. cap.7. atque 23. cap.4. (& eandem uim hab re, quam Balaninum) cuius faciundi modum ca.141. ex tu nucibus ille abſoluit. Galenus ſeptimo Simplicium idem c firmat. Quoniam ipſius, inquit, quod edendum eſt, oleoſu ac tenue exiſtit, ita etiam facilè efficitur : quamobrem ole

eo inueterato exprimere licet. Ac quinto per locos cap. imi oleoſam nucem, per ætatem factam recenſet. Et reli= i Græci eandem doctrinam ſuis locis tradiderunt. Plinius cap. octauo, ſiccas unguinoſiores pronunciauit. Fit igitur c oleum per expreſsionem, ſicut in Amygdalino planius endimus. Eadem penitus ratione, ex Auellanis elicitur, Arthriticis præclarū. Arbor ipſa Iuglans Latinis uoca= r, & Iouis glans, quaſi hoc Deo digna, autoribus Plinio ro decimoquinto. cap. uigeſimoſecundo, & Macrobio 3. turnaliorum cap. 18. Græcis Διὸς βάλανος, id eſt, dijuglās, dem teſte. Optimum genus Perſicum, ac Baſilicon, ſiue Re m: fructus, nuces Iuglandes appellantur, quapropter a= r Regiam nucem, & hanc eandem eſſe ſcriptoribus ſta= mus. Quidam inſuper Caſtaneas etiam, Iouis glandes di= runt, uelut Dioſcorides primo, cap. 122. Conſtantinus deci o, cap. 73. & alij. Certè arbor, fructusq́; ubiq; gentium no= tur, ut nulla ampliori ſcriptura opus ſit. Vulgo German. aumnuſs, Batauis Walnuet & Okernuet. Gall. loix. Ital. Noce.

Oleum nucum Moſchatarum.

ecip. Nucum moſchatarum oleoſarum li= bram unam.

aryophyllorum unciam unam.

ontundantur uelut Amygdalæ ſolēt, in pa= ne Martio, paulatim aquam abſinthij adſtil lando, aſsiduéque agitando in mortario, do nec probè emolliantur. Deinde affunde

)lei maſtiches, menthæ, ana libram unam, & mediam.

ini maluatici uncias quatuor.

 Macerata

Macerata ad dies septem, in duplici uas[e]
prunas placidissimè bulliant, eo undiq;
turato, ne suauissimus odor transpiret,
ad uini consumptionem. Postea exprim[i]
tur, & in uitreo uase conseruentur.
Eximius erit, si per alembicum eliciatur.

Oleum hoc accepi à Domino Helideo Paduano Fo[ro]uiensi, Medico Bononiensi clarißimo, qui incredibili m[...]ræ ingenijq; dexteritate (ut curam ac diligentiam uehe[men]tem taceã, quibus sanè duobus proficere magnopere s[o]
in scientijs homines) artem Medicam, multiplici ægro[...]tium utilitate, magnaq; sui laude, ante annos decem & [no]uem, quando nos eo Præceptore, eximia beneuolẽtia, ac [mo]desta familiaritate, uteremur, factitabat: cui equidẽ, qu[an]tum nunc eruditionis insignis: quantũ occultæ philosop[hiæ]
quantum indubitatæ experientiæ, breuiter quantum so[...]scientiæ, accesißisse existimabimus, dum iugi labore, ind[efa]tigatoq; studio, etiamnũ practicam gloria summa exerc[et].
Is, inquã, hoc oleum in stomachicis frigidis, humidisq; [...]per usurpabat: unde ego edoctus, commodißimum quo[que] usu frequenti inueni. Non desunt, qui Zibet loco habe[...]
Alias eximias parandi formas, in Euonymi Thesauro p[...] 488. & reliquis scriptas legi, quas uehementer probo, & [...]tentibus conficere locum demonstro.

Oleum Ouorum Mesuæ.

Accipe uitellos ouorũ elixatione indurat[os]
circiter triginta, confringe eos manibus,
in sartagine figulari, siue terrea, siue plu[m]
bata, frige, supra ignem mediocrem moue[n]
do, ligneo aut ferreo cochleari, donec rub[e]
scan[t]

scant, resoluatúrque ab eis oleum, quod cochleari premendo abundantius dabũt. Vbi indurati uitelli, mola comminuantur, mox malaxentur, & torculari exprimantur, uelut in Amygdalino diximus. Vel in destillatorio uasculo positi, per chymicam artem oleum eliceatur, ut pòst in Philosophico explicabitur.

CRONENBVRGIVS.

Ouorum usum in Medicina fuisse, ex Galeno undecimo simplicium facultatum, Aëtio libro 15. cap. 28. & 30. Oribasii autoritate, & Paulo lib. septimo, cap. 17. prompte colligitur, ubi de gallinarum ouis loquutos imprimis fuisse credendum est, utpote cæterorũ altilium præstantißimis. Mauritani omnes, oleum ex illis colligentes, non parum quoque manifestarunt. Testes sunt Serapion Tract. 7. cap. 25. Rhasis in Antidotario, & Auicenna lib. 5. Tract. 11. Recentiores tanquam per manus eam doctrinam recipientes commo exercitatione, in prauis neruorum affectibus, cutis ...is, atque alijs ulceribus continuarunt. Nam Arnoldus Villanouanus cap. proprio, Ioannes Vigonius libro 18. cap. 19. Montagnana in Antidotis cap. 6. Alexãder Benedictus lib. ... Bertrucius Tract. 8. cap. quarto. & libro secundo, Tract. ... ac plerique omnes Practici uocati, diligenter transcripserunt: proinde ego hic apponere uolui. Sed difficulter admodum parari potest, nisi grauiter oleat, minus tamen si per chymisticam destillationem sublimando fiat, quod Auicenna indicasse uidetur.

Oleum ex Papaueris granis Mesuæ.

...it sicut oleum è semine Lini.

Aliud, eiusdem.

Paratur uelut oleum Violatum ex florib insuper ex capitibus & folijs papaueris.

CRONENBVRGIVS.

Auicēna ex libra una olei, & uncijs duabus florū P ueris cōponit. In Officinis nunc ex semine Papaueris contuso, ac torculari expresso, nunc ex fermentatione insolatione florum, ad dies quadraginta seruatur. Cæte quando hoc loco nihil scripturæ perspicuitas desiderat, duxi diutius huic immorandum. De Papauere uerò seci & tertio horum Commentariorum uolumine egimus. inceps quomodo Petroleum fiat, docere constitui.

Olei Petrolei censura.

Omne oleum ex petris stillans siue fluens, Petroleū, q petræ oleum appellari iure potest, sed perpendenti mihi torum hic sentētias, uisum est aliud quoddam esse pecul genus à Dioscoride, primo, cap. 85. Naphtha uocatū, asp ti siue bituminis colamē, colore candidum: quia nigrum super inueniri primo horum libro manifestauimus. Sed idem sit Naphtha, & oleum ex Agragantino Siciliæ pro ctum, non possum certò definire: at manifestum est, qu eiusdem generis sit, ita nō multum discriminis habere. St bo libro decimoquinto, pro eadem re intelligens, admira lem eidem naturam inesse prodit, ut quæ prompte uici corpora igne corripiat, & ea illita depascat. Quare eti Plutarchum, in gestis Alexādri Magni, Babyloniorum r gionem ingressi, nihil æque eum Regem fuisse miratū, qu in Ecbatanorum agro, telluris hiatum, ignem uelut ex fon te scaturientem, recensuisse comperio: unde non proc Naphtha, magno inundat gurgite, qui bitumini pers

mili

Naphtar. 3. Sp.

...is, tantam igni cognationem habere uidetur, ut prius=
...im flammam attingat, per ipsum luminis splendorẽ, me=
...m per sæpe aërem incendat, &c. Cuiusmodi etiam testi=
...nium Plinius lib.2.cap.108.perhibet. Herodotus scriptor
...ustißimus lib.6. Darium Regem circa Ardericcam pu=
...m habuisse, trifarias rerum species exhibentem narrat:
...m ex eo Asphaltũ siue bitumen, salem & oleum hauriũt,
...rsis Rhadinace appellatum, atrum, ac grauiter olẽs. At=
...e idem lib.1. ad fluuium, cui Is nomen, asphalti bituminis
...mos reddi, autor est, quo muri Babylonis cõstructi sunt.
...nsequitur itaque diuersorum locorum, multiq; usus bitu=
...n apud antiquos fuisse, ac non adeò multum à Naphtha
...criminis habuisse. Nostra autẽ tẽpestate, doctißimorum
...minũ cõsensu, petroleũ usuale similis farinæ cẽsetur. Colli
...ur id & ostẽditur differẽtia duplici, Naturale ex minera
...insulis ac scopulis multipliciter fluẽs (ueluti in Theriaces
...positione indicauimus) cuius subalbum, nobilißimũ æsti=
...tur: subrubrum, mediocre: subnigrum ac crassum, peßi=
...um: tale ad nos ex Sicilia, uel Liguria, uel Neapoli, uel è
...ontanis Mutinæ, ciuitatis Italiæ antiquißimæ (ubi nos uì
...mus, diciturq; Oleum montis Giby) uel saltem ex stillãti=
...s aliarum regionum petris, cõuehitur. Alterum artificia=
...cuius cẽsus mihi uidetur Oleum Philosophorum Mesues.
...uod nunc paßim in Officinis uenditur, in dubio adhuc
...ud me est (nec enim ex ignorantia mea, res iudicanda ue
...) cuiusmodi generis existimari debeat. Et hic obiter mo=
...ndum, Naphthicum salem, Plinio Sodomium uocatum, à
...stris desiderari, qui subniger naphthæ odore est, ut Me=
... refert. A Serapione Sal lacus mortui c.409. dicitur. Nũc
...lem dilucidioris doctrinæ gratia, ipsam autoris lectionem
...ic loco apponendam arbitror.

Oleum Philosophorum Mesuæ.

Accipe uetustos lateres potissimùm ex ru[illegible] scente terra coctos, & in frusta magnitu[illegible] nis nucis Iuglandis confractos: hos ign[illegible] dente, donec penitus ardeant rubeántq[illegible] succēde. Tunc oleo Rorismarini, siue u[illegible] ri claro, quantū combibere possunt, elu[illegible] ut largiter madidi extinguantur. Dei[illegible] rursus probe per se siccatos exactissi[illegible] conquassā, & per angustissimum cribr[illegible] concerne: pòst in uitratā ollam figulina[illegible] aut cucurbitam, aut angustioris robustū [illegible] trum conijce, quod alterum incumbens [illegible] sculum strictè obturatū habeat. Mox su[illegible] iectis accēsisque in fornace carbonibus, [illegible] tentè destilla, & emanabit oleum. Hoc [illegible] treo simul uase longioris rostri, recipie[illegible] dum erit. Postremò resolutis tepida aq[illegible] trium uasorum osculis: in aliud uitrū tra[illegible] latum benéque obturatū repone, ac pro n[illegible] cessitate usurpa. Quantò sanè antiquius, [illegible] tò præstantius.

Appendix.

Simile legitur apud Rhazam in Antidotario, & Alb[illegible] chasim in Seruitore suo. Celebre est ac summi apud Phil[illegible] sophos nominis, qui insuper (docente Mesue) Oleum sapi[illegible] tiæ, Benedictum, diuinum, sanctum, ac perfecti magister[illegible] nocarunt. Multi pro genuino balsamo, magna confidenti[illegible] nec minori utili[illegible] recipiunt. Quapropter à plerisque [illegible] toribus trāscriptum colitur. At studiosè miroq; ingenio l[illegible]

borandu[illegible]

ndum, ut iuxta ſublimationis artem, oleum eliciatur. d credo Officinarios noſtros tam impenſè rerum natu m cupidos, ut aut labores & ſumptus eiuſcemodi pa= is impendant: aut per alios è longinqua orbis regione ebi, bona fide petroleum natiuum demãdent: nam uul= noſtrum, intuitu iudice, colore pallidum non uidetur, otius ſubrubrum, ſiue fuluũ. Erit itaque *factitiũ oleum, equaquam* Naphtha *ueterum.*

Oleum Roſarum Meſuæ.

eo ex Oliuis, aut Seſamino, recẽti aliquo= ies fontana abluto, roſarum folia rubra, ui idia tuſa, ſufficienti quantitate permiſce, nox in uitrato uaſe ſoli diebus ſeptem ex= one: deinde coque in uaſe duplici, ad ho= as tres. Tũc expreſſas Roſas proĳce, & no= as craſſo modo tuſas in oleum mitte, ac rur us dies ſeptem inſola: poſthæc ad ignẽ ad= nota, ut prius, coque. Denuò excolatas Roſas reĳce, & alias adde, cum aquæ infu= ionis roſarum traditæ, in ſyrupis, quarta arte. Atque ita obturato uaſe, ad dies qua= raginta ſub ſole permitte: ubi hoc mo= do oleum à Roſis qualitatem acceperit, ex= prime, & iterum longo tempore inſola.

Alius modus.

ratur inſuper ex ſucci roſarum, & aquæ in= uſionis roſarum prædictæ, ana parte una. lei loti, ut diximus, partibus tribus. liorum roſarum tuſarum quantitate ſuf= ficienti.

Recon

Reconde in uase uitreo, expone soli, sup[...] ri doctrina.

Vltimò uerò oleum solũ, cum succo rosa[...] & aquæ infusionis earum reconde in u[...] & quadraginta dies in sola.

Alius.

Aut Amygdalarum dulcium purgatarũ, [...]tum uolueris, exactissimè cum folijs R[...]rum tere, & forma pastas, quas ad unũ d[...] loco calido asserua: deinde iterum cõt[...]ter in mortario subige, paucula aqua r[...]cea calide affusa, ac postremò torcular[...]leum exprime. Pone in uase uitreo, cõstr[...]ge os eius, & expone soli.

Alius.

Quartò similiter fit, tantùm loco Amygd[...]rum, Sesamum excorticatũ substitue. H[...] ad completum, illud ad incompletũ ole[...] materia utilior.

CRONENBVRGIVS.

Quatuor huius componendi Regulas ex Mesue prod[...]mus: mox etiam ante hunc sermonem, ex oleo completo, [...] folijs Rosarum completis ac maturis: similiter ex rudi [...] incompleto, & Rosis immaturis, formari docuit. Potest i[...]que ex utrorumque oleorũ genere, atque ex Rosis, tum [...] solutè, tum nõdum maturis, confici: estq; præclarum in c[...]trarijs affectionibus pharmacum, teste Galeno nostro sec[...]do per Locos. Cæterùm Rosas oleo macerari, mq; unguen[...] transire, iam inde à Troianis temporibus, autor est Hom[...]

ri

Roſeum id uocans. Solet inſuper cum ſale parari, uelut
Dioſcoride loco proprio, Galeno libro per Genera ſecun
que alijs locis, manifeſtum eſt. Ars uerò lauandi olei, ut
per occaſionem obiter adiungamus, ab eodem ſecundo
licium, cap. decimoquinto, in hæc uerba legitur: Oleum
a non tantùm mordacitatem exuit, ſed etiam candidius
ea efficitur. Oportet autem ipſum non perinde uehe=
er uerberare, ut picem, ceram, aut reſinam, ne adeò a=
miſceatur (eſt itaque tantum aquæ puriſsimæ affunden
quantum pro lauando oleo erit neceſſarium) ut ægrè
a ſeparari poſsit: ſed ita uerbera, ut dum quieſcere pa=
ſtueris, ipſum totum innatans facilè poſsis detrahere.
ie ex completo & incompleto, ac Roſis in totum, aut
um dehiſcentibus, ſimplex oleum perficit, & inſolat
raginta diebus æſtatis principio: tūc ebullit paululum,
otētiſsimè excolat. Iam ſimilis generis olea, ad idem in=
um, fingūtur: qualia ſunt, Abſinthinum, Anethinum,
næmelinum, Cheirinum, Geniſtinum, Lilinum, Melilo=
n, Menthaceum, ac ſi quæ cēſentur alia, ex dulci tan=
oleo, componenda. Sed hoc loco ſciendum, ueteres ple=
e uariandi ritibus Roſaceum inſtituiſſe, cuiuſmodi ma
tum exemplum habemus apud Dioſcoridem primo, ca=
41. ubi multiplici opere conſtruit: at ſimpliciſsimū eſt,
detractis Roſarum unguibus ſelibram habet, & olei
rium, ad tertiam uſque perfuſionem quadraginta die=
inſolatum. Haud diſsimilem à Dioſcoride doctrinam Pli
13. cap. primo tradit. Galenus quoque diſtinctim ac cla
. ſecundo ſimplicium, ca. ultimo, ſanitatis tuendæ ſex=
& decimo Methodi edocuit, ſed quoniam eius dictio
a eſt, nos loca oſtendentes, eam intermittendam cenſe=
Aëtius lib. 1. conſtituit ex ſextario uno olei, roſarum
rubra



rubrarum exunguium, & ad integrum diem ſiccata... cijs tribus: roſis reiectis, os uaſis occludere oportet, i... cus linteolo, forinſecus pellicula, propter imbres repe... & inſolare ad dies quadraginta, atq; ita excolatum r... re ſuper tabulas, in domo temperata. Quidam alia q... roſis adijciũt. Optima eſt præparatio, ex roſis & ole... ſtans. Alij non inſolant, ſed uas in puteum aquæ frigi... dies quadraginta ſuſpendunt. Eandem ſententiam lego... Paulum Aegineta lib. 7. c. 20. & Myrepſum numero... rũ 13. Nicolaus Alexãdrinus (à quo mutuauit Præpo... ex olei immaturi libris tribus, roſarum exungulatar... bra una (hoc loco alter libras duas olei, ac ſeſquilibra... ſarum poſuit) miſcet, & diebus octo ſoli exponit, non... turæ tantundem roſarum adijcit, iterumq; ad octo die... lat: tertiùm colat, ac totidem roſarum immittit, mo... fortiter obturatum quadraginta adhuc diebus ad ſole... locat, c. 740. Actuarius indeterminatum olei pondus... quit cap. proprio. Rhodinum dixit Plinius 15. cap. 7. P... dius lib. 6. rei ruſticæ, Titulo 15. purgatarum roſarum... cias ſingulas, ſingulis olei libris committit. Quidam V... tarij roſas aliquatenus ſiccare primò conſueuerunt, n... ut odorem in unguento ſynceriorem efficacioremq; r... quant: non dubium quin ex Theophraſto moniti, lib... Plantarum cauſis cap. 23. Celſus oleum Roſatum ſine o... mentis, roſam uocare aſſueuit. In ſumma, à Meſue, ... ex equo Troiano, omnes omnium Arabum, ac recentio... compoſitiones fluxerũt. Poteſt inſuper odoratiſsimum ... putrefactis uno menſe roſis ſub fimo, diligenter obſtr... uaſe: aut balneo calentis aquæ: ſimiliter ex roſis fragra... ſimis, quæ nomen à prouincia Galliæ uulgò ſortiuntur. ... præterea unguentum Roſatum Meſues, in calidis inte...

ri...

us iucundū ac utile. Id seorsum conuerti in usum uelim, os suo loco recensebimus. Ostendi hactenus Vnguenta= ideliter plerasque omnes Antiquorum de Rosaceo for= sperans hoc officio me plurimum commodi, & ipsis, & bantibus præbuisse. Consulant quoque Medicos suos, ut tum habeant, & errores uitent.

Oleum Rutæ Mesues.

Paratur ueluti oleum Myrtinum.

CRONENBVRGIVS.

erspicua prorsus hæc lectio est, tātumq; oportet ad oleū rtinum cōfugere, ac parare ex molliusculis folijs Rutæ, um siccatis (etenim uiridia excremētoso succo abundāt) maturo dulci, & ipsius herbæ succo, eadem mensura ondere, quibus isthic legitur. Actuarius autē sicut Ane= um expedit, euariat Serapion. Lullius ex seminibus Ru pretiosißimum, & aduersus uenena efficacißimum, eli= quod præclaris dotibus celebre, apud eum legant con= ere uolentes.

Oleum Saluiæ.

n hoc parando, doctrinam oleorum ex herbis conficien um retinere oportet, quæ petenda erit ex Chamæmeli, Rosarum institutione.

am hic locus postulat, ut peculiariter de Saluia dicam. apud Græcæ linguæ scriptores, Elelisphacon appella= cuius meminit Dioscorides lib. 3. cap. 32. Theophrastus sexto, cap. secundo, duo eius genera agnouisse uidetur, anum ac syluestre: illud Sphacelum, hoc Elelisphacō, u= ique tamen satiuum, diuersa quadantenus foliorum spe uisitur apud nos. Vnde quidam maius, & minus dicere uerunt, quàm hortense, & agreste. Nostrum plerique eundem

eundem sonum imitantes, Grösser oder Kleiner Gröber oder Schmaler, hoc est, crassam & ten Saluiam exprimunt, & nobilem siue ignobilem. Gall. S ge, & Sauge franche, Ital. Saluia maggior minore dicitur. Plinius lib. uigesimosecundo, cap. ult hanc manifestißime cum Lente syluestri confudit. Nā Græcis Lens phacos dicitur, credidit Elelisphacon, L esse speciem. Nemo enim unquam uniformem utriusqu ciem statuit, sed Plinium hauddubiè fefellit affinitas uoc Phacos & Elelisphacos, quod dilucidè oculatißimus R lius tertio de Stirpibus, capite uigesimooctauo ostendit uia itaque & Officinis & culinis nostris usitatißima : enim piscis assatur sine ea, præsertim anguillæ, & salm tabulæ, quoniam grauiorem eorum nidorem, commoda briq; suauitate mitigat. Quin & uina, eximio sapore minori conseruandæ ualetudinis ratione, nobilitat, quæ uiata uulgò nuncupantur. Eandem herbam sæpe usurp sterilitatis damnatæ mulieres, redduntur grauidæ. Ete uix ulla herbarum ad fœcunditatem censetur efficacior, cet contrarium, nescio qua ignauia, sibi nostrates pers deant. Sed his adiungēdum, diuersam herbam fore taber penè omnibus Saluiæ agrestis uocabulo cognitam, Her rijs nostris Ambrosianam, & Lilisagum (Elelisphacon o nor dicere uolentibus) Pandectario Elissagum cap. 234. a pellatam. Hāc Leonhartus Fuchsius, & ante eum Ruelli Horminum syluestre decernūt, uelut satiuum, eam herba quam Romani Geminalem dicunt, ac Officinæ nostræ G tricū, uulgus Scharlach & Scherley. Gall. Orual le. Ital. Scarleggia. Cui posteriori sententiæ non adm dum refragatur Tragus lib. 1. cap. 15. Licet hanc malit Si ritin Heracleam Dioscoridis lib. 4. c. 27. & agrestem illa

marrubiu

rubium syluestre, quod nostri foetidum nuncupant. Idem
n lib. cap. 16. binas adhuc Saluiæ agrestis ideas ostendit,
rum altera genuina, iuxta uias, agrorũ limites, cultosq;
s exurgit, sola scabritie differens, quia nõ est uelut Galli
lanuginosa. Altera est Nepetæ species, cui Calaminthæ
næ nomen. Hæc paßim in syluis luxuriat, folijs rotũdis,
tis, & paululum acuminatis, urticæ speciem repræsen-
ibus. Ruellius libro de Stirpibus secundo, cap. 118. Rur-
tertio, cap. 28. ac 66. syluestre Horminum asserit, quod
rum gallinæ uocant Herbarij: uulgus Gallicum Saluiã
marinam, Officinæ Gallitricum, melius galli Centrum
inaturæ, & prorsus Saluiæ congenerem herbam negat.
c simul & Fuchsium impugnat Matthiolus, in doctißi-
Commentarijs suis, supra Dioscoridem conscriptis, &
ino legitimum Horminum isthic affabrè appictum osten
lij tamen aliter sentiunt, nam, Velle suum cuiq; est, nec
uiuitur uno. Vtrunque genus traditur Dioscoride libro
o, cap. 123. Ego in tanta ueterum ac iuniorũ diuersitate,
habeo quicquam certi definiendum: itaque eruditis in-
s, liberum inuestigandi iudicandiq; arbitriũ defero. Fuit
olim de ijsdem fruticibus mihi quoq; controuersia cum
ero Prædnio, scholæ Gruninganæ moderatore celeber-
, cuius equidem omnimodam eruditionem haud facilè
explicarit, ut qui philosophiam summam summæ elo-
tiæ coniunxerit: & in simplicis Medicinæ notitia, ue-
disciplinis alijs, iure doctis omnibus sit suspiciendus.
n grauatim fatebuntur, quicunque uiuax uiri huius
ium norunt, norunt autem quàmplurimi. Porrò ne-
cerealis Hormini appellatio æquiuoca imponat, quod
nus & Aëtius inter olera, Theophrastus autem aliquot
, ac Plinius libro decimooctauo capite septimo & deci-

 mo, in

mo, in censu frugum numerant.

Oleum Scorpionum simplex Mesuæ.

Rec. Scorpiones cicirter uiginti, uel plu uel pauciores. Compone in uase ui quod habet olei Amygdalarum amara libras duas.

Mox obstrue, & diebus triginta insola. cola, ac utere.

Aliud compositum, eiusdem.

Rec. Aristolochiæ rotundæ, cyperi, gētia cort. radicum capparis, ana unciam una

Insolentur, affuso Kist uno, id est, libra un media olei Amygdalarum amararum, ginti diebus, postea scorpiones à decen quindecim oleo immerge, celeriter uas turando, & soli exponendo ad mensem, stremo colatum repone.

CRONENBVRGIVS.

Scorpiones uiuos accipere oportet, & in oleo submere, donec in eo moriantur. Posterius oleum refertur à Rh nono ad Almansorem, cap. de Lapide renum, & uesicæ. mirandam huius olei efficaciam, cùm in sæuißimo pestis c tagio, tū in uenenis omnibus prædicat Manardus, si ex antiquo, adiectis simplicibus medicamentis aduersus uen laudatis paretur. Ea ad unguem enumerauit simul & c ficiendi artem tradidit Matthiolus Senensis, Comment. in Præfationem libri sexti Dioscoridis, peculiari experim to, unde in Thesaurum suum reposuit Euonymus pag. Varignana cap. 5. Febrium, oleo scorpionum simplici, qu dianam, tertianam, ac quartanam curat. At neutra Me

comp

positio, à nostratibus fieri potest, quum scorpiones non
amus. Proinde necessarium est accuratè, quomodo, &
parentur, cognoscere. Prius descriptum oleum frigidum
osterius, ob aromatum admistionem calidum: non tan-
propter horum calorem, atque essentiæ tenuitatem, sed
m totius substantiæ scorpionum proprietatem, ac for-
specificam, autore Iacobo Syluio. Dioscorides lib. 2. ca.
11. duo scorpionum genera aßignat, terrestre unum,
inum alterum, nec exprimit eorum formas, utpote paſ-
unc opinor notißimas ostendit marinum Petrus Bello-
lib. 1. cap. 16. de Aquatilibus. Nicander in Theriacis,
colore distincta recēset: Aelianus lib. uariæ historiæ no-
Similiter Plinius 11. cap. 25. ex Apollodoro. Omnem hi-
am, ac eorundem naturam discere uolentes, ex multis
totelis de Animalibus locis intelligent. Scorpiones ter-
res, Italiæ notißimi habentur.

Oleum Sesaminum Mesuæ.

cortice, priuatis granis, ueluti amygdali-
um, torculari oleum exprimitur. Purgan-
r uerò grana hoc modo: Aqua salsa con-
erguntur, manibus fricantur, atque de-
uo madescunt, pòst modica assatione sic-
antur: deinde aspero sacculo aßiduè agi-
ntur, donec cortex dissoluitur. Tunc mo-
teruntur, atq; amygdalino more, oleum
xtrahitur.
andoque simul cum cortice eadem grana
odestè & paulatim torrentur, mox in fari-
am cribrantur, dein simili opere oleum eli
itur, ut diximus.

CRONENBVRGIVS.

Eius parandi modus apud plerosque intercidit, ad… pauci nunc in Germania Sesamum agnoscant, quapr… etiam olei usus perijt. Attamen inter lini segetes as… ubique locorum, præsertim in Alsatia, & tractu Rheni… uenit, sed propter eius ignorantiam, aut negligitur, au… lut herba inutilis euulsa abijcitur. Interim nec eo ca… semen apud nostrates uisitur, nec ea efficacia habetur,… iam olim & in Italia, & maximè in Aegypto, ubi amp… ma copia, oleum dulce atque odoratum expressum, in… regiones conuehebatur. Rarò admodum nunc Venetijs… cofortum, aut ex Hispania Antuerpiam perfertur, qu… locis subinde nostri emunt. Dioscorides autem primo li… cap. 34. Aëtius primo, Paulus 7. cap. 20. Actuarius ca… oleis, Myrepsus titulo Oleorum nono, sicut Amygdali… expreßis granis conficiunt. Quondam Columellæ ac P… testimonijs, in Italia notißimum, nunc fermè peregrin… Porrò quando huius apud nos facultas non fuerit, ol… Amygdalarum dulcium, aut lini, haud inscienter substi… mus. Herbæ ipsius faciem repræsentant Ruellius lib. 2.… pium, cap. 29. Tragus itidem secundo, cap. 28.

Oleum Sinapinum Mesuæ.

Fit, ut oleum ex frumento.

CRONENBVRGIVS.

Mirari subit Mesuen hic Sinapinum, ad oleum ex fru… to in constructione comparasse, quando penitus nulla sit… terutrius conuenientia. Quid enim sinapi cũ frumento co… mune? Aut quo modo, æquali ratione, tum ex semine, tum… frumento oleum elici queat non uideo. Cur itaque in h… utriusq; comparationem inciderit autor, explicare non p…

su…

...:tantùm indistinctè hanc compositionem ab ipso prola...
...t, & utrinq; ambiguè orationem perductam dicere pos...
...t. Quin & ingẽs sit medicamentorum penuria oportet,
...um curiosè omnia inuestigauerimus. Præstat igitur cùm
...rspicuitatem, tum facilitatem, in parandis pharmacis
...gere. Dioscorides lib.1.cap.35.tritum sinapis semen, cali...
...q; aqua madefactum, adiecto postea oleo, exprimi au...
...est. Nicolaus Alexandrinus capite libri sui medicamen...
...ij 736. ita concinnat:

...ec. Olei libras duas.
...ini libram unam.
...napi libram mediam.
...oc pulueratum in aqua & oleo, diebus tri-
bus infusum, ad uini consumptionem co-
quatur: colatumq; usui reseruetur.

Actuarius Dioscoridi acquiescit. Plinius solo oleo, absque ...ua madefacit & exprimit, li.20.ca.22. Nihil facilius quàm ...r contusionem, atq; expreßionem facere, ut oleum amyg... ...linum, sed absq; collachrymantibus oculis uix exprimi po... ...t, ob uehementem uaporis acrimoniam. Addam quædam, ...nquam auctarium de sinapi. Hoc Athenienses Napi dice... ...nt, quod etiam testatur Plin.lib.19.ca.8. Dioscorides unum ...nus, nempe hortense, memorat lib.2. cap. 146. Plinius loco ...tato tria, quæ in Italia obseruantur. A Pythagora impri... ...is celebratur, ac Macri carmine:

Inter eas, quas Pythagoras laudauerat herbas,
Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.

Duo nunc genera hortensia olitores numerant, alterum ...llo seu fusco, alterum semine albicante. Hieronymus Tra... ...us in uniuersum nouem commemorat lib. de stirpium histo... ...a primo, cap. 32. Hac ætate frequentißimus huius seminis

usus est, in mensis nostris, ut nõ credam apud priscos mai... unquam fuisse. Nam quotidiano condimento maximè pr... tur, quando crassarum partium cibaria indurata manc... tur, ueluti sunt, porcina caro, bouina, salsa, sumo siccata, ... cimina, pisces duri, ac marini omnes. Quinetiam dudum ... & refrigerata (ut nihil non helluonum gula tentat) cũ ... pi ac uino, absq; aceto, iterum friguntur, singulari uolup... te. Quidam insuper in Germania inferiori, dura oua sina... atq; aceto, in sartagine coquũt. Præmaceratum aceto se... molis subigitur, seruaturq; in annuum usum. Alij pro ac... mustum album siue rubrum recipiunt, quo equidem suau... fit condimentum, ac minus uehementis acrimoniæ, lingu... mordicans, aut caput feriens. Quidam pigmenta adijciu... nempe cinnamomum, piper, zingiber, nuces moschatu... zaccharum, & similia: quod studium non improbo, cùm ... macho magis conducat, & concoctionem præstantius ad... uet. Fecit insuper hoc semen, nobili medicamento nomẽ, qu... Sinapismus uocatur. Totam historiam Sinapi legere uole... tibus, ostendimus caput Ruellij 86. lib. 2.

Oleum Sulphuris, ex Iacobo Manlio.

Recip. Sulphuris flaui, terebinthinæ, ar... uncias tres.
Vini odori, uncias duas.
Olei rosati, libram unam.
Ebulliant omnia, ad consumptionem uin... igne lento, & fiat ex sulphure oleum.

CRONENBVRGIVS.

Hoc chymicè extractum quibusdam usuale habetur, ... potissimùm manu artem tractantibus, quibus sanè aliqu... ex carne aut ulcere demere atque abscindere promptu... est, a...

idipsum restituere, ac commodis medicamentis persa- tantum non difficile, ut sæpe impoßibile sit. Porrò in dorum ulceribus putridis, rebellibus, & deploratis, n Hispanico dicto morbo, ac similibus curatu conglu- q; difficillimis, eo quoque utebatur, in inclyta & ue- ima Bononiensi Academia, Dn. Helideus Paduanus Fo ensis præstantißimus Medicus, ac fidißimus olim præ- r meus, cuius unius autoritas tanta apud me est, ut hac uelut olim de Pythagora traditum scripsit Cicero) in denter utendis medicaminibus contentus sim. Erat au- lius hæc compositio:

hur uiuum, siue ignis expers accuratè tum, in nouam uitratam ollam, siue aliud sculum simile conijcitur, cui uitrum de- llatorium in corona perforatum aptatur, iò per ipsum foramen, sulphur super pru- s positum, commodè uirgula ardente mißa succendi queat. Mox diligenter c ipsum contectum seruetur, ut neque à nto, aut aëre, noxa contrahatur, neque ispiret. Deinde ex uaporibus sursum ele- atis, oleum fluit, quod more alembi- , in catinum subiectum destillans ex- pitur.

nnotauit quoq; eius parandi modum Matthiolus Senen Dialogo suo, de curando Gallico: similiter Cardanus in s eodem titulo editis. Romæ per sublimationem, ac de- tionem uulgo appellatam, paratur. Est autem pretio- quoniam ex multo sulphure, paucum oleum colligitur. n huiusmodi, de neceßitate, ut in plerisque oleis, tota nisticæ exercitationis cognitio requiritur: quam cùm

ego (ut ingenuè ignorantiam meam confitear) nescia peritis eius artis candidè petendam suadeo. Nunc taliu dustria, ex diuersis Aromatibus, oleum naturæ arcana ximè inuestigans elicitur, sed nusquam exquisitior igni tio, quàm in eiusmodi esse debet: cùm uehementior flam aromatum facultatem corrumpat, & imbecillior, nihil ciat. Idem magno successu, in liquoribus, resinis, frutic fructibus, seminibus, floribus, corticibus, melle, ac zacch tentatum nouimus. Et quod admiratione maiori dignum hi uidetur, ex oßibus, lignis, lapidibus, gemmis, rebusq; om penè succi expertibus. Et hæc hactenus.

Oleum Tartari.

Vi ignis, uelut Sulphuratum, elicitur.

CRONENBVRGIVS.

Docuerunt eius parandi modum pleriq; Neoterici, fi Petrus Argillata, Furnerius, Rogerius, Syluius, & quia alij: sed commodißimè equidem ratione sequenti.

Accipitur fæx uini generosi, quæ cũ in dolio deferbue sedimẽtum est, ac uino sustinendo, & alendo, & uiribus su ciẽdis, quasi radix, autore Macrobio Saturnaliorũ septi cap. duodecimo. Debet uerò sui cuiusq; generis æstimatio haberi. Hæc subinde, in maiora frusta, subinde in mino ex dolijs eruitur, testa noua, igni claro, donec ardeat, penitus incendatur, & quendam æris colorem acquira crematur. Alij uiuis carbonibus, fæcis glebam obruun atque idem prosequuntur. Experimentum legitimæ ustion est, Dioscoridis testimonio libro quinto, capite 79. ut aër nitore inalbescat, linguamq; tactu urere uideatur. Est a tem recenti utendum, quoniam celeriter, efflata ui, lan guet, ac, ut Plinij dictione utar, 23. cap. secundo exinanitu

Hin

[h]c ubi refrixit, in puluerem ducitur, cui aluminis triti exi-
[gu]um adijcitur, atque in sacculum pyramidalem inditur, ar-
[ct]usq; compressum suspenditur, obscuro, ac subterraneo lo-
[co.] Deinde sensim putrescit, & liquorem uelut oleum ex sese
[p]rimum remittit. Quidam sine alumine per se solùm, qui-
[dam] aceto, alij uino potenti madefaciunt, coquunt, conterūt,
[l]inteolo inuolutam fæcem in penuario suspendunt, & nisi
[spo]nte in humorem resoluatur, fortißimè exprimunt. In ui-
[tre]o uase seruatur. Officinæ Tartarū uocant, præferturq;
[quo]d medium dolijs uinarijs adhæret, infimum utpote sordi-
[du]m, & supremū uelut spumosum, repudiatur. Germanico
[uo]cabulo weinmutter. Gall. la lie du uin. Ital. Fec-
[ci]a del uino. Certè huiusmodi fermè destillādi doctrinam,
[nu]squam aliàs, apud Dioscoridem obseruaui, dum lib. 1. cap.
[...] fuliginem, ex liquida pice, fieri tradit.

Oleum Terebinthinæ Mesuæ, ex granis uiridibus, & est Albotin.

[C]onficitur uelut Laurinum.

CRONENBVRGIVS.

Veteres hauddubiè aliud parabant, quàm hodierno æuo
[my]ropolæ: nec mirum ullum est. nam ipsi ex maturo Tere-
[bin]thi fructu, factis prius spissamentis (ut in Laurino dixi-
[mu]s) temperabant. Nunc uerò quum hunc fructum nos non
[ha]beamus, necessarium est, ut hoc oleum aut omittamus, aut
[ali]ud eius uice ponamus, aut alio tandem more conficiamus,
[cui]usmodi exemplar subiungemus unum. Dioscorides in-
[su]per sicut Laurinum ac Lentiscinum libro primo, capi.
[qua]gesimooctauo facit. Nostro æuo inuentum receptúmque
[om]nibus est ex Terebinthina ui ignis, per opus chymicum
[edu]cere, quale est sequens.

Oleum Terebinthinum Iacobi Hollerij lib. de Materia chirurgica.

Rec. Terebinthinæ libram unam.
Laterum recentium, mastiches, styracis, a[illegible] unciam unam.
Lateres igniti (eo quo nos ostendimus mo[illegible] in oleo philosophorum) extinguuntur, p[illegible] infriati cæteris commiscentur in alem[illegible]co uitreo, atque ita simul resoluuntur sup[illegible] ignẽ. Triplex liquor deinceps effluit, qu[illegible]rum tertius optimus est. Cauere autem di[illegible]genter oportet ignis uehementiam, alioq[illegible] feruet materia.

Atqui quod initio dictionis Albotin adscripsimus, Int[illegible]pretibus Serapionis, & Auicennæ factũ sciant omnes, qu[illegible]niã ille cap. simp. 159. Baton uel Boton, arborẽ grani uirid[illegible] ac Botim, Terebinthum interpretatur: hic uerò Canone[illegible] cap. 310. arborem Albotim, uiridia grana producere ait. I[illegible]telligimus itaque per grana uiridia, Terebinthi fructum, [illegible] per Botim siue Baton, siue Albotin, ipsam arborem, qu[illegible] Syluaticus confirmat capitib. 24. 103. & 297.

Cæterum quam hodie Tabernæ aliquot Terebinthina[illegible] usurpãt, est opinor Abietina, quæ pudendo errore, pro ue[illegible]ra supponitur. Quapropter dãda opera erit, ut ex ipso Te[illegible]rebintho, gummi, siue resinam habeamus. Ex diuersis oli[illegible] tractibus conuehebatur, celebratissima tamen fuit ex Chi[illegible] insula. Andromachus in Theriace Libycam alijs præfert[illegible] nunc Cypria, Venetias ut omnium præstantissima, compor[illegible]tari cœpit, unde etiam Francofordiam, & Antuerpiam de[illegible]fertur: & nos Coloniæ habemus albam, pellucidam, uitri co[illegible]

lore

doratam, omnino à Terebinthina uulgari alienã. Hac s careat, Larigna siue è Larice arbore, Germanicè chenbaum, in Italia frequentißimo, & in Schlesia plici prouentu, utatur, quam ad omnia ualere, ad quæ binthina, scripsit Galenus, Paulus, & Aëtius. Notã ar= n dixit Diosc. lib. 1. cap. 76. cuius resinæ delectum, libro n primo diligenter aßignauimus.

Oleum Violarum Mesuæ.

atur ueluti Rosaceum, sed ex oleo uiridi, t Amygdalino, aut Sesamino.

CRONENBVRGIVS.

esue hoc ad Rosaceum reducit. Id quomodo fiat, paulò ius est explicatum. Institue igitur ac forma hoc, ex illo, um mutando flores, & aquam infusionis Violarum. osc. li. 1. cap. 66. Iasminum unguentum describens, ex al= iolæ floribus, apud Persas fieri docet, quod sanè uiola= erit, siquidem nihil aliud Iasme uox apud Græcos desi= :non tamen hic uiolas nigras, siue purpureas Dioscoridi cap. 107. dictas intelligo, de quibus paulò inferius. Her= us Barbarus, & Marcellus Virgilius Leucoion Dio= dis ueterumq́;, eos flores eße credunt, quos in Italia uul= elsomini appellant, non sine magno errore: cum utraq; ta, omnibus notis inuicem dißideat. Miror autem uiros è doctißimos usque adeò cæcutijsse, ut ex floribus Gelse= (quos Marcellus idem cœrulei Leucoij existimat) Ias= um componendum aſſeruerint, quando Dioscorides pa= ex albis uiolis formandum decernat, quem sequutus est ius li. 1. Id Serapionis insuper testimonio probatur, Iese= um siue Zambachinũ cap. simpl. 176. ab Leucoio, Mau= nis omnibus Keiri uocato, separantis, ac nullam pror=

sus

sus Dioscoridis mentionem in Iesemino facientis præt
suetudinem suam. Vnde arbitror Gelsimini flores odo
mios, Dioscoridi & ueteribus ignotißimos fuisse, & e
de ijs, atque unguento inde odorato, uelut in aliena o
mirum Perside, confecto, loquutum. Serapion cap. al
ex doctrina Isaac, triplici colore Ieseminos numerat, al
teo, cœruleo: Auicenna similiter cap. 619. Canone 2. sec
cum cœrulei, purpureos substituit: & pudendo error
sambacho aut zambach, sambucum longè dißimillimu
ticem legit, quod omnibus manifestißimum esse pote
metsi non desint haud infimi nominis uiri, qui eadem
rantia implicentur. Hieronymus Tragus lib. suo stirp
cap. 192. Serapionis Iesеminum (ex quo præclarum
unguẽtum fieri diximus) herbam Trinitatis, & Iacean
prauata uoce à Iasmo deductam putat, cui haud diffic
resistere, cum eiusmodi flores, nullo prorsus odore com
dentur, cuius potißimum causa, unguentum illud oli
petebatur. Porrò ab Hermolao, uiolam Persicam &
thicam cap. Coroll. 79. appellatam, & Trago lib. 1. cap
delineatam, in Hollãdia flores Damascenos uocari susp
Etenim odorem edunt præstantißimum, colore can
purpureo, ac subrubro uisuntur. Dictu mirum, quanto
dio, à fœminis nostratibus, cùm ob eximiam fragrãtiam,
ob gratißimamã speciei uarietatem colantur & fouean
ut per totam æstatem in uiridarijs, in ædium fenestris
uentur, atque in corona menta singulari gratia ueni
Nec alienum fuerit, eosdem flores, in Leucoij censu num
re. Sed redeo ad Violaceum. Paulus lib. 7. cap. 20. ex ui
rum purpurearum, lutearum, albarum floribus, disse
unguibus concinnat: uerum in eius temperatura, olei qu
titas mihi uidetur immodica. nam ad sextarios Italicos qu

iolarum tres uncias apponit. Aëtius li. 1. unum tantùm
rium olei recipit, terq; flores mutat, ueluti in Lirino.
m facit Myrepsus numero oleorum 19. & 20. Nicolaus
.cap. 742. octonis olei, unam partem uiolarum adijcit,
uali mehercle pōdere. Actuarius duabus olei libris flo-
ncias tres. Palladius in Aprili, Titu. 6. quot uiolæ uncias
em olei libras substituit. Villanouanus ex oleo dulci re-
i, & uiolis purpureis, ad modum rosacei concinnat in
idotario suo. In summa, indubitatum esse debet, ex pur-
arum siue nigrarum uiolarum floribus construendum
sicut consuetudo etiam hoc æuo ubique obtinuit. Diosc.
4. cap. 107. eos flores peculiariter monstrat. Ego in his
erso orbi notißimis, Lectorem amplius non remorabor,
solùm monuero, & satiuas uiolas & agrestes, diuersorum
rum inueniri. Primo Vere in clementi cœlo, odore, colo-
gratißimo, simul ac speciosißimo emicant: unde uerißi-
cecinit Macer:

Nec roseus superare decor, nec lilia possunt
Fragrantes uiolas specie, nec ui, nec odore.

Differentiæ earum à Theophrasto 6. Plant. cap. 6. ac se-
mo. similiter Plinio lib. 21. cap. 6. & recentioribus stirpiū
ptoribus luculenter distribuuntur, quorum studio uo-
tes utantur.

Oleum Vulpinum Mesues.

ccipe uulpem integram exēteratam, id est,
cuius interanea euulsa sunt. Coquatur in
aquæ fontanæ & marinæ, ana kist duobus,
hoc est, sextariis duobus, siue libris tribus.
Olei antiqui clari, kist duobus ac medio (id
est, libris tribus, & uncijs nouem) cum salis
uncijs

uncijs tribus, ad aquarum consumptio
Inter conquendum admisce
Anethi & Halasech, ana lib. unam.
Atque affunde aquam dulcē, in qua ea
dem herbarum, ana manipul. unus co
sit: deinde simul recoque, ad huius aqua
sumptionem.

Est enim mirabile.

Quandoque sine oleo coquitur in aqua
tana, & salsa, cum ijsdem herbis, & adm
stratur locis affectis, éstque efficax. Ne
etiam prætermittemus, quin uulpes tam
coquatur, donec discocta sit, & eius a
omnes laxentur dissoluantúrque.

CRONENBVRGIVS.

Ad eundem modum similia olea ex animalibus effin
quis potest, qualia sunt, ranæ, uiperæ, & id genus alia.
Mesue id præmonendum, non semper exactam aquæ qu
titatem accipi debere, sed in uniuersum tantam, qua uu
non solum immergi, sed ad omnimodam membrorum diss
tionem, atque emollitionem excoqui queat, supra mode
tum ignem, deinde percoletur. Galenus *10. simpl. autor*
uiuas uulpes in magnū lebetem à quibusdam inijci, alijs
binde mortuas, totasq; in oleo coqui. Sic *item* Aëtius *lib.*
cap. 44. ad finem, & Paulus *3. cap. 78. Rursus septimo, c*
tertio. Nicolaus Alexandrinus *cap. 745. absque aqua, re*
ctis excrementis, ac uulpe tamdiu contusa, donec totius co
poris ossa contritißima fuerint, adiecto oleo sufficienti, co
ficit: post torculari oleū exprimit, cum carne uulpina, &
Ego *ex bene saginata, media florentiq; ætate, ac recēter m*
ctata uulpe, cum ipsis etiam interioribus, in oleo abundan

cu

reliquis admistis parari malim. Quando autem ipsum al, uenatu longaq; insectatione defatigatur, tunc oleum ò fit digerentius.

ic admonendū, in uulgaribus exemplaribus paßim, Kist m aquæ fontanæ, ac marinæ, legi: attamen nos ex anti= codice, uitium hoc loco subesse arbitrati, in Kist duo mu mus. Græcè ξέςης, Latinè Chist dicitur, estq; sextarius, duæ cotylæ, quemadmodum ultimo horum manifestabi= , Halasech, quibusdam Origanū, alijs Thymum: Bertru= Tract. 4. sectionis, cap. secundo Hyssopum exponit. Por= uulpes notum omnibus animal, Germanica uoce ein chſs. Gall. un Regnard. Ital. una uolpe. huic ura inest astutia, ac calliditas, sicut leonibus audacia, & itudo, alijsq; animalibus propriæ naturæ dotes, unde semel laqueos effugerit, non facilè denuò in eos incidit: uelut in prouerbio est: Annosa uulpes nō capitur laqueo, infinitas fraudes nouit, quas apud Aelianum imprimis, Erasmum in Chiliadibus cognoscimus. Restant insuper apud Græcos, Latinos, Mauritanos: tum etiam apud otericos, quàmplurima oleorum genera, quæ singulatim censere fortaße multis superuacuum uidebitur, quoniam um ratio in dissuetudinem abijt, & quædam difficulter ari poßunt. Quicunque autem eiuscemodi compositio= requirit, legat primum Dioscoridis librum, Pauli septi= m, cap. 20. Aëtij primū: præterea suis locis Trallianum, xandrinum, Actuarium, Myrepsum, Rhazam, Serapio= , Auicennam, ac practicorum turbā. Operantur omnia, ec rancida fiant, ex Serapionis scriptura tract. 7. cap. 34. hæc mihi de Oleis dicta sufficiant.

Libri octaui, de compositione medica= mentorum, Finis.

LIBER

LIBER NONV

DE COMPOSITIONE

Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,

Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.



QVANTVM *laboris pariter & tem in octo præcedentibus libris consumpser puto nequaquam latêre eos, qui studio a gotio magis, quàm otio & ignauia uitã t sigunt. Cum autem propria hominum officia sint, ager que intelligere aliquid semper natura profeßioneq; su gnum (quorum alterum animi, alterum corporis consil imperio eiusdem animi obtemperantis, uirtus est) ide pro uiribus, optimorum autorũ uolumina sedulo diuq; scrutantes, tandem id sumus consecuti, quod mortalium prodesse queat. Superioribus itaque libris omnẽ penè p macorum materiam, hoc æuo ubiuis gentium cognit haud obscurè monstrauimus: nũc in orationis cõtextu, c equidem diligentia, quæ proprium sibi istum locum po larunt, explicare constitui, idq; non alio scribendi ord quàm quo hactenus usi sumus. Et hic omnes medicinã e centes, ac unguentarios cogitare ex animo uelim, satius serò tandem discere, quàm omnino nescire, quæ cumpri cognoscere oportuit. Ea sunt inter pleraque alia, unguen rum componendorum rationes, ac materiæ, ex quibus iu permistione consistunt. Hanc igitur prouinciam, cum pr senti libro obeundam, rei medicæ iuuandæ, ac literariæ sci*

amplificandæ cupiditate, mihi proposuerim, liceat cum
gratia, illorum multiplices formas depingere, mox ex
tionibus illustrare, & si uidebitur necesse, castigare li-
riorum siue sciolorum imperitia, siue temporũ iniuria,
res commissos. Nec opus esse arbitror, hoc loco recen-
labores nostros, quos in tollendis mēdis, & unctionibus
psè scriptis repurgandis, maleq; parare solitis emendā-
impenderimus, cùm hoc ipsum integri iudicij Lector, &
præcedentibus, & sequentibus luculenter cognoscere po-
. Proinde omißis uerborum ambagibus, rem siue doctri
fiendorum unguentorum deinceps aggrediamur: ubi
iò sciendum ea esse, quæ succum ac commistionem odo-
entorum, addito oleo, recipiunt: quibus non uoluptatis
ùm, sed necesßitatis quoque gratia, corpora unguntur.
le Pomponius Digest. de argento legato, ac Vlpianus,
uenta ualetudinis causa usurpari solita, mundo non cō-
ri, scripserunt. Dioscor. noster lib. 1. cap. 40. autor est, ea
medicamentis mista, aut corpori perfusa, aut naribus
cta, in quibusdam corporum uitijs, plurimum conferre.
li. 13. ca. 1. inter laudatißima atq; etiā honestißima Ro
æ uitæ bona numerat, quorum honos & ad defunctos
inere cœpit. Quis primus inuenerit non traditur, atta-
constat uetustißimum poëtam Homerũ frequenter un-
um meminisse: similiter Alcæum Lyricum uatem, dum *
put pectusq; affundi unguentũ præcipit. Inuenio quo-
confectionem olei sancti, ex odoramentis præstantißi-
nempe myrrhæ sponte fluentis quingentis siclis, cinna-
mi aromatici dimidio eius. hoc est, ducentis quinquagin-
calami aromatici ducentis quinquaginta, casiæ uerò
gentis secundũ siclum sanctuarij, & * Hin, olei de olea.
is confectum est unguētum operæ unguētarij, quo Mo-

* Est pondus mensuræ prouinciæ tali nomine dictæ, capiens duas Coas Atticas.

ses ipsos sacerdotes, tentorium conuentionis, arcam monij, mensem, & omnia instrumenta eius, ac reliqua illiniens, purgauit, Exodi cap. 30. Similiter apud Iose li. Antiq. 3. ca. 12. Atqui ueteribus Ethnicis duo fuerun crimina, delicijs destinatum unum, palestræ alterum, triusque laboriosa multaq; semper fuit diuersitas. Ro luxuria, quando ab Alexandro Magno Darius esset ad peregrinos unguentorum odores primò uenit, quæ Publij Craßi, ac Iulij Cæsaris cēsura, nōnibil coercita Pòst uerò uitia uicerunt, & Senatui adeò hæ deliciæ p runt, ut ijs quoq; in penetralibus tenebris uterentur, S testimonio cap. 48. Qui mores etiam hac ætate nostra proceres, & eos, qui ex Mercurio nobilitatē traxerun gno lasciuiæ argumēto, durant: quoniā thyomata, myro ta, xyromata, breuiter omnia odorū suffituumq; gener bitiosißimè ambiunt, ut & ambram, & moschum, ad f dium usq; ructent, quò uirus ac morbidū contagiū suum lent, simulq; hircinū odorē tegant inquinatißimi hom Ita facta nunc est res necessaria, quæ olim fuit abomin lis: aut quæ sanitati quondā inseruiebat, deliciarū cœpi instrumentū. Interim nec desunt utriusq; sexus purpu qui transeuntes simili illectamento retinere, & ad lasci Veneris luctum inuitare laborēt. Tanta est hodie impu corruptelæ publicæ libertas. At Solon ex septem Græcia pientibus unus, Athenis diuendi unguenta uetuit. Qui unguentarios ciuitate pellebant Lacedæmonij, oleum co pere eos dictitantes. Sed nunc plerisq; uilescunt penè un sa, nisi qualicunq; exotico odoramento cōmendentur. rum mitto curiosas istas uoluptates, & ad honesta ung torum studia me conuerto: quorum usus in Myropolijs stris habetur. Construuntur autem ex floribus, fructi

suc

...is, plātarum partibus, aromatis, animalibus, metallicis, ...nis, simplici aut multiplici opere: atq; alia alijs nō parū ... minusq; possunt. Est insuper magna inter coquendum ...rentia, dū quædam una uice, quædam duabus, aut plu...is repetitis uicibus, igni cōmittuntur. Sunt quæ nullam ...rant cocturā, & in singulis craßities est, qua ab oleis di...nuntur. Plinius duplicē parandi rationem ostendit, suc...s & corpus. Ille olei generibus ferè consistit, hoc odorū. ... Stymmata uocant, illa hedysmata. Tertius inter hæc ...or est à multis neglectus. Cæterum cognomina dedêre alijs ...riæ, alijs succi, alijs arbores, alijs causæ: quanquā Apol...nius autoritatē ac præstantiam unguentorū non locis aut ...ionibus, sed peritiæ artificum & industriæ acceptā ferat. ...bantur odore, ut si ea oleant, ex quibus fiant: siquidem ...ores in oleo quàm optime seruantur, ac per eos unguenta ...undiora redduntur, quæ tamen frigore (utpote concreto ...c aëre, odoremq; in sese continente, nec difflari permit...te) tantùm nō pereūt. Debent aromata, quæq; summam ...bent fragrantiam, nouißimo loco illis addi. Ad eundē mo... herbæ puluerata, metallica, ac terrea exquisitißimè tri... unguentis miscētur. Aliàs uirides humore quopiā mace...tæ coquūtur, & exprimuntur. Deinde earū expreßio, cū ...iquis ingrediētibus, ad sui consumptionem coquitur. Li...ores uerò siccati, gummi, ac resinæ teruntur, uel pistillo ...lidiore soluta (si necesse fuerit) alijs iungūtur. Cera sem...r cum oleo primum liquatur, mox ab igne inter refrige...ndum, continua motione ducitur. Porrò quis huius cum ...o in unguentis modus esse debeat, absolutè & in uniuer...n semel determinari nequit: siquidē æstate plus ceræ, hye...e minus requirunt: & interdum firmius diutiusq; supra ...rpora manere, interdum infirmius ac breuius, uolumus.

Itaq; pro diuersis medicationis scopis, cera aut ady aut subtrahitur. Idoneus tamen modus erit, si ceræ q pars, resinæ duodecima sit immixta: sic enim nõ solũ cherrimum, sed etiã quod in loco bene hærebit, ungue faciemus, quemadmodũ à Galeno nostro 4. tuendæ ua nis lib. instituimur. Cuius doctrinam Oribasius in un ex Euphorbio lib. de curationibus, Paulus lib. 7. cap. 17 nem, & alij autores, confirmant. Qua arte diuersa un torum genera conficiantur, idem eodem lib. cap. 20. t Optimè seruantur in Alabastris, monente Plinio 13. c Amplius 36. cap. 8. Suntq; unguenta uetustate meliora qui ut nunc tandem dilucidius quæ diximus, intelliga continenti sermone singulatim unguenta Myropolis stris cognita explicabimus, ordientes ab Agrippino.

Unguentum Agrippæ Præpositi.

Recip. Rad. bryoniæ libras duas.
Rad. ebuli, tribuli marini, ana unc. ij.
*Cucumer. asinini. Rad. *succid. libram unam.
Scillæ uncias sex.
Iridis uncias tres.
Rad. filicis uncias duas.

Omnes radices ter uel quater bene abluãt & in pilo marmoreo terantur: mox lib quatuor olei lẽtisci, aut albi communis c cipiantur, ac simul fermentẽtur diebus du bus. Si autem sex aut septem sinantur, effi cius calore, atq; odore unguẽtum redditu Deinde rursus ferueant, donec subsidar Mox per saccũ cola, & exprime. Calefac inijce ceræ albissimæ uncias quindeci

Pe

bst lento igne ad crassamentum mediocre
digantur, ac reponantur.

CRONENBVRGIVS.

idens est denominatio, nimirum ab Agrippa, eius inuē ilue quo ipse diu usus fuerat: nā plures eodem nomine Romanos extitisse legimus. Sed Nicolaus Alex. maiori utorē demōstrans, regem Iudæorū fuisse asseuerat. Ve= quādo duo eadem appellatione fuerint (sicut Iosephus ntiq. 17. cap. 2. amplius 18. ca. 12. ac sequētib. rursus 19. & de bello Iudaico lib. 2. cap. 8. atq; 10. itidē Egesippus excidij Hierosolymitani, cap. 3. ac 5. referunt) indeter= tum adhuc est, uter horum autor habendus sit. Sed hu= odi uerba, auditores nihilo doctiores reddere possunt: nde satius est hæc negligere, & ipsam cōpositionē pro= , quā uariè traditā cōperio. Nam lumē Apothecario= ræ albæ uncias quinq;, Præpositus quindecim scripsit, hunc imitatus Villanouanus in Antidotario suo. Nō ū, quin alterutro modo unguentum, uel multò liquidißi , uel durißimū consistit. Itaq; distinctius, ceræ tantum tur Alexandrino cap. 995. quantū componendo illi sit . Idem olei mensurā nō exprimit, haud scio an ultrò re= an aliàs deperditā: at Præpositus certā definit. Ad hæc en maius radicū ebuli drach. duas, pro uncijs posuit, ut i, sic scribēdo ℥. ij. 3. ij. ita intolerabili tamē errore. Quod m apud Præpositū legitur olei lentisci, aut cōmunis, in rsum ab interpretibus trahitur: quoniā alij lētiscinum, eucon, id est, album oleum intelligūt: sed huic sententiæ is accedo, siquidem illud nō eam uim in emolliendis tu= ibus, subducenda aluo, cienda urina, & renum dolori= obtinet, quam oleo candido ueteri, & ex oliuis maturis resso, natura atq; experientia attribuit. Porrò in descri

ptione, hæc simplicia ueniunt exponenda.

Radicum bryoniæ.) *Duorum generũ à Diosc* 4.*ca*.163.*& sequenti aßignatur.* Illud Græcis Ampelos *ce*, Latinis Vitis *Alba*, Arabibus Fesire, *Albazarasen*, *scera, &* Alfescera, *testãtibus* Serapione *cap.simpl*.37. *cenna cap*.269. Mesue *in simpl*. Hoc Græcis Ampelos *m na*, Romanis *nigra uitis.* Mauritanis Fesire, *Sentanim sireſin, & Cucurbita reptiliũ dicitur. Officinæ ad unu mnes simpliciter primũ genus* Bryoniã *uocãt, uulgus* Br *ny*, Germani Stickwurtz & Hundtskürbs: G Couleuures, ou Feu ardant: *Ital.* Vite bianc Zucca saluatica. *omnibus id cognitum, alterum p cis.* Plinius *diserte utriusq; faciem pingit*, ac Bryoniã *quosdam appellare ait, lib*.23.*cap*.1. Matthæus Pãdecta *cap*.263. Fesaresim, & Fesire, *exponit uitem albã, ac uiti lam, tametsi nõ desint, qui hanc ab illa seiungẽt* : Fesseire *da uerò uitem nigram. Sed ualeant barbara hæc nomi* Nobis *satis sit ex* Græcis Latinisq;, *germanã utriusq; pl tæ cognitionẽ aperuisse : & quãuis pares penè uires pr ferant, nigra tamen uitis imbecilliores edit, autoribus* D *scoride, atq;* Galeno 6. *simpl.* Radices Veris *initio comm dè effodiuntur, & siccantur.*

Tribuli marini.) *Nullam mihi plantam, luculenti ri fide, ostendisse uidetur* Theophrastus, *quàm hosce pal stres tribulos : adeò enim dextrè, imò craßè ob oculos po* 4.Plant.*cap*.11. *ut ipsammet proprio intuitu herbam, qu uidere se iure existimare queat, dum eius scripturã uolu Pingit quoque fideliter* Diosc. 4.*cap*.13. Plinius *quoq;, & n nisi in palustribus, ac fluminibus, nasci prodidit, li*.21. *ca*.1 & 22.*ca*.10. *sed reuera in mari etiam gignitur, unde mar nus dictus est. Dira res alibi, ut quæ inter frugum morbos, a*

coden

n 18. cap. 17. numeretur: quæ uerba, de terrestri tribulo nt, nam duplex eius genus, ab autoribus, locis citatis, tur. Amplius apud Theophrastum lib. 6. ca. 5. Hoc ita- genus sponte in agris, uillarum ruderibus, & uijs, spino- ruleatoq; folio prouenit, quo nihil est infestius cicere, manica uoce Wegdorn. Gall. Chausse trappe. Tribolo terrestre. Serapion Hasach uocauit cap. l. 112. Pandectarius cap. 329. & Manlius Cicerem Impe ris interpretatur, ex ipsius opinor autoris synonymis, ti. Auicenna lib. 2. cap. 339. Haseb scripsit, & obscurißi- radidit. Hoc loco, radix lacunosi tribuli, non fructus (ue inscienter annotauit Valerius Cordus) accipi debet, cui ussoriam uim tribuit Plinius, quã in isto unguento re- rimus. Germ. Wassernuss. Gall. Chastaigne de iere, ou Truffes, ou Saligos. Ital. Tribolo uatico. Est paßim cognita planta.

Rad. succid.) Sphingis ænigma proponitur, quàm cu em Oedipũ quendam dari, qui dissoluere poßit. mihi her obscura, atq; incognita uox uidetur. Quidã cucumerem ninũ exponunt, de quo in unguento Arthanitæ. Sunt qui cid dici malint, quemadmodũ in unguento Aragon Præ- iti legimus. Pandectarius cap. 625. Sicidam interpretatur yoniã, mox Sicidẽ aga, cucumerẽ agrestẽ, ubi agria haud- bie reponendũ credo, ueluti pro Sicides, sicyn: ut integra io sit, Sicys agriõ, quæ Latinis sonat, Cucumis syluestris. c adduci possum, ut succid, siue siccid, Arabicas uoces exi nem, quia ijs, nec Serapion Arabs cap. 204. de cucumere nino scribens, nec etiã Auicenna cap. simpl. 181. usi sunt. quod magis demiretur quispiã, ne ipse quidẽ Syluaticus, cupletißimus alioqui uocum illarum interpres, qui capite 8. hũc cucumerẽ, Arabicè Reio dixit. Proinde nõ suspicari

iam, sed pro cõperto, uitiũ hoc loco esse, credere cogor
ita ut nos fecimus, recognoscendũ putamus. Et *scio te*
riã haberi, de rebus dubijs, promptã enunciationẽ, ide
diligenter inuestigandã prius, quàm incognitã decern
existimauimus. Peculiariter *autẽ de syluestri cucumeri*
demus, quãdo nobis unguentũ ex Arthanita *exponẽdũ*

Rad. filicis.) *Græci* pterin, Latini *filicẽ nominãt*
ius duo genera Diosc. *lib.* 4. *cap.* 165. Theophrastus 9. P
cap. 20. & Plin. 27. *cap.* 9. *aßignãt, in marẽ ac fœminã q*
distribuentes. Neutrũ *habet caulẽ, florem, aut semen, cõ*
di autorũ fide: cuius tamen contrarium prædicanda H
nymi Tragi *sedulitas demonstrat.* Nam *is quadriennio*
siduo (ut ipse recenset lib. stirpium 1. *cap.* 186.) *quando*
gulari proposito hoc semen inuestigaret, summo mane
ctis D. Ioan. Baptistæ, *substratis circa filices pannis, id*
paueris seminis instar, consequutus est, absq; ullis peric
magicis, siue ulla superstitionis nota, quam pleriq; nostr
nimis impie cõsectantur. Atq; *hanc* Tragi *diligentiam*
existimaui subticendã, partim ut ueterum uanitatem os
derem, partim ut pertinacẽ quoq; uulgi opinionem infr
gerem, quia uiuis exemplis magis, quàm simplici autorit
capiuntur plebeia ingenia. Præterea *etsi duas tãtùm spec*
cõstituant prisci omnes, ille tamen plures indubitato tes
monio manifestat. Inter *quas alterũ filicis maioris genus*
ctum arbitror, Officinis Osmundam *cognita uoce dicta*
Quicquid *sit filix, est omnibus uiatoribus, in syluis, locis*
incultis, obuia, ac frequenter agricolis molesta, ut quæ tot
sæpe agros occupare soleat, nec facilè repurgari, ubi sem
infecerit. Itaq; *paßim notior, quàm expediat.* Serapioni *ca*
56. & Auicennæ *cap.* 628. Sarax, Germ. Farn *dicitur.* Ga
Feuchiere, *Ital.* Felce.

Vnguen

Unguentum Alabastrinum.

ꝶcip. Vni albi odoratissimi libras duas.
Olei rosati omphacini libram unam.
Florũ Chamomillæ recent. uncias quatuor.
Rutæ uiridis manipulum unum.
Cimarum rubi, manipulum unum.
Radiorum fœniculi uiridium, unc. ij.
Incisa efferuescant, donec omnino flaccida, uim suam deponant: postquàm refrixerint cola, deinde rursus ceræ citrinæ unciæ tres liquantur.
Remissa caloris uehementia, adde illis
Alabastri exquisitissimè triti, unc. sex.
Albumina ouorum duo.
Hinc omnia bene diligẽter spatha agitata in usum reponantur.

CRONENBVRGIVS.

Aliud extat apũd Nicolaum Myrepsum unguentorũ numero 61. Itidẽ aliud in Empiricis excellẽtißimi Benedicti Faustini, c. 1. Id quia eximijs dotibus præditum, in quocũque partis dolore, uehementer celebrat, haud inutile huic loco apponendum duxi. Habet autem,

Succi Chamomillæ recentis, uncias quatuor.
Succi rosarum recentium, unc. duas.
Succi rutæ & betonicæ, ana unciam unam, & semissem.
Succi radicum althææ, uncias duas.
Olei rosati omphacini, librã unã, ac mediam.
Alabastri optimi & purissimi, uncias tres.
Teratur hoc instar pollinis, ac simul fermen-

tentur uniuersa, ad integrum diem. T
lento igne in duplo uase coquantur, &
iecta sufficienti quantitate ceræ, form
unguentum. Sic ille.

Communicauit mihi, pro eximia beneuolentia sua, a scripturam Doct. Ioannes Echtius, ponderibus diuersis rebus iisdem. Frequens equidem eius est in Italia usus, q quoniã ad nostros etiam Myropolas traductum cupi nequaquam hoc unguentum silentio præterire uoluimu

Superest Alabastri historiã declarare, in qua primò nendum, Alabastriten lapidem, uasculis seruandis pret unguentis idoneis, nomen tribuisse: nam ob frigiditaten liditatemq;, Alabastra unguentorum odores quàmdiut me incorruptos seruant, autore Plinio lib. 36. c. 8. dicũtu Græcis, quoniam propter læuorem suum, haud facilè m bus comprehendi possunt. Idem lapis, ob similitudinẽ, qu ad Onychem gemmam (de qua lib. horum 1. in Aurea A xandrina diximus) edit, onyx appellatur, sicut Dioscor 5. c. 93. & Plinius 36. c. 7. atque alij testificantur. In mar rum censu comprehenditur. In frequentibus Italiæ temp sacellis, ædibus, ex eiuscemodi materia, multiplicis colo structuræ, & ædificia spectãtur: quin & integra templa, tegræ turres, marmoreis parietibus intus ac foris uestiũt cuiusmodi exempla ipsi uidimus Bononiæ, Florentiæ, Sen Venetijs, Romæ, ac plerisque alijs locis, admirabili pror opere. Commodũ igitur illinc ad nos Alabastrum transp tatur, nisi propius ex Germania haberi queat.

Unguentum album ex Cerussa Mesuæ.

Recip. Cerussæ, merdasengi, id est, lithargy ana uncias sex.

Plumb

mbi usti, scoriæ argenti, ana unc. mediam.
stichæ, olibani, ana drach. duas. & semis.
i rosati, aceti albi, ana quantum sufficit.
tis omnibus in mortario paulatim nũc o-
um, nunc acetum affunde, indesinẽter du-
ndo, donec pinguescat. Si opus est in affe
u argento uiuo, eius addantur drach. v.
it pro necessitate Ziniar, id est, æruginis,
rachmæ duæ.

CRONENBVRGIVS.

ultipliciter cum à priscis, tum ab huius ætatis homi- s, hoc unguentum uertitur, ut tandem absque dubio in as descriptiones iactitatum sit. Nam quidam Mesuen, dam Præpositum, quidam Villanouanũ, alij Lumẽ Apo- ariorum, alij Magistralia quædã sectantur, ut taceam rdum sub emplastri formã ex Cerussæ, & olei, æqualibus tibus coctis, interdum sub unguenti speciem, circunferri. è Galenus noster li. 1. per Locos, c. 8. Leuce emplastrũ al inexuperabile, ac primo per Genera, de albis Empla- in uniuersum determinat. Similiter Paulus lib. 7. ca. 17. lastrum ex Cerussa, uel ouis, quod fermè recenset Actua cap. de Emplastris, & Nicolaus Alexandrinus ca. 305. aliàs euariet: hic quidem cap. 1028. Ille uerò ca. de Vn- ntis scribens Cerussatum. Myrepsus duo adhuc alia, nu- o unguentorum 53. & 54. prius propinquum est Præpo- : atque amplius emplastro 129. ex ceræ albæ uncia una, rosarum, lithargyr. ana uncia media, cerussæ integra, yli sesquiuncia, ouorum albuminibus duobus, & semisse. Latinis Celsus lib. 5. cap. 19. Ex Mauritanis Rhaza 7. ad anforem, cap. de adustione ignis, &c. identidem tradũt. iliter Serapion Tract. 7. cap. 28. duo, quæ Auicenna pro-

dit

dit Tract.11.& Hali Abbas decimo Practicæ. Insuper centioribus, Ioannes de Vigo lib.8.c.16. duo ab alijs di pantia, simplex unum, Camphoratum alterum. Angelu logninus de Cura ulcerum c.4. adhuc sex. Vt interim quæ in Dispensarijs priuatis unguentariorum reperiu quorum omnium exempla huc proferre superuacaneu nimirum cùm omnes autorũ libri ea doceant, nec mih tum sit ocij, ut aut poßim, aut uelim. Hoc unum tamen rim, in omnibus esse cõtrarietatem magnam. Quod uer promiscuã uenditionẽ Antuerpiæ paratur, non probo, q niam ex rebus peßimis, axungia obsoleta, oleo impurißi absq; ullo põdere cõficitur. Nos autẽ unũ atq; alterũ ad bemus, deligat cũ iudicio quispiã, quod maximè probet. nominatũ uideri potest à colore, quẽ ex Cerussa ostendit antiquitus etiã alijs ad fucãdũ eã addi cõsueuisse, Galenu Pharmacorum per genera autor est: aut ob uim refriger di, atque adstringẽdi, quas sanè uires ego potius, quàm co rem animaduerterim. Et hodie emplastrorũ, & unguen rum colores, potißimũ à Chirurgis uariantur, ne ab æg & aßistẽtibus dignoscantur. Sic Galenus 6. Methodi, qu dam aliquid emplastro à se inuento admiscuisse prodit, q uidelicet fucatum appareret. Nunc autem compositio paucul as adiungam, nam id facturum me spopondi.

Unguentum album crudum ex cerußa.

Recip. Olei rosarum libram unam.
Cerussæ lotæ uncias decem.
Cerussæ albæ uncias sex.
Camphoræ drach. duas. Misce.

Unguentum ex cerußa coctum.

Recip. Olei communis libras quatuor.

Cerussa

russæ subtilissimè tritæ libras duas.
nto igne indesinenter mouendo coquan-
ur ad spissitudinem. Sunt qui adijciant ce-
æ albæ mundæ uncias octo, & in globos
ongerunt.

Apud Antuerpianos ita paratur.

ecip. Ceræ libras duas.
ei communis libras decem.
xungiæ porci libras sex.
ui ouilli libras tres.
russæ libras nouem.
bumina duorum ouorum.
oncutiantur cum libra una aquæ rosarum.
d finem adde camphoræ opti. tritæ drachm.
duas. Fiat unguentum.

*ed mirari subit istius unguenti, & similium uerã cogni-
nem, Medicis nostris (pace eruditorum dixerim) ita ob-
uisse, quæ tamen priscis Medicinæ autoribus tritissima
t: quorum sanè periculosa ignorantia, & Myropolas mi
confidentes facit, & artem omnem reddit contemptibi-
: ac malè propitios habeam omnes, si quid hic mentior.
de etiam uitium Luminaris maioris, hoc in loco signare
umus, dũ drachmas, pro uncijs malè scribit, initio lectio-
. Ad Cerussam uenio, cuius conficiendæ rationem Diosco
es lib. 5. ca. 53. copiosè aperit, uelut insuper Plinius lib. 34.
ltimo, & Vitruuius Architecturæ 7. sed manifestissimè
orgius Agricola de Natura fossilium nono. Olim proba-
ima erat Rhodia, Corinthia, Lacedæmonia: at nũc pas-
, per Europam uniuersam, ex plumbo & aceto confici-
. Germanis* Bleyweiss, *quibusdam* Weisse Ce-
russ



rusz *nuncupatur.* Gall. de la Ceruſſe, ou fard... *lis*, Ceruſa. *Vſtionem ac lotionem Dioſcorides q...* *docet.*

Scoriæ argenti.) *Quod Græci Scoriã, Latini R... mentũ uocant, ſicut apud Dioſc. lib. 5. c. 51. legitur. Eſt a... inutile purgamentum uenæ metallicæ excoctæ in for... Plinius 33. cap. 4. ſpurcitiam in omni metallo, ſcoriam... ri teſtatur, attamen propriè hæc in argento helcyſma... tur eidem, cap. eodem, & Galeno 9. Simplicium, & n... eius ſquama, quæ malleo decutitur. Sed eſt ſcoria ſimp... ter, quaſi fæx, & ſtercus metallorum, uelut Serapion... ſimpl. 415. pronunciauit ubique iuxta ferrarius fornace... in uijs propinquis, ſpongiarum inſtar ſpumoſa, atque... nis aceruatim ſpectatur. Vulgus Cacaturam uocat. Ger... nicè pro rei diuerſitate, appellationem mutat, in uniue... tamen* Schlacken, *hoc eſt recrementũ dicitur: hic au...* Silberſchlacken, *quaſi argenti ſcoria,* Gall. l'Exc... ment d'argẽt, *Ital.* Loppa, ò Scoria dell'arg... to. *quæ nõ aliter prope argẽti fodinas reperitur, quàm... quorum metallorum ſpurcities, iuxta ſuam quæque uen...*

Unguentum chalaſticum Dialthææ Ni... colai Alexandrini.

Recip. Aquæ ſextarios quindecim.
Radicis althææ libras quatuor.
Seminum lini, fœnugræci, ceræ, ana libras...
Olei libras octo.
Scillæ, colophoniæ, reſinæ, ana libram una...
Terebinthinæ, galbani, gummi hederæ, a...
uncias quatuor.

Ra...

dices & semina, per triduum, aquæ infun-
e, quarto die lento igne, in uase æneo sta-
nato, ad consumptionem aquæ decoque,
& fortiter per linteolum cola. Deinde in
cci libris quatuor, oleũ funde, mox ad il-
us consumptionem coque. Iterum cola,
ost ceram adde, & liquefactis gummi, po-
remò colophoniæ puluerẽ, ac resinæ. Re-
one ad usum.

CRONENBVRGIVS.

b Euisco siue Althæa denominatum est. Aëtius li. 15. c. olete autore, in plerisq; uariat. Trallianus lib. 11. Actua c. emplastrorum, & linimentorum, Emicis malagma uo mox cõpendiosius aliud scribit. Paulus 7. c. 17. penè cum xandrino sonat. Eiuscemodi quoque cataplasma Galeno um fuisse 14. Methodi liquet. Reuera Myrepsus unguen o. ex Nicolao Alexandrino scribẽs, quartam partẽ dosi raxit, Præpositus mediam. Scripsit ex Neotericis quo- Montagnana. Titulo ung. cum gummis. Scripsit Villa- anus in Antidotario suo: scripsit Quiricus Luminis mi is autor: scripserunt item alij. In summa, tot extãt huius e compositiones, quot sunt nostratium tabernæ: hoc adeò multipliciter ac indistinctim unguentorum con- oribus conflantur, ut nullus certus parãdi modus præscri nobis queat. Attamen huic errori occurrere cupientes, iò genuinam autoris scripturam, mox qua arte ueteres are consueuerint, dein loca quibus id facilè inueniatur, ensui. Nam si mihi animus esset omnẽ illius generis mul- dinem patefacere, possem integrum quaternionem de ijs plere: quod Officinarios haudquaquam latere puto, quia nt nolint, hoc ipsum fateri coguntur. Sed hos castigare,

& in

& in ordinē redigere, quando hanc fraudem publicè i-punè factitant, graue mihi, ne dicam, impoßibile, exis-tur. Id *pluribus non probo, ne actum agere uidear.* *Antuerpianos sequenti ritu usurpatur:*

Recip. Radicum bismaluæ libram unam
Sem. Lini, fœnugræci, scillæ, ana libram
diam.
Ex his mucores eximantur, deinde bull
clemēter, cum quartis (Gheltas isthic uo
súntque quartalia Coloniensia octo)
tuor olei.
Ceræ libras tres.
Resinæ libras duodecim.
Terebinthinæ libras duas.
Axũgiæ porci, seui ouini, ana libras quatu
Fiat ad artem unguentum.

Vt breuiter absoluam, quo quisque uelit modo cōfic sed absit fucus & impostura, usurpantiq; compositioni mam indicet. Ingredientia *alibi exposuimus.*

Unguentũ Apostolorum Auicennæ.

Recip. Terebinthinæ, ceræ albæ, resinæ, a
drach. quartuordecim.
** Aliàs, æruginis & melius.* Opopanacis, *floris æris, ana drach. ij.
Ammoniaci drach. xiiij.
Aristolochiæ longæ, thuris masculi, ana dr
chmas sex.
Myrrhæ, galbani, ana unc. semis.
Bdellij drachmas sex.
Lithargyr. drachmas nouem.
Macerentur bdelliũ, opopanax, ammoniac
& g

galbanum aceto uini, decoquantur æsta-
duabus libris olei, hyeme uerò tribus.

CRONENBVRGIVS.

oc refertur ab eo quem Principem Medicinæ appellant ,lib. suo 5. tract. 11. Est, inquit, Apostolicon, & nomina- nguẽtum Veneris, & medicina duodecim Apostolorũ: omnino uanũ est, quoniam huiusmodi exotica unguẽta usurpasse nunquam (ut qui medicam uerbo omnia sa- em sibi haberent familiarem, à quo etiam omnem gra- receperunt) indubitatum mihi est, sed potius ex fortui- tio ita appellatum uideri potest. Nam cùm ingrediẽtia duodecim, totidemq; numero Apostoli, Apostolicon ; dictum arbitror. Atqui ista nihil ad rem. Aëtius lib. 15. 4. Veneri inscriptum emplastrum recenset, nõ multum o discrepans, unde suspicor Auicennam inde unguentum formasse. Ideo diu mihi animus fuit, tali titulo proscribe reuocauit nos ab hoc consilio, longus ac pertinax chi- orum & Officinarum usus. Intermisso itaq; nomine, lu- psam compositionem manifestare, quæ habet,

umæ argenti unc. uigintiquinq;.
mmoniaci uncias decem.
lophoniæ uncias septem.
ruginis, galbani, ana unc. duas.
ellij, opopanacis, ana unc. tres.
istolochiæ, * thuris, ana unciam unam. ** Cornarius uertit Myrrham.*
ræ, olei antiqui, ana libras duas.

eum cum spuma argenti decoquito, & n medio coctionis, æruginem imponito, nitoq; ut simul bulliãt, donec inquinandi nem fecerint: deinde colophoniam trans- olatam, & ceram adijcito: utq; ab igne su-

ſtuleris, Ariſtolochiam cũ reliquis prius
mortario ex aceto tritis admiſceto, poſ
in mortario uerſentur, ac uniãtur. Sic il

Quod mox conſequitur alterum, affine iſti eſt. Nico
ille Alexandrinus lib. de Compoſit. Medicamentorũ, cap.
Emplaſtrum Apoſtolicum narrat ſuperioribus dißimilli
Id Præpoſitus fermè ad triplicem doſim auctã repoſuit.
repſus Emplaſtro primo, mannã & reſinam adiecit, ſed p
polim, uiſcum, lapidem calaminarem, terebinthinam, ſq
mam æris, ſarcocollam, æs uſtum, dictamnum, & praßium
miſit, ponderaq; omnia uariauit: unde mihi ueriſimile
Alexandrinum, ac Præpoſitum neutiquam eundẽ eſſe ſcr
torem. Meſue in Antid. ſuo unguentum * *Ceraſeos magn*
& paruum, Auicennæ propinquũ tradit. Inter recentio
Bertrucius cap. de Vlcerib. aurium, Auicennam eſt ſecut
terebinthinam tamen intermittens: ſimiliter Placentin
cap. 21. lib. Praxeos 4. Angelus Bologninus lib. de Vlcerib
cap. 4. & Petrus Argillata cap. de Medicinis mũdificatiu
Leonardus autem de Preda, palea, cap. de Vlceribus uir
lentis, Antonius de Genua, Montagnana, Ioannes Vigoni
lib. 8. cap. 13. uariant. Sed dum Galeni librum ſecundũ & qu
tum per genera in memoriam reuoco, non multum dißimil
ab iſto unguento, ceratiformia uiridia legiſſe me memini, pr
ſertim quod ad colorem ſimul, ac facultatem attinet, lic
omnia neq; ea rerum copia exuberent, neq; ſimili ponde
conſtent, quæ poſteriorum puto diligentia, ne tã uehement
in delicatiores cutes ageret pharmacum, ex ratione parit
& neceßitate mutauit. Attamen ſi rem ipſam bene exami
nemus, certè quædam ueterum medicamenta, in commodun
uſum uertemus, niſi chirurgia nunc penitus à medicina, pe
temerarios aliquot homines, diſtingueretur. Atque hinc ade
factum

** rectius Craſeos, id eſt dũ ad iuſtã craßitiẽ, coctura deducitur.*

[...]ī, ut quisque chirurgus, pro arbitratu suo, tum hoc, tum [...] componat, aut quomodocunque compositum ex Myro[...]s petat. Atqui nunc his omißis, florem æris, quem Græci [...]cuanthon uocant, interpretabimur. Id nonnulli clauorū [...]rum psegma, quasi resegmen, aut segmentum, à chalcāto [...]en diuersum, de quo alibi. Quomodo fiat, docetur à Dio[...]de lib. 5. cap. 43. & Plinio 34. cap. 11. Differentia hæc est, [...]d æris squama, malleorum ictibus decutitur, uulgò bati[...] æris: Flos uerò, erumpit ac concrescit subitò ac sponte, [...]re fuso, frigida aspersa. Optimus est friabilis, in attritu [...]escens, milij effigie, & numero, breuis, ponderosus, mo[...] splendens, atque constringens, qui delimatam æris scobē [...] recepit, qua sæpe adulteratur. Germanica uoce Kup[...]rbraun dicitur. Gal. La Fleur d'airain. Ital. Fio[...] del rame. Ceterùm hoc loco, non ille flos æris, sed æru[...]accipienda erit, quæ uiride æs, barbaris scriptoribus, uul[...] Spangrūn appellatur. Gal. Verd de gris. Ital. [...]erd de rame. Nec audiendi sunt illi, qui utranque uo[...], pro eadem usurpant, quoniam res omnino diuersißimæ [...], uelut in unguento Aegyptiaco ostendemus. Conficitur [...]em sequenti ratione: Gummi uino dissoluta per se cola, [...] pondere, mox terebinthinam admisce diligentißimè te[...]do, aßidueq; mouendo. Postea resinam, ceram, ac lithar[...]on oleo frictum, & fusa hæc simul ab igne confunde: ubi [...] etiamnum calens unguentum strigmentosum redditur, [...]stolochiam, thus myrrhamq;, per se singula tusa ac læui[...] reliquis committe. Postremò æruginem, id est, uiride æs [...]uisitißimè tritum, sine igne, & tunc in mortario om[...]n unitas fiat. Reponatur in pixidem unguentari[...] æream, siue testaceam. Transeo ad id quod ordine se[...]tur.

Unguentum Aragon Præpositi.

Rec. Rorismarini, maioranæ, radicis lari, pa-
Aliter succid. pilli, rutæ, radicis * siccid. ana uncias q
tuor, & semissem.
Foliorũ lauri, saluiæ, sauinæ, ana uncias tr
Pulicariæ maioris & minoris, ana unc. nou
Bryoniæ uncias tres.
Laureolæ uncias nouem.
Nepitæ, foliorum siccidis, ana libram me
Mastichæ, olibani, ana drachmas septem.
Pyrethri, euphorbij, zingiberis, piperis, a
unciam unam.
Olei muscelini unciam semis.
Petrolei unciam unam.
Adipis ursini, olei laurini, ana uncias tres.
Butyri insulsi uncias quatuor.
Olei communis libras quinque.
Ceræ libram unam, & uncias tres.

Herbæ, ac radices, in uinum ad diem unum proiiciant altero eximantur, & in mortario diligenter ligneo pist tundantur, deinde oleo diebus septẽ perfundatur: octauo rursus coquantur, donec herbæ omnes flaccescant. Mox p saccum colẽtur, cui colaturæ admisce, ubi ebullire cœperi butyrum, adipẽ, ac ceram. His liquatis adde petroleum, que olea muscelini, & laurini. Postremò puluerẽ mastich olibani, zingiberis, piperis, pyrethri, & euphorbij tenuis mum insperge: moue ac repone.

CRONENBVRGIVS.

Hic quid Aragon, siue, ut alij uolunt, Arrogon, design fateor me nescire: atq; sine eius intelligentia, modò perit

sit

...rtifex, componi unguentum potest. Saladinus Adiuto=...m interpretatur. Ego diu per uolumina uolutatus, neq; de ...i autore, neq; de compositione assecutus sum. Tandē apud ...lanouanum in Antidotario, decurtatis ad unciam unam ...deribus pulicariæ utriusq; ac laureolæ: similiter Myre=...m in unguentis numero 48. tituli ad omnem dolorem sto=...chi & uentris &c. scriptum inueni, tamen loco radicum ...i, Iridis: mox pro radice siccid. maluæ syluestris legit. In=...ea quoq; folia siccidis, & utranq; pulicariā omissam ani=...duerti, atq; ingredientiū pōdera ex dimidio cōtracta. Nos ...tem nihil sustulimus, sed unicuiq; liberam potestatem re=...quentes, integram eius dictionem describendam iudicaui=...s. Id tamen monemus in Thesauro & Lumine, uulgaribus ...nirum Dispensatorijs, deprauatè rad. siccidis ʒ.iij.s. pro ℥ ...i, procliui quidem lapsu, attamen non negligendo. Itaque ...entes falli noluimus. Nunc quæ exponenda restant, com=...ndio subiungam.

Radicis Iari.) Perlectis studiosè autorum placitis, ...rocul dubio Aron herbam, quam etiam barbam Aron, pe=...m uituli uocant, decerno: de qua primo horum Commenta=...orum plenius fuit sermo. Decretum hoc meum confirmant ...andectarius cap. 1. ac 361. & Ruellius lib. stirpium secundo, ...p. 97. Vulgus uidetur initio I adiunxisse.

Pulicariæ maioris & minoris.) Quicquid Com...entatores, aut potius corruptores quidam, de hac herba ...mniarunt, non solùm scripturam, sed insuper rem ipsam mi...rè conspurcantes, nolo diffusius repetere, cùm in propatu=...o sit legere uolentibus: siquidem alius helleborum album ac ...igrum, alius thymum, & satureiam interpretatur. Sed rei ...eritatem audiamus. Diosc. noster lib. 3. cap. 116. Conyzam ...ingens, in duo genera, nimirum maius & minus, distribuit:

paulò inferius, tertiũ genus adijciens: hunc imitatur Ae- lib. 1. Theophrastus uerò lib. 6. stirpium, cap. 2. in masculu ac fœminam constare tradit, quem sequutus est Plinius 21. 10. Sed hæc herba Conyza pulicaris, ad differentiam psy quæ etiam Pulicaris est, dici iure debet: & quoniam pul necare ab autoribus scribitur, Tabernis nostris absolutè p licaria uocari cœpit. Hieronymus Tragus utranq; speci Matthiolus tertiam apposuit. Vnde ignorantes instituti c mode possunt. In quibusdam superioris Germaniæ tractib Dürrwurtz *ac* Dõderwurtz *appellatur, alijs ue* Flõhkraut. *Gall.* Herbe au puces. *Ital.* Pulicari

Foliorum siccidis.) *Require huius interpretati nem in unguento Agrippæ.*

Pyrethri.) *Hoc memini mihi antea lib. 1. dictum es sed nihil oberit, nunc latius idem repetere. Dioscorides 3. ca 69. Saliuarem quoq; uocari tradit. In orbe nostro crescere n uidetur. Neq; enim longitudo, neq; radicis craßities, germ næ delineationi respondet: quapropter Ptarmicen esse, ali diximus. Pingitur Dioscoride 2. ca. 154. Galenus 9. per Loco cap. 4. Nauplion Euboicum, ænigmaticè Pyrethrum appel lat. Nunc paßim ex ipso pyrethro fasciculi, Antuerpiam a Oriente conuehuntur. Igneam uim poßident. Germani* Be tram *alijs* Zandtwurtzel, *quoniam frequentißimu earum usus uulgò est in dentium cruciatibus. Gall.* Pyre- thre. *Ital.* Pirethro.

Olei muscelini.) *Magna est huius olei controuer- sia, quam ita compositam habetote: Imprimis explodenda est eorum sententia, qui Galeno tribuunt, quoniam pleraq; ingredientia ipsum ignorasse constat. Est uerò hoc oleum de- scriptum apud Nicolaum Alexandrinum, cap. 712. & Arnal dum Villanouanum, in Antidotario Oleorum, licet utrobiq;*

sit

in Moscho diuersitas, quoniam hic unciam unam semis,
drachmas sex scripsit. At quomodocunq; scriptũ legatur,
e sumptuosum ualde, nec minus factu difficile erit: quód-
magis artifices à structura arcebit, est rarißimus eius
.Et hoc loco, quantula erit portio unciæ dimidiæ ex oleo
celino, pro tota unguenti istius compositione, omniq; im
sa facienda? Itaq; non uideo, qui parare uelit. Censeo igi-
Rutaceum, siue Laurinum substituendum, nec minus erit
ax, & parabilius. Sunt ex recentioribus Pandectarum
or cap. 566. Christophorus de Honestis in Mesuen, & alij,
um de Ben exponentes, quod aliàs Balaninum dicitur. Id
cipimus, quanta mox obscuritas simul ac ignorantia in
uoce, cùm apud Græcæ linguæ, tum apud Arabicæ disci-
æ Medicos, orietur? alijs aliam rem interpretantibus. In
dissensione, ex nucibus iuglandibus oleum per contusio-
exprimẽdum decerno, quod eandem uim cum Balanino,
od Mauritani de Ben uocant, retinet, Dioscoride lib. pri-
autore, cap. 34. Arnaldus de Villa noua, pro Muscelino,
roleon legit, haud inepta significatione. Nec hoc ignora-
Lectorem uolui.

Nunc adipem ursi, mox constructionẽ breuiter attingam.
nius lib. 8. cap. 36. à profundo somno, adipes ursorum, Medi
æ laudari dixit. Sed præstat eius dictionem paulò altius re
ere. Coitus pariendiq; tẽpore, mares quadragenis diebus
ent, fœminæ quaternis mensibus. Specus si non habuere,
norum fruticumq; congerie ædificant impenetrabiles im-
bus, molliq; fronde constratos. Primis diebus bis septe-
, tam graui somno premuntur, ut ne uulneribus quidem
itari queant. Tunc mirum in modũ, ueterno pinguescunt.
sunt adipes medicaminibus apti, contraq; defluuium ca-
li tenaces, &c. Scribit idem lib. 28. cap. decimo, plures

eius medicinas utiles. Et Aristoteles utriusque sexus histo iucundißimè recensuit, de Animalibus lib. 6. cap. 17. & Amplius lib. 8. cap. quinto ac decimoseptimo. Rursus n cap. 1. atq; sexto. Curandæ adipis formam ostendit Dioso des lib. 2. cap. 68. Et sic ingredientia hoc loco absoluimus. guentum non aliter, quàm suprà monuimus, componi de in quo, exercitatione artificioq; opus erit: ut primò subi materiæ ingredientia, atq; eiusdem discrimina agnoscan mox qualis sit futura ipsa compositio.

Unguentum Arthanitæ magnum Mes

Rec. Succi arthanitæ libras tres.
Succi cucumeris asinini lib. unam.
Olei Irini libras duas.
Polypodij uncias sex.
Butyri uaccini libram unam.
Euphorbij unciam mediam.
Pulpæ Colocynthidis uncias tres.

Terenda tere, & succis atque oleis immerg Pone in uase uitreo stricti orificij bene o turando, diebus octo. Deinde bulliant eb litione una, colentur, & commisce Serap ni aureos quinque, Myrrhæ aureos duo Prius tamen sufficiēti aceto dissolue. Mo prunis impositum pharmacum continen ter bacillo mouendo coque, donec suc ferè consumpti sint. Tunc appone cer uncias quinque, fellis uaccini aureo quinque. Eliquescant, & refrigeratis pro pemodum sequentem puluerem probè com mitte,

Scamm

ammoneæ, aloës, Mezereon, Colocynt.
ana aureos quinque.
Euphorbij aureos duos.
... s gemmæ aureos tres.
... rbit aureos quinque.
... eris longi, zingiberis, chamomillæ, cin-
namomi, ana aureos duos.
... uerò expetente administra.

CRONENBVRGIVS.

*... Alexandrum autorem reducit Mesue. Eandẽ scriptu-
... cap. de Arthanita perhibet, nisi quòd Euphorbij inte-
... unciam isthic constituit, hic uerò dimidiam, & myrrhæ
... ibidem ad aureum augeat. Sed uterque locus uidetur
... auatus, quia omnes quos uidi codices, ex Euphorbio tã-
... mediam unciam, ac myrrha, binos aureos ostendunt. Et
... er se alioqui uehementißimum unguentum. Porrò subti-
... us non est Thesauri, ac Luminaris error, uaccini fellis
... os sex, pro quinque ponentium. Mesue insuper paruum
... nat transcriptum à Valesco lib. quinto, cap. 13. quod in
... deribus mutilum, ex historia Arthanitæ eiusdem Mesuæ,
... tui commodè potest, magnam in minuendo liene effica-
... obtinens. Quin & Præpositus ad eundem usum bene
... erosam compositionem, in Antidotario suo produxit,
... uẽtum laxatiuum inscribens. Succinctam Nicolaus Ale-
... drinus capite 1034. Scribunt alij eiusdẽ generis unguen-
... uæ hic nõ recenseo, ne in longum excrescat sermo. Inuen-
... quidẽ arbitror, ut imbecillioribus naturis minori omni-
... periculo, ac tutiori medicamẽto mederi queant: quoniam
... aque sunt deuorata noxia, quæ foris illita, securitatem
... nent. Iam quod ab initio quoque statueramus, ad Artha-
... æ expositionem conuertamur. Dicimus itaque Diosco-*

 ridem

ridem lib. 2.cap.156. duorum cyclaminũ meminisse, Pli
25.cap.9.trium,& Apuleium ca.17.unius tantum, sicu
te Dioscoridem Theophrastus lib.historiæ Plantarum
10.Romanis peculiariter Rapũ,tuber panis, umbilicu
ræ, & orbicularis, propter radicis formam, appel
Serapion cap. simpl.259.Buchormarien, Auic. lib.2.c
Harthanitam, quam sicut Serapion interpretatur,
hauddubiè priorem cyclaminum Dioscoridis intelli
Mox Auicenna obscuram inscitiam suam tam man
prodit, ut excusare siue illustrare eam, nulla Academi
poßit, aut uelit, cum opinor ne ipse quidem Apollo in
gat. Deinde ne quid ignauiæ priori desit, arborẽ Mari
ponit,cap.70.Mesue Arthanitam nuncupat, & duorũ
que generum signat.Sed posterior Cyclaminus, discret
mine, Cyssanthemos Plinio uocatur. Dextrè atque ap
ab pristinæ ætatis autoribus,pingitur,& à nostris oste
tur. Sed magnus pertinaxq; error omnium Medicorum
riter ac Seplasiariorum animos obsedit, qui nunc cum l
eorum gratia aperiendus, & pòst ex Officinis explode
erit:siquidem doctißimi quique herbariæ Medicinæ pro
sores, Cyclaminum, herbam panem porcinum dictam
constanter asserunt, quia eius radix porcis gratißi
cibus,& expetitum pabulum habetur ; sed id ut uanißim
commentum, ipsius radicis acerrimus penè gustus, ut a
inclementes eius facultates sileam,monstrare potest. Ete
nullum genus pecudum tam dira unquam fames preßit,
tam improba unquam fuit uentris rabies, ut eam radic
pro pabulo admiserit. Mitto saporis iniucunditatem. N
præterea eam purgandi & abortum faciendi uim,nec ea
Medicina dotes porcinus panis edit,quas Cyclamino,cõco
di testimonio, tribuunt autores. Vt autem rem ipsam ue
omn

agnoſcăt, & quæ ſit panis porcinus appellata plan=
elligant, moneo Dioſcoridis caput 157, diligenter uer=
n, lib. 4. ubi eam prorſus exprimit, quam noſtra gens
ltaker, quaſi terreſtrem glandem uocat. Nam &
t uox Chamæbalanos, qua eadē herba induitur, ean=
gnificationem habet. Theophraſtus Plantarum nono,
o. ad finem, Iſchas ſiue Apion dixit, & turbinatā hanc
m pyri forma (quali certè quotidiano aſpectu uiſitur)
it. Theodorus Gaza, caricam, & pyrum uertere ma=
rundem fructuum ſimilitudine inductus. Hanc eſſe ra=
quam auidè porci in Hollandia eſitant, nō habeo ne=
onga periodo demonſtrare, quum iſthic ingens in tri=
prouentus, frequenter eos ſaginat. Quin & homines
inori uoluptate, citra omnem noxam, iiſdem aluntur.
is cortex foris niger, poſt elixationem, promptè detra=
, mox totum corpus candidum, ſapore aqueo dulci eſt,
non aliter iſthic, quàm pleriſque locis caſtaneæ nuces
ant. Habeo ſententiæ meæ adſtipulatorem Ruellium,
o. 3. ſtirpium, ca. 150. in frugum inopia, eius radice pau=
ueſci autor eſt. Hanc igitur plantam iure porcinū pa=
ppello, diſcretam à Cyclamino, quam Germaniæ uul=
ewbrot. Galliæ, Pain de pourceau. Ital. Pan
cino, uerbum uerbo reddens: præterea Erdtnuſs,
terreſtrem nucem, & Erdtfeigen, quaſi terræ
ſonat. I nunc iam quiſquis autoritatem magis, quàm
tem miraris, & hanc noſtram, cum aliorum ſenten=
ſpice: poſtea non, quid inter album atque nigrum, ut
let, ſed quid inter rectum ac prauum, ſit diſcriminis,
. Atqui ne omnino ſine teſtibus, cauſam producere ui=
ur, habemus & Tragum, & Fuchſium, & Cordum,
triuſque herbæ uiua ſimulachra, quibus inniti iuſtiſſi=
mum

mum est. Porrò ecquid de Ruellio Galliæ magno orna-
(ut qui herbariæ simul ac artis Medicæ cognitione-
miam consecutus fuerit) dicam? Quid de Ioanne Ta-
præclarissimo item medico? quorum uterque alterũ C-
minũ, à paucissimis nunc cognosci scriptũ reliquit: &
improbari debet, Sigillum Mariæ Officinarũ intrepide
stituunt, quem nos suprà lib. 2. Polygonatum, & autori-
& testimonio, indicauimus. Aut igitur Herbarij, & T-
næ Gallicæ, aliam herbam, à nostro sigillo Mariæ diu-
habent, aut doctissimi illi uiri, hoc nomine circumuenti
nam indubitatum est, nequáquam easdẽ fore. In succi C-
mini penuria, radices quoad fieri potest recentissimas a-
pondere duplo. Bulli contusas aqua sufficienti, deinde li-
rem fortiter exprime, nõ alio more, quàm in colligendo
co glycyrrhizæ fieri consueuit. Et hæc hactenus.

Succi cucumeris asinini). *Boni uiri est prom-*
rum fidem non uiolare, sed re ipsa, dum occasio siue te-
sit, liberare. Itaque cum nos in unguento Agrippæ, de c-
mere agresti, dicturos spoponderimus, æquum est loco
offerẽte, idem præstare. Dioscorides, quem ex more pri-
citamus, solo fructu à satiuo cucumere, quem longè min-
parit, oblongis glandibus similẽ, differre autor est lib. 4.
136. Græcis Sicys agrios, Latinis Cucumis agrestis, angu-
& erraticus, Officinis Asininus dicitur. Plin. quoque m-
infra magnitudinẽ satiui asseruit 20. cap. 1. quod oculari
omnes testificari possumus. Nascitur in sabuletis, & rud-
bus, frutice in totum amaro. Frequens eius prouentus e-
plerisque Italiæ locis incultis. Bononiæ mira sæpe luxu-
maximam copiam in aggere murũ ciuitatis sustinente, c-
uidi, & nunc Coloniæ in horto Doct. Ioan. Echtij. Ex h-
fructu succus elicitur, tum Græcis, tum Latinis, Elateri-
uocat-

ni, medicamentũ nobile, priſcisq́; medicis uſitatißimũ, ex Dioſc.& Theophraſto lib. Plant. 9. cap. 14. atq; alijs mur. Plin. ex ſemine fieri dixit. Sed quomodo hic locus gi queat, docti norunt, & Marcellus ſatis annotauit in ntarijs. Theodorus agitatoriũ interpretatus eſt, apud phraſtũ 9. cap. 10. Modus faciendi à Dioſc. omnino pe- s, ut qui pleniſsimè, atq; manifeſtißimè, eum explicue- æcipua laus ſucco, deſinente æſtate, ſiue autumno, ex bus per maturitatẽ pallentibus (etenim tunc ſolo tactu entẽ ex ſe humorẽ remittunt) clemẽter ſine uehemẽti ßione extracto, ac ſole ſiccato. Elateriũ optimum eſſe , leue, abſque ſcabritia, nõ ponderoſum, cũ candore, le- humectũ, guſtu amarißimum, quodq́; lucernarũ lumi- obiectũ, facilè ea extinguat. Accuſandus eſt Antonius uolus, qui ex radicibus ſuccum albidũ potius, quàm ex , fieri arbitratur, ſenſu, à Dioſcoride & omnibus ſcri- bus, prorſus alieno, cõtrarioq́;. Nos itaque illius igno- ã, non autorũ doctrinam improbamus. Seruatur deie- bus utile Dioſcoridi à biennio ad decẽniũ. Theophra- ucentos annos duraſſe integrũ, autor eſt, locis ſuprà ci- Et Plinius nullum ex medicamentis, longiore æuo du- cripſit, quoq́; uetuſtius, eò melius. Meſuæ uerò trien- eruatur, & poſt mẽſes ſex uſurpatur. Serapion Keſe al- ur, uel Kate Albenici cap. ſimpl. 204. uocat.

ellis uaccini.) *Multa de bile aut felle, à ueteribus ſcripta ſunt, at magnã ex numeratu id habẽtiũ anima- difficili, differẽtiã ſortitur. Siquidẽ alia eſt eius natura lia hirco, alia ſui, alia boui, alia urſo, breuiter alia alijs alib. Pari ratione, uariatur in uolucribus, quadrupedi- & aquis degẽtibus. Similiter in domeſticis, ſylueſtribus, ijs ipſis animalib. pro ſexu, ætate, ac nutricatione. Itaq; eiuſmodi*

eiusmodi discrimina haud negligenter sunt discutiend medicamentum bilem recipiens parandum erit. Sed ha ctrinam ex professo Galenus libro simpl. 10. instituit. Paulus Aegineta lib. 7. cap. 3. & Aëtius 2. cap. 106. tra pserunt. At Mesue hoc loco fel uaccinum constituit, pi caprinum, uel ursinum tutò accipitur, quoniã æquali cultatem obtinẽt. Ego malim taurinũ substitui, utpote peramento calidius: nam eiusmodi qualitas hic con aut si id haberi nequeat, fel uiuida ætate bouis. Porrò di ac seruandi modum, ex nemine melius aut certius, qu Dioscoride petemus, qui habet lib. 2. ca. 70. hæc uerba cens fel, præligato ore folliculi lino, tamdiu demissum i uẽtem aquam, dum quis spatiũ trium stadiorum (Pliniu 28. cap. 9. semihora) percurset: mox exemptum sine sole s tur, pluuiã non redolente. Sed quod ad oculorum medic ta seruandum erit, funiculo ligatum, in uitreũ uas, quo habet, immittitur: circumuoluto ad os uasis lini princi & operto uase recõditur. Duplici igitur ratione seruar cuit, melle uidelicet, quæ oculis usum præstare: & feru aqua quæ alijs corporũ uitijs succurrere possunt. Cæte quod ad unguẽti cõstructionẽ attinet, id opinor ab omni ex ipsa scriptura, facilè cognoscitur. Et si bis aut ter i conspicando quis didicerit, sufficientẽ ac perfectam, cum ius unguenti, tum reliquorum omnium, notitiã assequetu

Unguentum Aegyptiacum magnum Mesuæ.

Rec. Aeruginis aureos quinque.
Aceti acerrimi aureos septem.
Mellis aureos quatuordecim.
Coque supra ignem, donec densata fuerin

A

ab igne ablata, repone. Sunt qui, aspergãt
æris masculi triti, aureos duos, & semissem.

CRONENBVRGIVS.

squamam æris admistam haberet, sanè ex Aëtio tran-
um indicarẽ li.14.ca.32. Et potuit alioqui ea uox tran-
itium incuria facilè negligi. Qui hodie manu artẽ fa-
t, unguentum rubrum, in uulnerũ ulcerumq; abster-
carneq; putrida remouenda, frequenter usurpãt, Ae-
cum simpliciter pronunciantes. Nomen quidã deri-
t existimant, uel quia ex Aegypto ad nos eius cognitio
manarit (nam Plinio scribẽte 13.cap.3. hæc terrarum
accommodatißima unguẽtis) uel quia isthic frequen-
, ac laudatũ fieri consueuerit. Sunt qui unguentum ex
uocent, sed aliud ueteribus in usu fuit, quod Metopion
a appellatione, propter galbani mistionem, dicebatur:
ignum, in quo galbanũ enascitur, Metopion est, auto-
osc. lib.1.cap.60. Galenus per Locos 2.cap.2. non solùm
ptium, sed & Mendesium nuncupari prodit. Nonnulli
Megaleum scribunt. Dioscorides locis citatis diuersa
unguenta testatur, simulq; compositionem utriusque
t, uelut insuper Plinius loco suprà scripto. Quin oleum
gdalinum simili uoce dictum ex Dioscoride notauimus
Præterea ocularia medicamenta, per Galenum lib. 4.
secundum Locos, ac 3. per Genera, ex Asclepiade, Phi-
o, & Andromacho transcripta, prorsum & rebus, &
eribus, à superioribus dissentiũt. Illud refert Aëtius lib.
p.13. & Actuarius ca. proprio. Galenus in eiusdem uo-
nis sexto emplastrum Serapionis, quod quidam Aegy-
n, alij Venerem uocant, recensuit: & identidem Andro-
i dictionem, ac quod Damocrates carmine celebrauit.
rùm à Paulo 7. ca.18. expreßis ponderibus Mendesium
appellatum,

appellatum, idem est, quod Dioscorides cap. 61. primi li
eodem titulo posteris manifestauit. Quid multis? sicut
gna est apud Græcos diuersitas, ita etiam apud Arabas
de aliter apud Auicennam Tract. 11. cap. Vnguentis di
aliter apud Rhazam, ad calcem Antidotarij, aliter qu
apud Serapionẽ, mutatis interim titulis, similiter apu
centiores penè uniuersos. Sed quando prædictorum n
hodie sit usus, ideo sermonem nunc de ijs finientes, ad id
primo loco ex Mesue narrauimus, reuertamur. Nec int
quomodo quispiã uocet, Metopiúmne, an Mendesium
Aegyptiũ, aut ex melle, cùm nulla uel commoditas, uel o
sa ex ea appellatione, ægro adueniat. Atqui commonef
di sunt unguentorũ institores, ut studiosè ac solerter ace
cum melle coquant, tritam exactè æruginem indendo, &
quẽdo: sic enim ærugo rubrum colorẽ trahit. Nam si pa
ferueat, unguentum luteum fiet, aut alioqui bini coloris.
quatur itaque donec iustam craßitiẽ adipiscatur, nisi om
no ineptum uelimus: crassa siquidem sidunt, liquida nat
Ab igne sublatum, in unguentarium uasculum recondi
Hoc loco commodè errorem in uulgatis codicibus cast
qui ubique florem æris, pro æruginе sonans. Alia enim
est flos æris, qui repẽtino concretu, & addensatione, dum
liquatur funditurq́;, ut autor est Dioscorid. lib. 5. cap. 43
fusa super ipsum adhuc ignitũ frigida, colligitur. Aerugo
tem Serapioni cap. simp. 383. & alijs Arabibus Ziniar, G
Spangrũn, quoniam primo ab Hispanis ad nos dela
Dioscorides libro 5. capite 45. Plinius 34. cap. 11. conficien
illius disciplinam ostendunt, ac rasilem primo loco, m
qua aurum ferruminatur (hanc Plinius 33. cap. 5. sub Ch
socollæ nomine celebrat, & Romanis Santernam no
nari ait) postremò uermicularem à similitudine spe

uer

culorum dictam, Plinio cap. 12. Scoleciā, edocet. Huius unt genera: quædā enim est fossilis, altera factitia: Illam edicina præfert omnibus Diosco. sed hac ætate ad nos o quidem arbitror) perferri desijt tā scolecia, quàm fos rugo: qua uerò nos abūdamus, factitia est, ex ære, ace= t pueri impubis urina, uinaceis acescentibus (nam ui= pediculi, ac uirgulæ, passim in æruginū massis, reperiū Hispania & Gallia collecta. Porrò omne æs (à Spar= Cuprum, quòd in Cypro foderetur, uocatum) ærugine obducitur, ac potissimùm aspersione acriū liquidorū, oculari fide quotidie in æreis omnibus spectamus. Dis= aq; flos eris, ab ærugine. Proinde ignorātes hactenus, nunc intelligant, & emendent, atq; æruginē siue ui= s, ob colorem sic hodie dictum, accipiant. Gal. Verd ris. *Ital.* Verde rame. *Quæ id recipiunt unguēta, a euadunt, ex Galeni testimonio lib. 2. per genera de is emplastris: uerùm coqui nostri tamdiu æruginem ndo uersant, donec colorem rubrum induat, ut ita mi inor ægros aspectu terreat: cùm autem immodice co= r, nigrum redditur. Satius est antè, ex aceto in sole læ= e, ad tollendam omnem mordacitatem.*

Vnguentum Basilicum magnum Mesuæ.

ip. Ceræ albæ, resinæ terebinthinæ, seui ccini, picis naualis, thuris, myrrhæ, ana rtes æquales.
pi quantum sufficit.

In alio libro:

æ uncias sex.
s uncias tres.
orum unciam & dimidiam.

Unguentum Basilicum minus eiusdem.

Recip. Ceræ, resinæ, picis, ana.
Olei quantum sufficit.

CRONENBURGIUS.

Vtrunque à Mesue scriptũ recensuimus, ut utrunqu ponere uolentibus gratificemur. Maius tamen uelut p tius anteponitur. Latinis Regiũ dicitur, quoniã regijs nor olim uiris expeteretur, uel quoniã regiæ cuiusdã e ciæ cẽseretur. Officinis Græcum nomen retinuit, quo Tetrapharmacũ Aëtio lib. 2. cap. 52. appellatur, quòd tuor rebus æquali pondere mistis consistat, nimirum resina, pice, seuo taurino, aut uitulino: cuius rei testim Galenus quoque perhibet lib. de Elementis 1. Comment de Natura humana, simpl. 11. & 3. per Locos, cap. 1. Q quam octauo eiusdẽ uoluminis cap. 5. aliud Basilicum p stomachicis utile. Refertur adhuc 2. de Antidotis aliud li. Titulo medicamẽ, ad rabiosorũ morsus. A Serapione num inter Collyria traduntur. Est insuper delingibil Aëtio lib. 8. cap. 68. atque 12. cap. 47. Mysterium uoca Sed ad primum reuertamur. Aëtius 15. capite 21. Alexa Trallianus lib. 3. cap. 5. Paulus Aegineta septimo. cap. 17 ctuarius cap. proprio, & Myrepsus in Emplastris, num 107. Ex Latinis Scribonius Largus Composit. 210. ac C nel. Celsus lib. 5. cap. 17. Galeno subscribunt: estq́; ijsdem toribus, exiguæ inflammationi, puriq́; mouendo aptũ: q idem testatur 4. 5. & 13. methodi. Consentit Serapion Tr 7. cap. 28. Auicenna lib. 5. summa 1. Trac. 11. paulùm euar Montagnana resinam ac Colophoniam discreuit. Ioan Vigonius lib. 8. cap. 16. similiter lib. 5. secundæ partis al scripsit. Componitur hoc modo: Primò liquescant cera,

seu

a cum oleo : pix ac resina si puluerata inijciuntur, mi-
oqui postulant, aliàs diutius. Vt mollius tractabiliusq;
olei plus addatur.

Appendix.

ui propter minutulam uocẽ, eamq; dubiã, totius phar-
certitudinẽ nobis adimunt, indigni mihi uidentur cõ-
orũ nomine, quales hoc seculo permulti sunt. Id faciũt
m in Mesues scriptura, Gluten, & Olibanum, nunc in-
nguentes tanquam diuersas res, nunc coniungentes ue-
nam. Sed autoris sententiam ignorant, siquidem uera
habet non Olibani, sed Olimbath, quod Auicenna ex-
it, interpretaturq;, ab Arabicæ linguæ peritis, Gluten,
, Ichthyocolla. In dubio tamen relinquitur, cuius gene
se debeat. Petrus Bellonius dici Latinis Collanum piscẽ
it lib. 1. ca. 9. de Aquatilibus, nostrate lingua Bolich,
andica Kabbeliau. Nos eius loco thus reposuimus.
i melius erit, perspicuam Græcorum, quàm obscuram
bum dictionem Basilici, in usum reducere. In mollibus
ris, cera pinguis, adeps suillus, uel uitulinus esse debet:
rioribus, taurinus, aut hircinus.

guentum Citreum Nicolai Alexandrini, cap. 1039. ad omnes maculas faciei, lentigines, & morpheam.

cip. Mellis expumati colati uncias uigin-
quatuor.
cci cyclamini uncias duas.
r. Fabar. *nigellæ, sinapi, tartari, ana unciã
nam, drachmas duas.

*aliàs nitri, aut uitri.

Arō intelligit. Succi radicis uiticellæ purgatæ. Radic. l
rad. cucurbitinæ, fructus ſicydis, ſucci fo
culi, ana unciam unam.
Cryſtalli, ſalis gemmæ, amenti dulcis, & ſ
umbilici marini, Corallij rub. & albi,
drachmas duas.
In uaſe, ſuccos cum melle, & puluer. ſinapi
bar. nitri, & tartari ſimul miſce, & diebus
nicularibus uiginti, ad ſolem ſuſpende,
ebullientia ligneo bacillo agita. Viceſi
die, pulueren aliarum ſpecierum adde,
rurſus ad dies decem ſoli expone: triceſi
autem die reconde. Cùm manè inunxe
poſt tres horas, faciem ſapone aut pane
aqua infuſo ablues. In balneo quoque u
eius erit, poſtquam plurimum ſudaueris,
militer abluendo, cutem ſubtiliat, ac co
rem bonum facit.

CRONENBVRGIVS.

Haud iniuria, inter comptoria pariter, & exornato pharmaca, quiſpiam numeret eiuſmodi unguētum, ut q naturalem corporis pulchritudinē morbo aliquo uitiat reſtituere ac conſeruare, atq; ad ſcititiā inducere queat. lud homini probo & liberaliter educato, ſimulq; perito dico exercere licet, hoc autē minimè. Vnde alterum ab al ro diligenter Galenus diſiunxit lib. 1. per locos, cap. 2. M repſus num. unguētorum 42. è Citrijs uocat, ſed tum reb tum pōderibus, à ſuperiori prorſus euariat: ex iſto tranſc pſit Præpoſitus, amentum dulce, pro amianto Myrepſi(Dioſcoridi lib. 5. cap. 93. & Plinio 36. cap. 19. lapis eſt ſci alumini ſimilis,) ac loco Ceruſſæ præparatæ, cū draconti

gerſa

m serpentariam substituens: additq; seuum caprinum, nguedinem gallinæ. Leguntur isthic quoque obscuræ, lmodũ ambiguæ dictiones, in quibus explicandis, Sibyl us est interprete, cùm cõiectura magis, quàm certo sen ßim intelligantur: quales sunt umbilici marini, antali, ali. Pandectarius postremas uoces cap. 44. & 206. ossa uelut caninos dentes longos, intrò perforatos, inanes di ueniriq; inter profundi maris lapides. Sed quando hæc incerta sit explicatio, ut iure nulla haberi poßit, ego nchylium marinorum, buccinorum ac porphyrionum purpurarum genere comprehendi eas res arbitror: ac nde errare neminẽ, qui putamina imbricata uariè cor-ta & concaua, aut concharum testas in umbilici spe- potißimùm contortas effigiatasq; (quibus Hollandica ra, suggerente uicino mari, abundant) accipiat. Harum em multiplicem uarietatem scriptores quàmplurimi tra runt, quos uersare oportet, hanc cognitionem assequi ntes, & imprimis Petrum Belloniũ lib. de Aquatilibus p. 14. & 2. ca. 10. ubi uiuas facies pingit. Arnaldus Vil-uanus in Antidotario suo idem unguentum recensens, uix potest, quantoperè ponderum characteres corrupè Signauimus etiam in margine, pro nigella, nitrum, aut rum legi posse, quoniam autor in constructionis ratione, nigellam, sed nitrum repetit. Guilhelmus Placentinus li. raxeos, cap. 21. Amentum, & Amylum neglexit, ac ce-sæ drach. sex legit, contraria scriptura Præpositi uncias habentis. Nunc quod hactenus dicere de ingredientibus uli, absoluam. Viticellam suprà in unguento Agrippæ icauimus, & hoc loco Cucurbitinã, eandem herbam in-igo, nimirum bryoniam. Itaque succum ac radicem eius ponendam hic censeo.

Crystalli.) *Hæc, ex gelu uehementiore concreto,*
autor est Plinius *lib.* Natu. *hist.* 37. *cap.* 2.) Nec *alibi, in*
reperitur, quàm ubi maximè hybernæ niues rigēt, glaci
esse certum est, unde & nomen Græci *dedere.* Et *paulò p*
Cœlesti humore, paruaq; niue, fieri est neceße. Albertus
gnus, ex frigore, interdum ex niue, gigni scripsit. Vtriu
opinionem ut omnino uanam, atq; ineptam, Iulius So
improbat in Polyhistore *suo, cap.* 20. Etenim *si aqua*
gelu cōcreta, nec Alabanda *Asiæ, nec* Cyprus *insula, l*
materiam procrearet, quibus regionibus incitatißimus
lor est: imò etiam igni, uel admota solis feruori, statim li
sceret: quorū neutrum contingere quotidiano testimoni
cemur. Quin *& glacies per aquas innatat, crystallus pr*
nus subsidit. Itaque *glacies non est, neque rigida, neque*
nosa nix hyberna durata, sed succus frigore intra terrā
satus, qui quoniā similitudinem glaciei obtinet, Crystalli
men, apud Græcos *pariter &* Latinos, *inuenit.* Effodi
ex marmorum saxorūmue canalibus, reperiturq́; in ue
tam metallicis, quàm proprijs, multis sanè regionibus. C
stat autē ex succo purißimo, quapropter insigniter clara
perspicua uisitur, modò alijs sui generis bonitate præst
Caloris *adeò est impatiens, ut ex ea facti calices, calido h*
more infuso, rumpantur. Diodorus *lib.* 3. *antiquorū gesto*
cap. de Indis, *lapidem ex aqua pura ortū, ac congelatum*
xit, non quidem frigore, sed diuini caloris ui, quam duriti
seruat, uariosq́; suscipit colores. quæ quidē sententia à ue
non abhorret. Nos *compēdio quid sit, & plerisque locis r*
periri, manifestauimus. Vulgus *nostrū* Crystall *uocat, a*
perniciosißimum uenenum credit, cùm potius eius Antid
tum censeri poßit: quod pluribus monstrare desino, quan
do inutilis & inanis eiusmodi labor hic futurus sit.

Amen

menti dulcis & salsi.) Barbara uox est: qui uerò
n interpretationem suscepit Matthæus Syluaticus, ui=
coctum asserit cap. 37. Manlius Gypsum coctum dicit.
apidem, siue axungiam uitri uocant. Theophrastus li.
arum 3. cap. 17. arboris nomen constituit. Itaque du=
de, quid sit etiamnũ existit. Ego interea malo Amian=
lapidem intelligere, qui Germanicè Federweiss
nt, & Salamãderhar appellatur. Gallicè Alun
lume. Is à Matthiolo, Alumen de pluma Officinarũ.
Alumi di piuma. quod Medici perperàm scissile
rantur, habetur: quoniã hoc adstrictionem nullã edit,
ordacitatem, atque in ignem iniectum non comburi=
quod sanè Amianti est propriũ. Qui secus sentiunt, pro
trio ex ratione inuento, quod uidebitur substituãt. Cæ=
m gypsum ex lapide quodam candido coquitur, atque
m è terra eruitur: accedit tamen magis ad illum, quàm
, ut rectè Theophrastus iudicat. Plura sunt eius gene=
utore Plinio lib. 36. cap. 24. quæ adamußim enumerauit
ißimus Georgius Agricola lib. fossilium 5. Permistum a=
, lactis colorem imitatur, attamen lacte misceri gypsum
potest. Ego in Bononiensi ditione, frequenter ex monti=
auulsi, colore niueo. Qui hoc, lapidem specularem,
cis Selinitir dictũ existimãt, rei uicinitate fraudantur
res ualde cognatæ sunt, ut hominũ industria, ex specu=
faciat gypsum: & natura cõtrà, ex isto alterum formet.
Atque hactenus de ingredientibus compositionem tam
positi, quàm Alexandrini. Sunt adhuc alia unguenta ci=
na, quæ uulgò componuntur, qualia sunt sequentia.

Unguentum citrinum Montagnanæ.

ecip. Olei rosati uncias quatuor.

Resinæ pini uncias sex.
Terebinthinæ uncias quatuor.
Ceræ quantum sufficit.
Fiat unguentum.

Aliud eiusdem.

Recip. Terebinthinæ lotæ in aqua horde[o li]bram mediam.
Vitellos ouorum sex.
Mellis rosati uncias quatuor.
Farinæ hordei quantum sufficit.
Fiat unguentum.

Unguentum Comitissæ Guilhelmi Varig[a]næ Tract. 16. cap. 4. de retentione M[en]struorum, & exiccatione oris uteri.

Recip. Cort. medianorum castanearum g[lan]dium, & arboris eius, myrtillorum, cau[dæ] equinæ, gallarum, cort. fabarum, acinor[um] uuarum, sorborum siccorum, mespilorũ i[m]maturorum, foliorũ prunorum syluestr[ium]. Radicum chelidoniæ, ana partes æquale[s].

Terantur craßiuscule, coquantur aqua plantaginis p[er]fectè, & colentur. Accipe pòst ceræ quantumuis, eam diss[ol]ue oleo Myrtino, ac nouies laua, prædicta aqua, renouan[do] eandem semper singulis uicibus. Deinde

Recip. Corticum castanearum glandium, [&] arboris eius, gallarum, ana partem unam.
Cineris osium cruris bouis, seminum myrt[il]lorum, acinorum uuarũ, ana partem medi[am].
In puluerem subtilissimum ducantur.

Recip

ecip. huius partes duas, Troch. ex Charabe partem unã, cum cera suprascripta misceantur: & olei myrtini loti, & olei mastiches nõ loti, adde singulorum quantitatẽ sufficientem, formetúrque unguentũ, quo renes & pecten ungantur, pro necessitate.

CRONENBVRGIVS.

Montagnana sui seculi primarius Medicus, duo ex corticibus castanearũ unguẽta similis facultatis memoriæ prodit c. de Vnguentis primo, in Antidotario. Similiter Nico Florentinus c. de Fluxu humiditatum è matrice: quæ plerique postea recensuerunt. At dubio procul primus eius au Varignana est pronunciãdus: etenim sua se industria id perisse testatur, magnamq; eius uim prædicat, quam nos pq; ab annis hinc uiginti haud leui diligentia obseruauis, talemq; experti sumus, ut in antiquitatis uestigia abtẽ, cum ueterum scriptorum medicamentis, de compositnis uirtute, certare posit: siquidem in mẽsium profluuio inendo, atque aborsu præcauẽdo, præstantißimũ unguẽn est. Quapropter hoc ipsum in studiosorum beneuolenm hic reponere uoluimus. Nunc quædam subiungemus ad plicium expositionem.

Reci. Corticum medianorum castanearũ.) *citur Iouis glans, quod ex Dios. li. 1. c. 121. & Constantino sare lib. 10. c. 6. liquet, quamuis regiæ nuces, hanc appellanẽ Latinis tantùm sortiantur, sicut alibi monuimus. Phoon Grãmaticus autor est, castaneas primò dictas, quoniam Castano Magnesiæ oppido aduectæ sunt, ut forte Diodos Castaniacas nuces inde nominarit. Appellantur Græcis oque Sardianæ glandes, quia in Sardinia optimæ, aut (ut inius) primum isthinc prouenêre. Nunc plura earum ge-*

nera uisuntur. Inter nuces uenire, *testatur in* Bucolicis *Virgilius,* Plinius, *&* Macrobius *3. Saturnaliorum, c.18* *bor & fructus uulgò noscũtur.* Trini *subinde partus ex calyce.* Integrorum *probatio est, ut in frigidam mittan siquidem probi siue incorrupti mergũtur, uitiosi supe tant.* Corticem *extremum fructus habet asperum, quem lenus primo per* Loca, *cap.1. barbam castaneæ, ac* Pli *echinatum (quia erinacei marini animalis pelli forma r det) calycem nuncupauit, lib.14. cap. 23.* Habet *deinde a rum punicei coloris coriaceum ac lentum: & adhuc ter quem membranam siue tunicam melius dixerimus, ip carnem uestiẽtem. Mirum quòd uilißimus sit fructus, qu tanta cura uestiuerit natura. Sationem docet* Palladiu *Nouembri, Titulo 7. Nostri arborem* Castanienbau Gall. Chastaignier, *Itali* Castagna. *fructum* C steyen. *Gall.* Chastaignes. *Ital.* Castagne *dicu* Porrò *hanc compositionem, cortex ille medius, lẽtus, ac p niceus, qui extimum echinum, & intimam tunicam disti guit, ingreditur: sicut etiam fructuum, & arboris querc quos glandes communi omnium consensu appellamus.* Su *autem multæ arbores glandiferæ, inter quas numerantu æsculus, cerrus, ilex, suber, fagus: sed hæc, & quercus, dulci mas atque optimas producunt, autoribus* Theophrasto *t tio* Plantarum, *c.9. &* 10. *ac* Plinio 16. *ca. sexto & septim* Distinguuntur *fructu, situ, sexu, sapore, tellure, forma.* Gla *dis caro duplici cortice tegitur, quorũ exterior crustace & duriusculus est: interior membranæ tenuißimæ simil nucleum glandis circumuoluit: hic isto loco accipien dus, & liber, qui cortici ac ligno intercedit. Est ue rò hæc arbor uulgò notior, quàm ut pluribus percens ri debeat.*

Sorborum siccorum.) *Commodùm, & ex ratione, ... a hic esse debeãt sorba, humectáne, an arida, expreßit: ... recẽtia stomacho prosunt, sed aluũ magis sicca sistunt. ... propter adstringendi facultatem, in unguento ponun ... Dioscorides lib.1.cap.136. formam præteriјt, quam singu... opera ostendit* Theophrastus *3.Plantarum, c.12. in duo ... ra, nempè in marem & fœminam, dißimili quoque fa= ... istribuens. Plinius uerò in quatuor, lib.15.ca.21.* Arbor ... *dicitur Sorbus, frigida loca suopte ingenio quærit, ...* Theophrastus *lib.2.c.3. annotauit. Syluestris maturi... suauioremq́; fructum edit, quàm urbana.* Pingitur Tra= ... *b.3.c.31.* Fuchsio *cap.217. Germaniæ superiori* Sper= ...rbaum, *inferiori* wilde Mespelen *nuncupatur.* ...Cormier, Sorbier. *Ital.* Sorbo. *Serapion depra= ... Sorbum, pro mespilo pingit, cap. simplicium 109.*

Mespilorum immaturorum.) *Vt nimirum uehe... tius adstringant.* Diosc. *lib.1.cap.133. in duo fastigia di= ... guit.* Theophrastus *3.Plantarum, c.12.* Idæorum *secutus ... ruationem, tria mespili genera facit, quemadmodũ* Pli= ... *15.c.20. Mespilum cum* Sorbo *quidam confundũt: ut au ... omnem historiam dilucidè assequamur, legenda erunt, ... ex ueteribus contraxit* Ruellius *lib. 1.c.97. fructus me= ... rum nostratium, neque lapillos pauciores, neque plures ... que prodit. Serapion c.simpl.109. absque dubio* Zaror, ... *Zarur, &* Zazur *(quod Sorbam uertit interpres) ... pilũ* Dioscoridis *tricoccum aßignat.* Nostrates *unum ... tùm genus norunt.*

Radicũ chelidoniæ.) *Pingit* Dioscorides *duo eius ... era, maius & minus, li.2.c.173. & sequenti.* Illud Hirũdi= ... *ia, &* Hirundinis *herba dicitur, quoniã ab illis auibus ... entã tradunt.* Idem *autor eadem herba hirundines ma= tres*

tres, excæcatis pullorum oculis, uisum restituere scri cui etiam Plinius lib.25.c.8. atque 8.c.27. adstipulatur. quia præsentem anni nouitatem designet, & Martio n flos erumpens, nouum Ver nunciet (quo etiam tempor rundines ad nos aduentare solent) ita dictam asserunt, Theophrastus 7.Plāt.c.14. autor est. Vnde Macer cec

Hanc nasci dicunt, auibus uenientibus illis,
Et desiccari, solito dum more recedunt.
Indeq; nomen habet Chelidonia, namque Chelido
Dicitur hæc uolucris, Græcorum more uocari.

Nostris uulgariter Schelkraut, Gall. Chelidoi ou Esclere. Italic. Chelidonia maggiore. C rùm alienißima est Hirūdinaria uocata herba, Tomo B felsij secundo, Rhapsodia 9. & Trago li.1.c.58. Atque ist Maiore. Minus uerò Chelidonium perpauci Pharmaco læ norunt, ut qui uulgarem hederam terrestrem paßim telligant, errore peßimo. Ego ut eos erudiam, non poss nunc commodiorem discendæ eius plantæ uiam monstr quàm caput Hieronymi Tragi 35.lib.1. & Fuchsij 333. D genter admodum Dioscorides formam radicum expre quam imprimis etiam oportet inspicere. Herba ipsa cito rit, ut quæ Vere nascatur, ac arescat. In uliginosis, & fo rum marginibus frequens est, folijs hederæ minoribus, ro dioribus, subpinguibusq;, sine caule, luteo flore, tenui pe culo. Nec dubium, quin ipsißima herba, plerisque apud locis, habeatur, etsi saporis acrimonia discrepet, quod uarietate commodè excusatur. Ruellius lib. stirpium 2.c.2 Scrophulariæ genus constituit. Serapion cap. simp. 234. n mine Memithæ percensuit. Addam his insuper Arabum lè sanam dictionem. Serapionis interpres cap. simpliciū 3 Kauroch, Curcumam imperitißimè uertit, ut primo horu indica

tuimus. Similiter Auicennæ interpres cap. 200. in hæc garrit: Canchum quid est? dixerunt quidam quòd est, & ipsa quidē dicitur Memirem. Et dixerunt alij, quæ rua Memirem, & quæ magna est Alguardaione, &c. nem autem, uim eius explicans, inquit: Quando bibi= oquitur, scribendum erat) succus eius super prunas, ad tatem, acuit uisum: & quādo excæcatur pullus hirun, adfert ei mater hāc plantam, & redit ad ipsum uisus, opter hoc uocatur hirundina. Sic ille. At quis obsecro æc uerba, rem ueram agnoscere siue intelligere poßit? do obscura isthac atque ambigua interpretatione ni= enitus ostenditur. Abeat igitur monstrum hoc, dignum timas terras, haudquaquam in Medicorum scholas de= andū. Hactenus de utroque Chelidonio dictū est. Quum facultatem accuratius expendo, simul & præsentis un ti scopum cōtemplor, non uideo in quem usum radices hic recipiantur, quæ calidæ atque extersoriæ sunt: ac nullam habent qualitatem hoc loco ferendam. Proinde s fore arbitror, si omnino deserantur.

Unguentum siue ceratum Galeni, uehementer infrigidans, ex Mesue.

cip. Ceræ albæ unciam unam.
ei rosati omphacini, uncias quatuor.
eum multoties bene lauetur aqua fontana,
andem conquassetur aceto albo claro, pau-
o, & in usum reponatur.

CRONENBVRGIVS.

plerisque album Galeni Ceratum uocatur, & refrige- sed necessarium est ipsius autoris uerba transcribere, ut

auto

autographam dictionem audiamus, quæ est Latinè int
tata primo Simplicium, c. 6. & manifestius decimo M
di. Incipiam autē, inquit, ab eo medicamine, quod om
quæ humectent, ac refrigerent, est simplicißimum. De
ad id præparari cera quàmoptima elota. Sanè ea fuer
alba Pontica, uel quæ ex Atticis fit fauis. Esto autem
ceum, quod ex oleo omphacino, siue crudo, citra salem
fectum sit. Maximè ad rem pertinebit, si & ipsum tenu
sit partium, cuiusmodi Sabinum est. Cùm uti uoles, a
mista liquantor, in uase duplici, factoq; humido cerato
iusmodi erit, quod triplum, aut quadruplum rosacei, a
ram habebit. Postquam ipsum refrigeratum fuerit, misc
ei paulatim in mortario tantum aquæ, quantū in se mo
do accipere poterit. Expedit autem Ceratum ipsum p
admodum esse refrigeratum, atque etiam quæ huic admi
bitur, aquā esse frigidißimā. Abundè Ceratum refrigera
si cùm modicè coiuit, totū uas in quo continetur, in aqu
gidißima deponas. Quòd si aceti ualde tenuis ac clari p
lulum adijcias, utiq; magis adhuc tum refrigerans, tum h
mectans medicamentum efficies. Similem doctrinam per
bet Oribasius initio libri de Morborum curationibus. It
Aëtius li. 1. de Oleo rosaceo, & 5. c. 91. Paulus 4. c. 21. &
repsus numero oleorum 13. Trallianus li. 12. c. 4. Ceræ unc
tres, rosacei duas accipit. Serapion Tract. 5. c. 22. & 7. ca.
Galeno subscribit. Rhaza 13. Continentis, Nenupharinu
pro Rosaceo substituit, & Camphoram apponit. Sed n
animaduertit Galenum penetrādi confortandiq; uim requ
rere, quarum neutra in Nenupharino existit. Pleriq; hom
nes ignaui, pro fontana aqua, rosaceam recipiunt, non int
ligentes illam magis quàm hanc, in profundum penetrar
ea propter acetum aquæ mistum indidit Galenus, & cera
lota

m, quod illi magno quoque errore intermittunt. Estq; rosacea paratum unguentum minus humidum, ac madstringẽs. Refrigerationem per aquam tripliciter fieri t 2. per locos, cap. 1. uel simpliciter, ut uasculum aqua ementer frigida collocetur, uel ut uas in puteo suspen= aquã contingat, uel ut etiam aqua destillans se uasi illi= qui modus efficacißimus habetur, uelut Galenus secũ= mpliciũ, ca. 7. & 8. ac 9. Methodi palàm ostendit. Nunc im apud diligẽtiores Medicos, tantùm recens, in præsen usum, parari iubetur.

Unguentum Marciaton magnum Nicolai Alexandrini.

ecip. Ceræ albæ libras nouem.
lei communis sextarios sex.
orismarini, foliorum lauri, ana libras duas, & semissem.
maraci libras duas.
uli, saluiæ, Inulæ, pimpinellæ, costi, semperuiuæ, centũneruiæ, sabinæ, polij, betonicæ, agrimoniæ, cymarũ sambuci, millefolij, fragulæ, balsamitæ, calamintæ, brancæ ursinæ, absinthij, chamædryos, quinquefolij, ocimi, artemisiæ, herbæ uenti, herbæ paralysis, herbæ crassulæ, centaureæ, herbæ Tetrahit, ana libram unam & mediam.
adicis euisci, cymini, *myrrhæ, ana libram unam. ** Alias myrti.*
œnugræci libram mediam.
utyri uncias quinque.
rticæ, uiolarum, papau. rubri, mẽtæ, sarrace,
&

& crispæ, lapathi, polytrichi, carduncelli, il-
tris syluæ, *marathri, herbæ moschatæ, a-
luiæ, linguæ ceruinæ, crispulæ, campho-
tæ, styracis, medullæ ceruinæ, adipis ursi-
adipis gallinacei, ana uncias quatuor.
Thuris unc. ij. Olei nardini unc. unam.

* Valer. Cordus legit maturellam id est, phu maius, cuius radices accipit.

*Herbas tritas diebus septē infunde uino, octauo die, le-
igne, ad consumptionem ferme uini coque, & oleum a-
simulq; omnia tamdiu coque, donec succi herbarū absu-
tur. Deinde cola, & abiectis herbis, styracem adhibe, cu-
modicum bullierit, ceram. Liquefacta, ab igne remoue,
thuris puluerem admisce: ubi coaluerit, uase unguenta-
reconditum usui serua.*

CRONENBVRGIVS.

*Scribit ijs uerbis autor lib. de Compos. medic. c. 993. Pa-
lus Aegineta lib. 7. c. 18. Aëtius 12. cap. 44. & Myrepsus
guentorum Titulo 3. ex decem rebus ijsdem parant, sed A-
tius gleucinum omisit, Myrepsus initio sectionis 34. oleū
phacinum relinquit. Alexander Trallianus li. 7. duobus m-
dis prodit, sed breuioribus: similiter Myrepsus sect. 3. Por-
Alexandrinus c. 994. aliud, quod paruū siue minus haud i-
commodè uocari poßit, docuit. Id hoc loco transponere p-
cuit, & quòd celerius fieri queat, & methodicum mag-
quàm alterum sit. Quare prorsus in usum reuocandu-
suadeo, si unquam quisquam in unguentaria taberna Ma-
ciaton habere uolet.*

Unguentum Marciatum paruum.

Recip. Foliorum lauri libras tres.
Rutæ libras duas, & semis.

Ama

araci libras duas.
ciſmarini libram unam & mediam.
orum myrti ueræ libram unam.
li, balſamitæ, ocimi, ana drachmas ſex,
às uncias ſex.
yri uncias quinque.
acis, medull. cerui, adip. urſini, gallinacei,
a uncias quatuor.
tiches uncias tres.
ris uncias duas, & ſemis.
nardini unciam unam.
oliuarum, * ceræ, ana quod ſufficit. *Cordus libras 6. * Libras iiij.

rbas contuſas diebus quinq; oleo macera, ſexto die, ad prunas tamdiu coque, donec ſuccus conſumatur: deinde & abiectis herbis, medullam, & adipes liquatos appo: ſpathulæ agitando ceram adijce. Liquatis puluerem dorum admiſce, deinde ab igne depoſitis, oleum nardi nfunde, atque agita, donec in unum corpus redigatur: uaſe conditum uſui reſerua.

epoſitus Nicolaus *ad quadruplum pleraque pondera tauit. Nunc de obſcuris, aut non ſatis intellectis uoci peram noſtram ueritatis ſtudioſis impartiemus.*

mperuiuæ.) *Latina uox eſt, Græcis* Aizoon, *quia r folia uirent, ac uigent, ut quamcunq; hyemis uiolen facile reſpuant.* Sedum *etiam dicitur, tria cuius genera tur, apud Græcos, &* Latinos, *uelut* Dioſcoridem *lib.4. 7.* Plinium *25.cap.11.atque* Apuleium *cap.123.Primum iariter maius uocatur, id haud temere felicius naſcitur, in muris, petris, tectis, ac domorum culminibus, ubi r, quod diligenter annotauit* Dioſcorides. *Hoc unum tur* Theophraſto *lib. Plantarum 7.cap.14.* Germanis

Hauſzwurtz, *quaſi domus radix, noſtris* Hau-louch,*id eſt,domus porrum, quia potiſsimum in ædium* *ctis prouenit,ut diximus.Gall.*Ioubarbe, ou Triq madame.*Ital.*Sempreuiuo maggiore.*Habet terea pleraſq; alias appellationes, quas uitandæ confuſi occaſione omittimus.Alterum genus Sedum, ac ſemper minus nuncupatur.* In Seplaſijs, *& apud herbarios noſ craſſula minor.*Id *quidam fabam craſſam & inuerſam a trantur, neſcio quàm uerè, cū potius eo nomine teleph ueniat,quod ego equidem in* Hollandia *uulgò* Hemelſ tel,*hoc eſt,cœli clauis,atq; in tabernis,* Craſſulam *maio dici exiſtimo.Gall.*Graſſette, Chicotrin, Teleph blanc.*Ital.*Telephio bianco, Faua graſſa ò uerſa.*Ex ea herba,fœminæ noſtrates, ad diem* D. Ioan Baptiſtæ,*coronamenta fronde ferè annua concinnant, in ædibus magna uoluptate,ac diuturno uirore ſuſpendu non ſine ethnica ſuperſtitione.Et dictu mirum,tellure ali toq; omni priuata, florent, creſcuntq;.* Illius *herbæ radi utpote temperamenti ſecundi ordinis calidi,ac tertij pri pio ſicci (autore* Gal.8.*ſimpl.) in hoc unguentum recipi das cēſeo:aut ſi habeatur ſiue cognoſcatur tertiū genus* S *quod aliqui portulacam ſylueſtrem,aut telephiū uocauer* Romani Illecebram, *quidam* Vermicularem, *nam uermi li inſtar,ad terram uoluitur,uulgus* Maurpfeffer, *qu* Muri piper.*Gal.*Pain d'oſeau,ou Ioubarbe peti fueille.*Ital.*Vermicularia, Granelloſa. *Vim habet excalfactoriam,acrem, exulcerantem, & ſtrumas ſcutientem,quæ ſanè facultas in præſcripto unguento requ ritur:ac proinde ab utroq; primo Sedo, utpote tertio ordi refrigerante,abſtinerem.*Nunquam Trago *ſubſcripſero, q* Tom.1.*cap.*122.*telephium illud, in* Batauia, *ut ſuprà di*

Hem

...melslutel Gall. & Ital. Telephiũ album *uoca-*
...o Dioscoridis Chrysocomen credit, cùm omnino inuicem
...gura, & facultatibus repugnent, quod ex autoribus
...n fidei, Lectorem intelligere uelim. Barbarus cap. Corol.
...ouis barbam appellari Chrysocomen asserit, sed apud
...uos id inueniri Marcellus negat. Cõ modùm hic etiam
...ennæ errorem detego lib.2.cap.615. & 642. semperui-
...n Suchutum dicentis, quando Sedum debuit.
...entumneruiæ.) *Pandectarius, Gilbertus, &*
...lius, hanc herbam exponunt arnoglossam, siue planta-
...t maiorem, de qua aliàs pensum nostrum absoluimus.
...r ad reliqua progredior.
...ragulæ.) *Hanc medicorum quidam fragrariam*
...t, sed è plurimis uix unum inuenias, qui quomodo ea
...is sit appellata, certò definiat. Sunt qui Rubum Idæum
...ridis lib.4.cap.30. eum maximè qui sine spinis uisitur:
...um sententiam nos suprà sequuti sumus.
...rancæ ursinæ.) *Et poëtarũ tũ Græcorũ tũ Latino...*
...eris, & uetustißimis architecturæ monumentis celebra
...c herba est, etsi nũc paucißimis hominibus bene nosca-
...deoq; miror Hermolao Barbaro uiro oculatißimo eius
...iam subterfugisse, dum cap. Corol. 720. omissam anti-
...cribat: nouerat nihilominus Acanthum, topiariam &
...iam herbã esse, cuius historiam ex Plin. cap. 443. Co-
...i reposuit. Sed non semper eadem, homini uni, in omni-
...erspicuitas. Manardus Brancam ursinam, Galeni Pu-
... & Arction lib.14.epist.4. putauit, cui non accedimus.
...rius, ultimam hanc herbam, Personatiam dixit epist. 3.
....de qua nos ung. Populeo. Dioscorides, ut rem ipsam
...dam, lib.3.cap.17. duo Acanthi genera delineat, satiuum
... molliter spinosis, lactucæ latioribus & longioribus,



erucæ diuisuris, nigricantibus, &c. *Alterum Syluestre,* a
leatū, illo breuius. Similiter Plinius 22. cap. 22. Atqui lau
da est doctorum hominum hac ætate strenua sedulitas,
ueram Acanthum, in communem utilitatem, monstrare
luerunt. Ea quondā mihi uisa est in Italia, Brancæ maior
tulo, quam isthic insuper Romanam dicebant. Et ne
fortè Germaniam medicinæ herbariæ cultoribus dest
tam suspicetur, habemus Brunfelsios, Cornarios, & Fu
sios: habemus Cordos, Gesneros, Tragos, & alios haud c
temnendæ doctrinæ, diligentiæq; uiros, qui pro se quisq; g
uiter hanc prouinciam susceperunt, quorum etiam op
Officinis nostris, peregrina Acanthus cognosci, & in u
reduci cœpit. Vulgò Welsch Bernklaw, *propter si*
litudinem anteriorum pedum ursi. Gall. Branche
sine. *Ital.* Branca orsina. *Sed ô deplorandam ignau*
Matthæi Syluatici, qui cap. Pandectarum 6. plantam gu
mi Arabici dixit Latinè appellari.

Herbæ venti.) *Iacobus Manlius non dubium, q*
à Pandectario cap. 45. institutus, in maiorem ac minor
distinguit: illam Parietariam, uitriolam, alisinem (rectius
sinem) pronunciat. Hanc uerò Consolidā minorē, flore ar
ticæ. Atq; sic hactenus creditur. Verùm dum ego accurat
rem exploro, & autorū scripta uerso, Ruelliū testimonio
ritiorum herbariorū, Herbam uenti, designare Anemon
syluestrem comperio lib. 2. stirpium, cap. 107. Gallis ac Ita
Cocles uocatam. Tragus autem ipsam Ideam lib. 1. cap. 1
oculis subijciens, uoce ambigua, inter Ranunculi species n
merat: etenim piperaceo sapore linguam ferit. Muliercu
plantariæ in Germania appellant Kuchenschell,
Küschell, *quasi culinariam, aut bouinam campanam*
quia flores, uelut rosæ, capillamenta quædam lutea osten

tat

...ue, cymbalis similia. Gall. Coqueretz ou Coque-
...des. Ital. Anemone saluatico, ò Herba Sar-
...nia. Ex quibus (si Ruellio habenda fides) intelligimus,
...am uenti, & facie, & facultate, parietariæ nostræ ad-
...ri. Interea nec ego satis scio, quid per herbam uenti, re-
...usurpandum sit. Hæc ideo monere uolui, quò medicinæ
...ris cupidos pariter ac Seplasiarios, ad res diligentius
...t uulgò fieri solet inquirendas, instigem.
Herbæ Tetrahit) Pandectarum autor (ad quē in
...nibus barbaris, siue ambiguis explicādis seu ad sacram,
...ci solet, ancoram confugere assueui) herbam Iudaicam
...pretatur cap. 364. quam Erbum cap. 241. aliàs Her-
...declarat. Iacobus Manlius hanc uocem exponit Oro-
..., sicut etiam Valerius Cordus. Quod autem de hoc mi-
...endum erat, abundè in antidoto Hæmagogo præstiti.
...l. lib. 3. stirpium cap. 112. irrefrago calamo Sideritim,
...udaicam herbam scribit. Eam parum rectè, ut Mat-
...us refert, ad uiuum expreßit Leonhartus Fuchsius, Si-
...idis primæ figura ca. 295. Germanis Gliedkraut, id
... articularis herba. Gall. Apparitoire. Italis
...rba pagana. Sunt tamen, qui herbam Iudaicam no-
...nt, ab aliquibus herbarijs & medicis, Virga aurea, di-
.... Cæterùm in Officinis Tetrahit, ea planta intelligitur,
... à Dioscoride lib. tertio, ca. 86. Aparine inscribitur, Pli-
... Omphalocarpon, & Philanthropon, lib. 27. cap. 5. Pan-
...rio Aproparine ca. 52. Insuper cap. 377. Lappago (for-
... Theophrasto lib. Plantarum, cap. 6. Lapago) ubi cum
...ònatia confundit. In sepibus, ac macerijs ubiq; obuia
...a: nam ad cognoscendam se, suiq; contemplationem, no-
...es etiam conuertit, dum prætereuntium uestibus inhæ-
...t. Vnde quibusdam Aspergula, siue uerius Asperula co-
Ee 3 gnom

gnominatur. Germanis Klebkraut. Gall. Rieble
Grateron. Ital. Aparine, ò Speronella.

Cardumcelli) Pandectarũ coacervator ca. 136. C
dum benedictum exponit, quẽ Erigion asserit homo nõ
cunq; in interpretandis nominibus felix. Deinde cap. 24
rorem errori, uelut nodum nodo coniungens, sedum, uel
cionem, atque alias ænigmaticas uoces apponit. Ego lu
immensum huius autoris laborem agnosco, & propterea
triuiali laude dignum censeo, sed eiusmodi sæpe ignora
tenebras quis æquo animo toleret? Reliqui interpretes
oro omnes Cardum benedictum dicunt.

Matris syluæ.) Eo nomine insigniuit Periclyme
Græcorum, Latinus scriptor uetustißimus, Scribonius L
gus compos. 129. Quapropter nemo ambigere, ac dubio
luti animo subsistere debet, in istius herbæ uera cognitio
quam luculenter apud ueteres Diosc. lib. 4. cap. 12. Plinius
cap. 12. aperuerunt. Galenus 8. simpl. Volucrum maius qu
appellat. Theophrastus lib. 9. cap. 19. Clymeno (quod uo
crum dixit interpres) eam uim aßignat, quam Dioscori
Periclymeno. Illius sententiam sequutus Marcellus, à u
aberrat. Etenim magnum est utriusq; herbæ discrimen, qu
legentes latere haudquaquam potest. Et hæc obiter cõm
fecisse satis sit. Pandectarius cap. 135. & 522. Caprifoliũ n
strum declarat, nam notæ, cum Periclymeno ueterum, sa
conueniũt. Vnde qui de simplici Medicina uiri doctißimi s
pserunt, uno consensu idem sonãt, si Matthiolum & Ama
excipiamus. nã ij Caprifolium prorsus pyxacanthã asseri
Mesue inter Volubiles tertiæ speciei ostendit. Vulgus tab
narũ, Liliũ inter spinas uocat. Germani Waldtgilge
hoc est, syluestre lilium: Geyssblatt, id est, Caprifoliu
Brabãti Wewen. Gall. Cheurefueille, vincibo

tali matriſelua, vincibosco, ò caprifoglio.

Herbæ moſchatæ.) *Eadẽ Coloniẽſiũ officinis Iua mo*
a. Quomodo autẽ ueteribus uocata ſit, nõ facilè expli=
rim, etſi Tragus feliciter faciẽ oſtẽdat Tomo 1. cap. 168.
mẽ infeliciter nomẽ exprimit, dũ Galatiõ, ſiue Galiõ Dio
dis li. 4. ca. 81. definit. Ego indubitata fide, unã ab altera
no. Pãdectarũ conſarcinator, ca. 278. abſolutè Geraniũ
, ſed nos hoc ab herba moſchata diſtinguimus, inq; multi
es ſpecies diſtribui ſuprà lib. 7. mõſtrauimus. Nequaquã
ior Valerio Cordo binas diffcrẽtias cõſtituẽti, unã per=
m Roſtrũ ciconiæ (quod Geranion Plinij aliàs indicaui=
) alteram Ariſtolochiæ ſimilẽ aſſeruit, Germanicè Be=
nkraut, *id eſt, herba ſcoparia. quãquã Tragus eo nomi*=
ocatã herbã aliter inſcribat li. 1. ca. 26. & 112. Porrò Iua
hata Germanis Hertzfreud, *Coloniẽſibus* Waldt
iſter, *Hollandis* Weerraech *appellatur. Folia,*
e modo, circum ſtipitem radiata obtinet, oblonga, & exi
quadam dote redolentia. Quapropter ſiccata ueſtibus
rponuntur.

Criſpulæ) *Eiuſdem notæ & hæc herba eſt, cuius incer*=
dine, in diuerſas ſæpe opiniones trahũtur Medici. Siquidẽ
dectarius cap. 186. Herbam cancri pronunciat, mox in
pictura, albam dicit, minutis folijs ac criſpis, uirtutis ca
ſiccæ. Manlius aliorum fide, nunc Oculum bouis, ſiue
phthalmon (quam Cotulam uocat) nunc herbam Cancri
rnit: ſed ignorari generaliter ait. Hoc eſt, quid album,
d nigrum ſit, ipſe neſcire uidetur, iuxtà cum ignorantiſſi=
. Nos quid Buphthalmon, ſuperius in expoſitione olei
momillæ manifeſtauimus: nunc quid ſit herba cancri,
re conabimur. Atque hic Tragi hominis induſtrij
gentia ſilentio nequaquam eſt prætereunda, qui capite

71. lib. primo recenset, ac pingit Bursam pastoris, Germ
dictam Teschelkraut: Gall. Bourse de bergie
huic ipsi, nomē illud, & Crispulā simul indit. Nec clā me
Bursæ pastoris appellatione, plures alias herbas uenire,
cumprimis hæc tali nomine insignienda erit, si Trago c
dimus. Hanc igitur plantā si hoc loco recipimus, ecce au
iterū nouam controuersiam: nā facultatem obtinere do
idem autor frigidam siccamq;, & rectè: sed hæc in Crisp
cum Pandectario repugnat. Proinde consultū esse arbitr
tantisper hic Buphthalmo uti, herba nota ac conuenien
donec plenius in lucem detegetur res in occulto nunc ple
que delitescens. Ruellius lib. Stirpium tertio, cap. 157. Hel
tropium, ab Herbarijs, Herbam cancri uocari tradit, qu
flores in caudæ cancri similitudinem inflectantur, uel qu
efficax sit aduersus carcinomata, & ulcera gangrænosa,
Matthiolo placet, qui Heliotropij utriusque imaginem
fabrè ostendit, à paucißimis hodie agnitam. Cōmōstrata n
hi olim herbula est, Cācri cognomine, à nobili Chirurgo H
lando, quæ in pratis, ac spatiosa area graminea cōmunit
tis Herlemorum ciuiū, sparsim exigua forma, instar nouit
exurgentis coronopi, inueniebatur. Ipse uehemēter in cā
rosis affectibus prædicabat. Et fortè Coronopus erat, quā
inconsultam adolescentiam tunc non animaduerti. Dolēdu
hanc Medicinæ partem, quæ simplicia comprehendit, apu
magni nominis uiros, tot sordidis uocabulis conspersam, im
ut uerius dicam, tanta caligine obrutam, ut uix doctißimo
rum hominum multiplici labore purgari, & indefesso ue
studio illustrari queat. Quod ad me attinet, si nō ubiq; qua
lem uolui perspicuitatem assequutus sim, certè caui diligen
ter, ne dictionem ullam, ulla obscuritatis nube, infecerim: se
pharmaci facultatem fideliter retinuerim.

Cam

amphoratæ.) Restat etiamnum unus, in hoc unguẽ-
plicandus modus, quem Trago uelut altero Theseo ad-
nte soluemus. Sed prius audiendi Syluaticus, Gilbertus,
uardus, Manlius, & si qui eius farinæ plures reperian-
Ii, inquam, tanquam barbaræ cohortis primarij duces,
am colore Camphoræ, ad similitudinem foliorum abro-
albicãtis, instar Tanaceti: aut abrotonũ syluestre, quod
n cum chamomilla, folia obtinet, constituunt. Et rectè
em isti, sed nimis tenuiter rem ipsam significant. Itaque
est paulò craßius diducere, ut manifestius intelligi
t. Tragus in peruestigandis cognoscendisq; plantarum
erijs talis, ut cum quouis ueterum haud iniuria confe-
us sit, ita mihi stirpem hanc expedire uidetur lib. 1. cap.
ubi abrotoni historiam tradit. Syluestre abrotani genus
terram se diffundit, & prorsus non assurgit, sed tenuibus
ulis humi recumbit, non aliter quàm Centumnodia di-
erba, Germanis weggraſs, paucis folijs accuratè fis-
rcũdatum. Flores in unum uelut nodulum collecti, cine-
colorem edunt, artemisiæ modo, odore mediocriter bo-
Nascitur aduersus montes, sabulosis uijs, collibus soli ex-
tis, & à sentibus liberis: nec celeriter hyeme congelascit.
uæ ille Germanicè, nos Latinè uertimus. Ex quibus uer
atis significanter camphoræ colorem, quem cinereũ di-
& similitudinem candicantis abrotoni, sicut Tanaceti,
similius artemisiæ, & quæ amplius utrinque conferri
int, expreßit. Quin & natale solum, ac proueniendi ra-
em tam euidenter apposuit, ut nemo nisi omnino stupi-
ignorare eam herbam queat, paßim conspicitur quibus
auimus locis, foliorũ colore prorsus cum absinthio Ro-
o simili. Manlius in hoc unguentum inijci uidit abro-
um uulgare: identidem nostræ ætatis Vnguentarios ha-

ctenus facere arbitror. Itaque cõsuetudinis ius obtinet, q ego labefactare, siue infringere nec uolo, nec debeo. Satis sit Camphoratã aperuisse, & abrotoni historiam legere lentes monuisse. Iam alia persequamur.

Unguentum pediculos potenter necans.

Rec. Staphisagriæ uncias quatuor.
Aloës epaticæ, lupinorũ, myrrhæ, ana unci mediam.
Sulphuris uiui unciam unam.
Axungiæ porcinæ uncias sex.
Saponis liquidi, butyri recentis, ana unc. tr
Liquescibilia primò liquefiant, deinde ari seorsum trita refrigeratis cõmittantur, m assidue simul moueãtur, ac tandẽ in usu reponantur.

CRONENBVRGIVS.

Misera sanè hominum conditio, ut quæ à sordibus & su plicijs uitam ordiẽs, uagitibus, ploratibus, lachrymis, om compleat: & inter tot periculorum genera, tot morbos, t casus, tot metus, tot curas, tot iniurias per omnem adeo tam, pediculari insuper morbo, sub uitæ exordium, ad ult mum usque diem, uexetur. Sic natũra opinor rerum paren item & nouerca, tam fœdo pudendóque uitio, nostræ corr ptionis memores nos esse uoluit: ut ne summi quidem ui turpißimã istam corruptelam effugere potuerint. Nam c stat Syllam Dictatorem, Alcmanum, ac Pherecydem clariß mos Græciæ poëtas, eadem perijsse. Nec desunt, qui sapien tißimum Platonem eodem morbi genere extinctum arb trẽtur: adeo est calamitosa hominis uita, & malis innumer domi ac foris plena, ut non temerè à Sileno dictũ sit, & dein

osteris Philosophis celebratum, Optimū esse non nasci, quàmocyßime aboleri. Sed ista excurrentis sunt, illuc re-nde diuerti. Huic itaque mortalium miseriæ succurrere gens industria medica, diligenter excogitauit medelas, huc transcribere non decreui, quando eas cognoscere tibus, relicta sunt ueterum monumenta, utilia quidem & necessaria. Proinde neglectis quàmplurimis (quæ pas-n manuscriptis libris leguntur) unicum tantum reme-, ut præstantißimum, sic quoque paratu simplicißimum ruimus, quo quicquid est in uniuerso corpore eorum ani-um, facilè ac securè perimi queant, potißimum ex Sta-e agria consistens: unde ex eā herba commodè nominari it. Porrò Galenus per locos primo, c. 7. pedicularis mor-ethodum indicans, inter reliqua hāc affectionem curan-harmaca ab Archigene prodita, Staphidis agriā, san-ncham, nitrum, cum aceto, & oleo commendat, quemad-um Oribasius libro de Curationibus, cap. 17. Cælius Au-nus lib. 4. Chron. cap. 2. & Aëtius lib. sexto, ca. 67. Quin lus lib. tertio, cap. 3. se unctione eiusdem, quod uolebat as-utum prædicat. Eadem penitus remedia Arabes capiti-propriis reliquerunt. Vetulæ nostræ, ex contrita Sta-agria (sic uulgò appellant) & butyro recenti, linimen-necandis pediculis efficacißimum concinnant. Quædam entum uiuum, ita ab indesinente motu dictum, saliua inis ieiuni (quæ eximias in eo corrigendo dotes habet, aduersus uenenosos ictus ualere, Aristoteles lib. octauo malium, cap. 29. ac uenenosa omnia interficere, Aui-na libro 2. cap. 607. & 621. tradiderunt) extinctum ad-rent, quòd uis eius malefica, ea ratione elanguescat. Sed ndo huc oratio nostra deflexit, adscribam quæ probabi-r, de qualitate, & usu huius, Græcis hydrargyri uocati,

dici,

dici, ac disputari queant. Interea industriis candidisq́; in nijs, calculum atque iudicium suum defero. Initio igitur ginem, ac discrimē: mox ambiguas & differentes scripto sententias proponam: deinde incolumitatem eius, pos mò quatenus noceat, ostendam. Dioscorides libro 5. cap factitium genus unum, naturale duplex constituit. Alter huius uomicam liquoris æterni. Plinius alterum argent uiuum appellauit: quod uero arte ex Minio paratur, h drargyron dixit. Et ideo à Leoniceno reprehenditur, c tam natiuum, quàm fictitium Græci, ac Latini, post ma uoce, ex aqua & argento inscribant, quoniam h colore, illi aquositate est simile: quod non neglexit L douicus Cælius libro 26. cap. 30. Antiq. lectionum. Indu tatum haberi debet, in Minij (quod Cinnabaris fossitia ho appellatur) olim uenis, sicut etiam nunc, reperiri, cu tria apud ueteres metalla leguntur. Primum in Hispan unde Romam afferebatur, secundum in regione Attica, te tium in Ionia, ex Theophrasti ac Plinij testimonio. De a gento uiuo naturali, pauca ueteres literis mandarunt, h æuo in Germania nostra aliquot locis exudat, quod osten Georgius Agricola libro de Natura fossilium. Quinque di ferentias manifestat Antonius Gallus, libro de Ligno sanc non permiscendo. Atque hæc de ortu & differentia suf ciant. Nunc autorum placita audiamus, ubi imprimis n cessarium est, Pauli Aeginetæ scripturam libro septimo, c pite Simplicium tertio, examinare, ubi Medicorum plero que concrematum hydrargyri cinerem alijs speciebus m stum, colicis & iliosis propinasse scribit. Auicenna libro se cundo, capite 47. & 4. Fen. 6. Tract. 1. cap. 2. plurimos sin læsione bibisse dicit. Egreditur enim integrum per intesti na: quod de impermisto intelligendum prorsus arbitror, cu

modi exemplum refert de Natura fossilium lib. 8. Georgius Agricola. Cæterùm priusquàm latius progredior, Pauli dictionem, ut mancam, curtatam, ac deprauatã corrigere restituereq; per Serapionem, statui, qui cap. simplicium suorũ ad sequentem modum scripsit: Quidam sumpserunt argentum uiuum mortificatum, & mortui fuerunt ex Iliaca passione. Mihi equidem postrema* hæc orationis series apud Paulum neglecta uidetur. Nec est, cur Paulum excusemus, dicẽtes eum de extincto, ac quibusdã speciebus misto, utpote integro, uerba facere: nam & Serapion diserte mortificatum scripsit, quod est extinctum: nihilo tamen minus eo usos, dixit mortuos. Et manifestum est, intra corpus utentibus, deleterium omnino ac mortiferum esse, quocunque modo adumbratur, quod non præterijt Dioscorides noster. Qui uerò minarum credunt, malo suo experiantur. Moneo certè quosque, ne quis uitã temerè periculo exponat. Moneo quoque imprimis refractarios aliquot chirurgos, ut à concepto scelere desistant, dum sæpe pulueratum argentum uiuum: quod subinde aquam fortem, & Chalcanthum siue uitriolum Romanum, subinde sulphur, ac argentum uiuum admixta habet (præcipitatum uulgò uocant) exitiali pernicie perunt. Neque audiendus est Matthiolus, eundẽ puluerem, ueram argenti uiui extinctionem, linimentis tutò adhiberi posse existimans, ad finem curationis morbi Gallici, melancholico humore: neque item Massa, in puluere suo angelico libro sexto, cap. quinto, sicut ostendit Antonius Gallus, Medicus doctissimus libro suprà scripto. In sermonis progressu, temperamentum, & incolumiter foris hydrargyrum usurpari posse, monstrare incipiam. Nicolaus Massa Venetus libro quarto, cap. primo & tertio, de Morbo Neapolitano, dum tutus in eo studio uersatur, Gentilis testimonio fretus,

*Et mortui fuerunt.

fretus, medicinam quarti ordinis, ad secūdum reduci alia mistione autor est, quoniam hæ illius uehementiam siue lignitatem contemperant. Constat autem ex Auicenna li secundo, cap. 47. Argentum uiuum, frigidum ac humidum secundo esse: cui Guilhelmus Placentinus lib. 4. subscribit. recentioribus Ioannes Ambianus in illustrißimo Opere de Abditis rerum causis secundo, cap. 14. adeò frigidum, midumq; asserit, ut ui narcotica, dolores omnes sopiat & niat, præduros tumores molliat, cōcretosq; dissoluat. Adu sum hos Isaac secundo Praxeos calidißimum pariter ac midißimum excessus quarti cōstituit. Similiter Constantin de Medic. uirtutibus, & Pandectarum autor cap. 22. & P tearius cap. simpl. quinto. His acquiescunt Massa cap. sup citato, atque Almenar Hispanus cap. sexto, Andreas aut Matthiolus, per Aristotelem, & Villanouanū, calidum, cumq;, mox per alios summè frigidum humidumq; decern Similiter quoq; Comment. suo in librū 6. Dioscoridis. Dein per Geberū insignem metallorum scriptorem, à calore ten peratißimo cum sulphure sic per minima unito, ut siccū h mido, & humidum sicco æqualiter in eo temperentur, pr bat. Amatus Lusitanus frigidum siccumq; firmiter cred Enarrat. 70. in 5. Dioscoridis lib. In summa, ex his colligitu hydrargyri naturam Medicis haud satis exploratam for dum tam repugnantes de eo sentētias protulerūt. Sed ut ut es illud uelut duabus ancoris fultum, ex Gentilis doctrina, fir mum manere debet, Hydrargyron ad temperatam qualita tem, ex conuenienti mistura, reduci. Fit autē hæc, longa num consuetudine, & confirmata experientia, quæ fidem rebu conciliare solet, per ieiuni hominis saliuam, adipem porci nam, & ursinam, oleum Terebinthinæ, Iuniperi, butyrū re cens, styracem liquidam, Theriacam, stœchaden, castorium,

myrrham,

ubam, thus, Iridem, & id genus correctoria, pro diuerſis
andi ſcopis, quæ quidē artis periti gnauiter utiliterq;
ngunt, ut nullam aut ualde exiguam malitiam illud de
ebeat, niſi omnino uſurpantis inſcitia, aut magna mor-
ius ſæuitia. Iam ſi quis inſtet, urgeat, accuſet, exupe-
m adhuc malignitatē, unde crudelia ſymptomata (quæ
torum libris promptum eſt reperire) ceu ſemina quæ-
naſcūtur: dicimus conſtanter ac uerè, eadem arroganti
ntiū imperitia & crudelitate fieri, & magna ex parte
nti probi artificis præmeditatione caueri poſſe, quod
in arte exercitatus diffitebitur. Adde his, neque Aui-
m, neque Serapionem, neque Meſuen, neque Alzaha-
i, neque Arabum quenquam, neque eorum ſequacium,
etudinem eius formidaſſe, ſicut capitibus de Scabie, ac
s unguentorum ex Ceruſſa probari poteſt. Et hic quid
n, calamitoſam luem Veneream (in qua curanda, præ-
us eius uſus exiſtit) tam contumacem, tam malignam,
horribilem eſſe, ut non facilè ullis alijs remedijs cedat,
xpugnetur, quàm hoc fluxili Mercurio? Quapropter
abditam eius uim, nec ſatis rationi adhuc exploratam,
nam experientiam hoc loco prædicare, ueriſimile eſt.
itaque nulla alia uia ſalutis ſit accommodatior, neceſ-
m arbitror, cum quodam periculo aliquid agere, quàm
ino ſine eo, interitum quendam experiri, uelut Galenus
no Methodi, ex Thucydide refert. Ecquis autem non ma-
uculas moleſtias breuiter tolerare, quàm per omnem
em fœdis cruciatibus miſerè torqueri? Ecquis non exi-
n utilitatem, propter ineuitabilem neceßitatem paruo
præferat? Ecquis non pauculis diebus grauiuſculū eius
admittat, & patiatur potius, quàm lōgo tēpore ama-
m Medicamētorum aſſumptione excarnificari, ac tan-
dem

dem difficulter, aut prorsus ambigua fide curari? præse-
quando celebratißima sit omnium sententia, è duobus m
minus eligi tutißimum esse. Quidam fœtus, mirabili pa
rientium nixu, periculo summo eduntur, interdum deplor
da opera euelluntur. Sed quid fieri potest, in irremedica
calamitate? Cogimur sæpe magno discrimine in aliquam
lutis spem, artus pungere, urere, secare, diuidere: cogi
torturas, truncationes, supplicia uitæ extrema, per en
perq; ignem, ancipiti medicationis ratione subire: & i
nobilem, tamq; multis nominibus utilē, ac necessariū M
curium damnamus? Offerimus quotidie haud leuiter suspe
pharmaca, ab ultimis Garamantis, atque Indis petita,
sunt Colocynthis, scammonium, Euphorbium, Turbit, &
genus quàmplurima, nec est qui magnopere calumniet
cùm tamē frequēter formidanda atque horrenda mala (si
horū quarti initio indicauimus) inferant, nisi Medicus p
dentia sua occurrat: & argentum aquosum bene castiga
foris cum iudicio, usurpare non licebit? O præposteras h
Aph.6. par.1. minum opiniones. Diuinus Hippocrates extremis morb
extrema exquisitè remedia optima adstruit: & nos in ace
bißimo malo, quod multis uitæ odium gignit, medicamē m
Aph.26. par.2. diocriter tutum auersamur? Idem, febrem conuulsioni
peruenire melius esse, quàm conuulsionem febri, testatu
reliquit. Et Auicenna, omni spasmo materiali, febrem co
ferre scripsit libro tertio, Fen. primo. Tract. quinto, cap.
Amplius quarto, Fen. 7. cap. 7.ueterē scabiem, medicament
ad excoriationem usque uehementibus curat. Eiusmodi test
monijs pleni sunt autorū libri. Quid igitur dicemus? Non
satius, moderatum argenti uiui usum admittere, cum quali
cunque corporis difficultate, quàm intolerabili diuturno
animi simul ac uitæ mœrore perire? Præterea si quæ ex ill
metuend

...endæ erunt afflictiones, nónne conuenienti Antidoto ...estiuè corrigemus? præcipuaq; corporis mēbra Alexi... ...rmacis, industria nostra, tutabimur? His addere possu... ...quod nocere aptū est, nunquā ægris iuxtà, ac sanis affi... ...quoniā contrariorum contraria sunt remedia. Itaque ...milia, illi dissimilia, de necessitate requirunt. Proinde sta... ...dum, etsi fortè integra salubritate degentes queat læde... ...n tamen atroci Gallico correptos, aut uerius posses... ...uòd alia sit horū, quàm illorū habenda ratio. Imò quā... ...d unum omnes, cathartica siue euacuantia omnino ne... ...ria hic decernant, quis quæso medicandi modus tolera... ...r, tutior, atque emendabilior censebitur, per hydrargy... ...e (quod toto curationis tēpore, æquanimiter per loca ...ræ cōuenientia, expultrice sola, per ungendi efficaciā, ...ata, agit, ut nos sæpe uidimus) an per enormes ac pror... ...ubias purgationes, (quæ tantisper humores mouēt, do... ...unt nimis imbecilliter, aut nimis uiolenter, ad septē aut ...tantùm horas educat) quod est optimum, moliri? Vt au... ...iniam, hæc mea est sententia, & sic animum induco ...n, hydrargyri correcti usum, post factas concoctiones, ...umorum peccantium necessarias medicationes (præci... ...quando alia remedia frustrà explorantur) quàm cuius... ...; alterius pharmaci, in effera Veneris labe, incolumio... ...existere. Ac ideo Hieronymus Fracastorius li. 2. Syphil... ...d finem eius, mirandam uiui argenti potētiam cecinit: ...uod id natum sit subitò frigus caloremq; excipere, un... ...se nostrum citò contrahit ignem, ac condensum humo... ...dissoluit: siue aliam uim fata illi, & natura dedere. In ...a, Amuletum libidinosæ luis planè credi oportet, quod ...ræterquam ex Medicorum libris, experientia rerum ...ium magistra, in deploratissimis ex hoc morbo homini...

bus, ſum edoctus. Sententiæ huiuſce meæ adſtipulatores
beo doctißimos quoſque, atq; ipſum adeò Ioannem Ma
dum uirum ſummũ, ſiue literas, ſiue diſciplinas quis ſp
epiſt.4.lib.14.qui tametſi incuſet, & grauia accidenti
meret, attamen ſeſe correctũ uſurpaſſe palàm fatetur.
quoque ille Braſauolus *magnæ per* Italiam *autoritati*
examine ſuo ſimplic. nulla qualitate, ſed ſola quantitat
Dioſc. *ueneni uim obtinere ſcriptum reliquit: ac proin*
foris tantum, ſed intrò utitur: prædicatq; fœlicem eius u
curatis infantibus ex uermibus ſemimortuis. Quin &
tonius Gallus *copioſo doctoq; calamo,* Matthiolus *inſ*
atque Amatus, *idem teſtificantur.* Hæc *igitur cùm uer*
dantur, quis perniciem eius nũc uelut letalem accuſare
uelit, aut poßit? quanquam non ignorẽ, ſingulari prud
cautioneq;, & exquiſitißima arte id fieri oportere, atq
mines imperitè temerarios cane peius & angue fugie
eſſe: ſiquidem humiditate ſua modum excedẽte, inſitum
di natura humidũ ſæpe corrumpit, & uniuerſo ſanguin
tredinem infert. Hactenus *hydrargyri inuentionem, diſ*
tias, repugnantes autorum ſcripturas, & uſum cum iu
incolumem explicauimus (ſicut initiò facturum me rec
ram) conſequenter quatenus noxia habeatur eius qua
recenſebo. Dioſcorides *lib.5.cap.60. omnem materiam,*
ter uitrum, plumbum, ſtagnum, & argentum exedere t
tur, quod ſæpißimè ſum demiratus. ſiquidem in eiuſce
uaſis repoſitum, pauco tempore ea corrodit, ac depaſc
Vnde *melius in ligneis pyxidibus, inſperſo furfure, & p*
re, ſeruabitur, aut coriaceis ſacculis, ut nunc plerunq;
ſolet. Plinius *33.cap.6. uenenum rerum omnium, uaſaq;*
rumpere, dira tabe, dixit. Aëtius *13.cap.79. &* Paulus *5.*
47. in cenſu uenenorũ collocant. Galenus *aliàs* Dioſcor
ſequ

tus lib.4.simpl.cap.18. ac 5.cap.18. tota sua substantia
sentia lædere scripsit: Nono autem simpl.libro cogno-
ctitium tantùm uideri potest, cuius periculum sese in-
t feris fecisse negat. Sed & horum uerba, de pondere,
e nuda qualitate, intelligo: quam etsi solo odore cru-
experiuntur, dum bracteas aureas argenteis uasculis
inducere laborant Argentarij (quoniam alios immedi
tremore, alios molesta paralysi, malignis oculorum
alios, graui auditu, oris fœtore, & frigidis cerebri in-
riebus corripi uidemus) non propterea eandem ue-
m uim corporibus, ex illinitione, dumq; probè casti-
uerit, inferri existimabimus: quoniam aliã absque du-
cultatem retinet, atque imprimit, uehementi ignis ca-
iutinaq; eius aßiduitate, & intra os, ac nares, auræ
tu: aliam sanè, moderata, supra artuum internodia,
laq; ex interuallo unctione, iuxta cuiuscunq; naturæ
ensurationem, affectusq; magnitudinem. Atque ista de
urio facundo Atlantis nepote (Germanicè Queck-
r. Gal. Argent uif. Ital. Argento uiuo.) dice-
uimus. Reliquum est, ad Staphidis agriam Græcis, Pe-
rem herbam Latinis uocatã, reuertar. Hanc Diosco.
cap.137. pinxit. Cornelius Celsus lib.3.cap.21. unã Ta-
m nominat. Eum suppressa uoce notat Plin.lib. 23.ca.
men 26.cap. 13. eiusdem herbæ uires recensens palàm
taphidis agriæ sunt, eidem conceßit: unde controuer-
Plinij uerbis uideri poßit, etsi Mũdellam ab hac nota
uindicare non ignorem, in annotationibus examinis
Brasauoli. Galenus simpl.lib. 4.cap.17. Staphisagriã,
agrestem uocat. Ex quibus manifestum fit, indifferen-
m dictionem usurpari solitam. Quidam Pituitariam
, quòd commanducata sauore suo multam pituitam

eliciat. Serapioni ca. simpl. 277. Alberas, Auicennæ St
sagria cap. 622. lib. 2. quē Myropolæ imitantur. Gens
Leusskaut, qua appellatione Tragus usus est, lib.
83. in aßignanda consiligine Ruellij cap. 134. lib. 3. Eg
decerno, tametsi hanc ad Staphidis agriam non per
sciam. Gal. l'Estaphisagrie, ou l'Herbe au po
Ital. uua Saluatica, & Staphusaria. Hæc Co
feliciter nobis ex semine enata est.

Saponis liquidi.) Plinius lib. 28. ca. 10. Galloru
uentum ait, rutilandis capillis, ex seuo & cinere. Fit d
modis, spissus ac liquidus. Vterque apud Germanos, m
in usu uiris, quàm fœminis. Hic potißimùm circa sept
nales populos usurpatur, in abluēdis lineis uestibus, c
turq; Amstelredami paßim, quod frequētißimū totius
landiæ emporium est. Ille Sapo Venetus dictus, & Gal
(cuius subinde meminit Galenus) apud plerosq; omnes
mas tenet. Constituitur ex oleo, calce, & sale: interdum
mata odoris gratia admiscentur, tum præcipuè quādo
buli abluendis barbis finguntur.

Unguentum Populeum Nico. Alexandr

Recip. Oculorum siue germinum Popul
bras quatuor.
Folior. Hyoscyami, solatri, Cimarū rubi, f
peruiuæ, radicis bardanæ, cotyledonis,
ctucarum, uiolarum, ana uncias sex.
Axungiæ porcinæ recētis, libras sex, uel q
tum sufficit: uel eius loco, ueruecis aqua
ne ablutæ.
Axungiam cum reliquis misce diligenter,
octo dies fermentētur, nono ad lentū ig
ter

nui uino coquantur: deinde per ſacculum
lentur, abiectíſque herbis, nocte integra
mittatur liquor, manè quicquid coagula-
m ſupernatauerit, uaſe unguentario re-
nde.

CRONENBVRGIVS.

*lgus Officinarum ac Tonſorum aliud cõſarcinat. Nos
exandrino præſcriptum potius, quàm illud Præpoſiti,
etiam legitur apud Villanouanum in Antidotario,
ponere uoluimus: tum ut prauã huius, in uertẽdis me-
n autorum ſcriptis, conſuetudinem, ab unguentariorũ
nis aboleremus: tum ut genuinã compoſitionẽ in uſum
aremus. Nam ueritas ubiq; ab omnibus (cùm ſola ſit
unica uirtus) audiẽda & probãda eſt, quæ in Medici-
x uera rerum cognitione deprehenditur. Huic nulla
rũ ſeries, nullus cõſenſus, nullum obſequiũ, nulla auto-
præſcribere poteſt. Et uerã eſſe Alexandrini ſcripturã
mbiget, quando in confeſſo ſit Præpoſitũ, ab hoc, ſuã
fide tranſumpſiſſe? Niſi quiſpiam malit à Myrepſo 45.
loto id factum credere, ubi tamen pro rubo, rubeam,
rdanam, ponduſq; ſuillæ adipis non habet. Cæterùm
anteriores, ſimplex quoddã oleum Populeon, in diſcu-
s laßitudinibus, aptißimũ recipiebant, cuiuſmodi exẽ-
demus apud Galenum de Tuenda ualetudine 4. Aëtiũ
2. cap. 44. Paulum 7. cap. 19. Actuarium ca. de Empla-
Nicolaum Myrepſum Antidoto unguent. 17. & hunc
ue Alexand. cap. 716. Galenus inſuper ad articulares
es aliud memorat lib. 7. per genera. Hoc autem loco nõ
udiendi, qui ex fructu Populi albæ præſens Myraco-
conficiunt, ſiquidem apud Græcos ubique αἴγειρος,
ſt nigra, legitur. Hieronymus Tragus lib. ſtirpium 1. ca.*

123. ex succis semperuiui, solatri, cum oculis populeis ... ctis, in suilla axungia, & percolatis, unguentum facit, ... bus eo titulo unguentis præferendum, sibiq; longè gra... mum. De Populi temperatura, anceps est inter medico... quot concertatio, simulq; qualis sit ex ea denominat... guenti facultas, calidáne, an frigida: sed hoc argument... gutè Manardus epist. 5. libri primi tractauit. Quē uerò ... uis adhuc historia Populi, eiusq; gummi, & crassos qu... dam errores cognoscere iuuat, relegat quæ nos 6. horu... in Trochiscis ex charabe scripsimus, ubi compendio a... ambages annotauimus. Nunc paucorum ingredien... explicationem prosequar.

Radicis bardanæ.) Prolixa, dubia, uaria, intri... est herbæ istius significatio, in qua equidē disquirenda, ... parum multum operæ impendimus: præsertim quando ... berrimi quique autores, aliam atque aliam doctrinā ex ... metro ferè dißidentem constituant. Siquidem Syluatic... rè Lappam maiorem, Genuensis Vngulam caballinam ... ponit: inq; duas hanc differentias, maiorem ac minorem ... stribuit. Hermolaus Barbarus cap. Coroll. 721. Bardan... & Lappā maiorē uulgarem, interpretatur Petasiten Pl... cui errori adstipulatur Ruellius 3. cap. 24. Vngulam uer... ballinam eiusdē Arcion. Mox eundē autorem testifica... Petasiten appellare Personatam. Locus est apud Pliniū ... 25. cap. 9. Ego quod demortui hominis pace dixerim, in ... nio Petasiten isthic non cōperio: & multò aliter quàm ... eam scripturam lego, ad Capitis fermè initium, hoc mo... Quidam Arcion uocant Personatam, cuius folio nullum ... latius, grandes lappas ferentem. Sic ille. Quibus equidē u... bis lappam tabernis repræsentare uidetur maiorem uo... tam. Nec ullum est discrimen tale, quale nimis curiosè, ...

dica...

n imperitè, hoc loco cogitauit Hermolaus, uir alioqui
ciplinis omnibus suspiciendus. Et per Iouem demiror,
modo uir tantus in hunc errorem delapsus sit. Nicolaus
icenus dũ accuratiβimè Plinij errata colligit, non duo
ij genera: nõ discretã herbã personatã à personata, sed
sè hãc uocẽ pro illa scriptã putat. Ego autẽ Pliniũ, per
um genus, Lappam maiorem, siue Bardanã: per alte-
eam sanè speciem Arctij, quæ Cucurbitæ folia ostẽdit,
ra tamẽ, hirsutiora, nigriora, ac craβiora (quam Per-
am dixit) intelligere credo. Nam ut alios prætereã,
nus 6. simpl. affinẽ huic omnino doctrinã habet. Quin
ertium Arctij genus Verbasco simile recensuit. Plinio
ap. 5. demonstratum. Nec recipiendam arbitror usque
minutulam unius literæ Marcelli distinctionem, uide-
Arctij, & Arcij, quando eam neq; Galenus, neq; Ruel-
lib. 3. cap. 133. neq; Manardus lib. 16. epist. 3. animaduer-
t: nec Ruellij error subticendus, dum Arction, Lappam
orem Officinarũ decernit, quæ reuera Xanthium est, ut
scoridis delineatio prorsus ostẽdit, & doctiβimi quique
dici confirmant. Porrò Vngulam caballinam, aliàs Tus-
ginem uocari indicauimus, ut uel hinc Hermolai imperi
patescat, in hac herba. Nunc studiosos diligenter uersare
m Caput 92. lib. 4. Dioscoridis, quò Personatã, siue Lap-
n maiorem, uulgò Bardanam: atque eiusdem libri cap.
ut Xanthium, siue Lappam minorem agnoscant. Qui
ò negant Xanthium ab Aparine differre, cogitẽt Græ-
autores, duobus seorsum locis, de ijs prodidisse. Certè fa-
s utriusq; Lappæ, discrimẽ maioris & minoris aβignat.
stri non aliter quoq;, quàm groſs Kletten, ac klein
letten interstinguunt. Gal. Gletteron grand &
tit. Ital. Lappula maggiore & minore. Echi-

nus pueris ubiq; notißimus, dum tenaci amplexu uestes nesq;, ludicro spectaculo, ita comprehendat, ut difficult ferri queat, quod inter alia uerba Theophrastus 7. *Pla rum, cap.* 14. *non tacuit. Atqui* Petasiten Dioscorides *c nuo post personatam cap. scribit. Visitur apud* Tragū *l cap.* 138. Fuchsium *cap.* 249. *& uiua facie in horto* D Echtij. *Germani* Pestilentzwurtzel *nuncupant. liæ adhuc ignota uidetur. Gall.* Espece de Napol

Cotyledonis.) *Græca est hæc appellatio, quæ c modè Latinis, ab eiuscemodi instrumenti similitudine, A tabulum, quibusdam* Vmbilicus Veneris *uertitur. Qua sit, & quid significet, docti medici norunt, ac* Virgilius M *cellus in Comment.* Dioscoridis *lib.* 4. *cap.* 87. *aßignat. D rum generum herba legitur, cùm apud hunc, tum apud nium lib.* 25. *cap.* 11. *Cymbalariam uocat* Pandectarius *c* 171. Hermolaus *cap.* Coroll. 705. *Cymbalarē herbam. In uoce consentit* Ruellius 3. *cap.* 113. *Dissentit* Brasauolu *examine.* Tragus Tomo 1. *cap.* 162. *primam* Dioscoridis *ciem nobis ob oculos ponens, Perfoliatam censuit omn appellandam, quam Germaniæ superioris populi, uernac la lingua* Durchwachs *i. percrescēs, &* stopffsloc *id est, occludens foramen dicunt. Gall.* Perfoliate. *A tabulū uerò ijsdē rectè* Leffelkraut & Nabelkrau *id est cochlearis & umbilici herbam nuncupari dixit, qu niam eius folia, leuem quandam, ac ineuidentem concau tatem, in medio cauliculo ostentant. Consequenti cap Cotyledonem syluestrem unam, atque alteram pingit. Q mihi,* Vmbilici Veneris *nomine, monstrata olim herbu est, unicum rotundum, pinguiusculum foliolum è med exili pediculo ostendebat, in palustribus, atque uliginos locis proueniens: sed nihil commune hæc, cum illius* Trag

figur

a habebat, ut nec cum utraque illa, quas repræsentauit thiolus elegantißimè.

Unguentum Rosatum Mesues.

ungia porci nouies probe lauetur, aqua alēte, ac toties frigida. Deinde cum illa te- tur, æqualis portio, siue quātitas rosarum ubrarum recentiū, quæ cum ea marcescant ies septem: funde lento igne, & cola. Rur- us tantundem rosarum recentium cum ea- em axūgia tere, quæ similiter dies septem mul marcescant: funde ut prius, ac cola. unc affunde succi rosarum rubrarum di- nidium.

ei amygdalarum dulcium partes sex.

que leniter, ad succi consumptionem, & pone.

nter coquendum inijcias parum opij aqua osarum soluti, ualentius fit, præsertim ad omnum prouocandum.

CRONENBVRGIVS.

etus admodū mos fuit, ex rosis unguentum concinnare, nos suprà in oleo Rosarum discertè manifestauimus: Theophrastus 6. Plātarum, c. 6. in Cyrena, odoratißimas produci, autor est, unde isthic iucundißimum quoque ētum fieri dixit. In superiori Germania rarior est eius, sed Antuerpiæ celebratißimo totius orbis emporio, fre us habetur, ubi non septem diebus, sed tribus tātùm ma- nt, bis rosas renouando: septimo, succum & reliqua ap- unt, atque ad Mesues institutum, absque opio parant. dam ineptè Vnguentum, rosacea aqua studiosè abluūt,

uerùm plerūque post anni spatium, corruptelam hoc m suscipit. Efficax est ad ea, quæ autor promittit. Itaque omnino inutile, aut intempestiuum duxi, huc transpon sicubi quispiam ad se illius consuetudinem uertēdam ex met. Opium uerò initiò non adderē, sed purum ac simp constituerem: nisi fortè in quapiam illius portione, ad maiorem fermētationem, uelut etiam innuit Syluius. A porcinus, ab omnibus membranulis, purgetur, priusq ei rosæ cōmisceantur. Componendi ratio manifesta est: t seo ad aliud ordine proximum.

Unguentum rubrum puerorum.

Recip. Butyri recentis insulsi, libras duas.
Radicum Alcannæ uncias duas.
Vini rubri libram unam.
Castorei pinguissimi drach. sex.
Radices tusæ, uino ad diem unum macerātu deinde butyrum adijcitur, ac pariter ad ui consumptionem, lento igne, coquūtur. C latis castoreum miscetur.
Quidam addunt casiæ recens tractæ drac duas, atque hoc modo unguentum paran

CRONENBVRGIVS.

A rubro colore, unanimi plebeiorum testimonio, nom accepit, ac propterea caßiam omittendā decerno, tanqua eum colorem uitiantem. Nostra ætate celeberrimum est, morbillorum pariter, ac uariolarum suspicione, aut met Nam uix aut dici, aut credi potest, quanti usus sit apud fo minas nostrates omnes, dum paßim confidenter, atque util ter eius portionem, cum haustu uini, siue alterius cuiuspia humoris calfacti, pueris & adultioribus mistā offerūt: mo

stragul

gulis bene multis ad proliciendum sudorem studiosè ope
ut. Quo præsidio, quicquid est eius corruptæ labis, uel
ui humoris, ferè plerunq; per uniuersam cutē efflorescit,
alia puto ratione, quàm quòd radices Alcannæ, quam
r Anchusas numerādam (ut mox dicemus) arbitramur,
uliarem expurgandi ueneni uim, uelut castoreum, obti-
. Etenim inter alia auxilia, igni sacro mederi, lepris ac
liginibus illini, Dioscorides, Galenus, & Plinius, insuper
tra uirus serpentium, maximè uiperarum, ualere scripse
t. Atqui malū eiusmodi, quod Græci nunc exāthemata,
c ecthymata. Plinius multis locis, similiter Celsus lib. 5.
.papulas, & pituitæ eruptiones appellant, uenenatam
nino qualitatem habere, Medicorum nemo legentium
pocratem 3. Epidem. sect. 3. Galenum 5. Methodi, princi-
libri de Cibis boni ac mali succi, atque Aëtium lib. 5. ca.
ambigere uelit. Etsi Auicennas lib. 4. Fen. 1. Tract. 4. c. 6.
tantinus quoque, Zoar & Isaac, Arabes, ac eorū sequa-
Valescus lib. 7. ca. 7. & Bertrucius Tract. 1. lib. 2. cap. 16.
guinis menstrui reliquias, morbi causam constituāt. Sed
rum imperitiam Alexander Benedictus lib. 1. de Febre pe
enti. c. 2. Manardus li. 7. epist. 2. atque euidentius Ambia-
ad finem lib. 2. de Abditis rerum causis, detegunt. Cæte-
n cùm longa firmaq; gētis nostræ consuetudine, eiuscemo
unguētum paratu facile usuq; familiare cognoscam, non
taui omittendum. At unum me torquet, quòd uidelicet id
um, nec illi uicinum, apud quenquam scriptorum hacte-
inuenerim, imò ne apud eos, qui practicis, ut uocant, li-
s, omnes angulos & domos impleuerunt. Proinde bo-
consulat Lector, quòd nos huic loco inserere ausi fue-
mus.

Alcam

Superest quæ de Alcanna in mētem uenerint, supradictis
apponere

*apponere. Scio me primo horum Comment. ex Serapio-
testimonio, hãc plantã designasse, quæ Dioscoridi Ligustr-
& Pandectario c. 342. Henne dicitur: nam eadẽ ubiq; est p-
tentia, siue formam, siue uires spectemus. Sed nihil certi-
quàm eius radices in isto unguẽto non usurpari. Quæ eni-
hic assumuntur, rubræ sunt, contrectãtiumq; manus sangu-
neo colore inficientes, cuiusmodi quoque usum manifestis-
mè in dicto unguento præbent. Taceo insuper omnimoda-
utriusq; stirpis diuersitatẽ. Dioscorides in rosaceo monu-
unguentarios coloris gratia Anchusam illi admiscuiss-
Quid si nostros, hac tempestate, idem hic moliri per Alcan-
nam uocatã, existimemus? Nec moueor Ruellij uiri grauiss-
mi doctrina, qui li. 1. stirpium c. 94. antiquorum Ligustrum
Officinarum Alcannam pronunciat, quãdo ipsissima ueri-
tas, nempe rei euidentissima fides illi aduersetur, ac mihi pa-
trocinetur. Quis etenim ueterum, quis recentium, Ligustr-
rubras radices tribuit? Vulgaris autem Alcãna, usque adeo
eas ostendit, ut dubitare non queamus, nisi omnino cæci si-
mus. Itaque Ligustrum esse non potest. Eorum opinio ueri
speciem habet, qui Buglossam rubram appellãt, à radice ni-
mirum inducti. Quin & folia Buglossæ nostræ penè similia
uisuntur, cum quadam aspera inæqualitate. Hãc ipsam her-
bam, à simplicium studiosis, Anchusam uocari memini, dum
Medicinæ olim Bononiæ operam darẽ, crescitq; abundè in
foro Boario, ubi nos sæpè effodimus. Et hanc Alcannam di-
cere quid uetat? Imò credo per ignauos aliquot Anchusam,
in Alcannam deriuatam. Dioscorides lib. 4. c. 21. Anchusis
omnibus rubras radices tribuit, quod Theophrastus 7. c. 9.
Plinius 22. c. 20. & 21. atq; posteriores ad unum omnes con-
firmant. Pandectarius procul dubio Muscellinam herbam,
cap. 525. aliàs Lactucam asini nuncupauit. Ex Italia, Hispa-*

nia

sed potißimum Gallia, ad nos radices deferuntur. Offi- Alkanet, & Orchaneth pronunciant.

Unguentum Santalinum Mesuæ.

cip. Rosarum drac. duodecim.
ntalor. rubrorum drach. decem.
ntali albi & citrini, ana drach. sex.
li armeni drach. septem.
odij drach. quatuor.
mphoræ drach. duas.
ræ albæ drach. triginta.
ei rosati libram unam. Misce.

unt qui lauent oleum, & ceram prius, pòst alijs permi- t, ac redditur efficacius.

CRONENBVRGIVS.

erati titulo hoc refert Mesue, at ego uulgarē consuetu- m imitatus, in unguentorum ordinē redigere malui. A- apud Serapionē 7. Antidotorum c. 27. legitur Dhimach andalis. Compositio est manifesta: nā primò cera incisa, oleo rosarum omphacino, duplici uasculo, liquantur: de refrixis arida in tenuißimum puluerē seorsum reda- committuntur. Quæ autem ingrediuntur, aliàs ex- uimus.

Unguentum contra scabiem.

cip. Granor. parad. unc. unam.
m. lupinorum amar. unc. tres.
llebori nigri unc. unam, & semis.
llebori albi unciam, semis.
d. Inulæ campanæ unc. duas.
phuris communis & uiui, ana uncias duas, & semis.

Zingibe

Zingiberis unciam unam.
Axungiæ porcinæ lib.ij.& semis.
Misce,ac formetur ad artem unguentum.

Aliud Antonij Brasauoli.

Recip. Terebinthinæ uncias quatuor.
Lauentur aqua communi,deinde aqua fum riæ:postea adde uitellum unius oui.
Butyri recentis rosacea loti,unciam unam.
Salis communis unciam semissem.
Succi limonum seu arantiorum, quantum s tis erit,pro formando unguento.

CRONENBVRGIVS.

Hoc transcriptũ est ex Montagnana cap. Vnguentor non procul à fine. Quando uerò scabies crudelior,ad uit dam uim repercutientem,succorum mistionem intermitt & oleum rosaceum omphacinũ substituit. In pituitosa a tem,ac purulenta abundantia, admiscet primæ composit ni Radicis Iridis,hellebori nigri,lithargyri aurei, ana dr chmam unam. Hac unctione ad unum omnes, triplici a quadruplici cõsuetudine uespertina,iuxta focũ restituũtu

Aliud eiusdem,redolens.

Recip. Sulphuris uiui læuigati in tenuissim puluerem,uncias duas.
Laridi omnino recẽtis,quãtum satis erit, pr commiscendo sulphure, mox in mortario cum drach.duabus salis agitentur. Deind appone
Serpilli,mentæ,saluiæ, maioranæ,recentium, ana unciam mediam.

Simu

aul absque surculis concisis tusisq; fiat omniũ unitas, mam unguenti. Vsus eius erit ad ignem uesperi dormi curat indubitata fide triduo siue quatriduo. Sanè hu- neris unguẽtorum ac illinitionum plena sunt omnia, q; est multiplicitas, in autoribus, & dispẽsatorijs non ,pro humoris affligentis, sed etiam pro sexus uarieta- ego integrum facilè ijs colligendis quaternionem im- queam. Quin & poëtæ, & rei rusticæ scriptores, atq; lium etiam diligenter meminerunt, cuiusmodi est un- uium scabiei, & corporis, apud Vergilium, quæ haud è hominibus subinde accommodari poßit. Verba eius tertio Georgicorum, dum ait:

Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, ac sulphura uiua,
Idæasq; pices, & pingues unguine ceras.

quibus colligitur, quanta iam olim fuerit restituendæ ei cura, ac diligentia. Voluimus autem nos selectiora, tiora unguenta hic recensere, quorum usum ut maxi- noxium probamus. Reliquorum immensam turbam mus. Nam quorsum attinet, inanem laborem, nullo pe- terius commodo, suscipere? aut chartas tẽporis dispen- contaminare? Imò quorsum opus, hac opera alijs calũ- di mei ansam offerre? quæ alioqui metuo, à quibusdam phantis, in hoc opinor productis, ut perniciosa æmula- interturbent omnia, mihi nimis instructa erit. Quid m non Zoili isti dicent, si in huiusmodi unguentis recẽ- s fuero prolixior, quãdo ne de optimis summeq; neces- medicamẽtis patiẽter loquentẽ me opinor audierint? esinant moneo lacessere uitilitigatores. Nec enim illis ere studemus, uerùm bonis quàmplurimis, & minimè os lædere. Ac quando obsecro tam fœlix fuit seculum,

quando

quando tali loco fuerunt res humanæ, ut plerique in pri-
mo natos fructus non fastidierint, & è longinquo adu
singulari desiderio non susceperint? Minimè igitur mi
si in exilibus parumq; cultis hortis nostris collecti, nec
nium palatis sapiant, nec ijsdem bene concoquantur. C
nobis cum multis commune est. Nūc igitur amplius ser
nem proferre non putaui necessarium. Qui uolet, con
Enulata, ac Psorica unguenta, cuiusmodi exempla ha
tur apud Mesuen, & recētiores practicos, ad fastidium
que. Expedit tamen argētum uiuum semper uelut mali
ac lædere opportunum, in leuioribus scabiei uitijs, form
re, & in grauioribus quàm rarißimè usurpare. ubi med
rum peritorum industriæ cumprimis acquiescendum
monemus. Idem suprà in unguento aduersus pediculos
genter etiam docuimus. Porrò unguenta, Plinio autor
lib. 13. cap. 2. ac 7. in Alabastris tutißimè reponun-
tur, durantq; ab initio ad annum, si Serapio-
ni credimus Tract. septimo, cap. 34.
Nostri myropolæ in longam æta-
tem parant, atque u-
surpant.

*

Libri noni, de compositione medica-
mentorum, Finis.

LIBE



IBER DECIMVS,
DE COMPOSITIONE
Medicamentorum, officinis hoc æuo usualium,



Autore Bernardo Deßennio Cronenburgio, Doctore Medico.

QVANTA sane pharmacopœis omnibus, pariter & integrioris medicinæ studiosis, ex istis Commentarijs, utilitas adueniat, puto non esse obscurum, qui animo præsenti, ac candido, eos ectitarunt. Inuidi uerò, & quibus est cum maleuolen- oniuncta improbitas, optimi cuiusq; studium peßimè ca iantur. Vnde tales contemnere nunc potius, quàm con- e uolo. Atqui deplorare simul & accusare haud iniuria iam eos poßit, qui hodie artem confidenter factitantes, lus tamen impendunt diligentiæ, nec plus habent in di- endis rebus intelligentiæ, quàm aut asinus lyræ, aut sus . Et dictu mirum, quantam inscitia confidētiam pariat. ut recta ingenia debilitat uerecundia, ita peruersa cō- it audacia. Quapropter calamitosam in hominum ui- cturam, & formidabilem ex eiuscemodi imperitia inte- a fieri, nemo negare potest. Quibus rebus utinam, illu- Academiæ, ac prudētes Respublicæ, tandem succurrāt, frustra id per doctißimorum uirorum calamos, pariter nguas, hactenus tentatum sit. Nos quoque ne tam uti- cessarioq; studio deesse uideremur, multis iam annis, in i palæstra Medica laboramus, haud quidem ignauiter, ro uiribus, ut si non omnes, saltem quo ad fieri queat,

quàmplurimos illos Philautos, & aliena fraude magnif
ex medicorū numero, submoueamus: ac quicquid sit, in p
cis Officinis, barbariei, sordidiorū uocum, conficiendor
pharmacorū, siue ambiguitatis, siue obscuritatis, in gen
sensum, atq; sermonem purum integrè restituamus, ut ho
luti Augiæ stabulo fideliter expurgato, Medicina ars o
clarißima, in cōmunem hominū salutem, ingenuè pureq
ctetur. Nec me suscepti laboris pœnitet, quoties in ment
nit, quantoperè & mihi, & candidè de alienis laboribu
care uolenti profuerim. Hac igitur fide, nunc decimū lib
auspicabimur, in quo, quicquid in prioribus, uel tractati
inconuenientia, uel memoriæ negligētia, omißū fuit, nul
dini literarū certo adstricti, sed quomodocunq; sese argu
torum ratio offerat, tradere constituimus: ita demum æq
codicum numero, omnem hanc doctrinam absoluentes.

Acetum rosatum, & ex quibuscunq; florib

Quanquam difficile sit, de eiuscemodi statam ac defini
methodum tradere, cùm non solū pharmacopœi, uerùm i
per plebei, usu fermè quotidiano, in ciborū condimentū, p
to multiplici talia parēt: id tamen admonendū esse duxi,
rosis, & alijs foliatis floribus, ungues, hoc est, imæ folior
partes præscindantur, quoniā incocto inutiliq; humore r
tæ, sæpe ante iustum insolatū, horrenda putrilagine, acet
quodcunq; uitiāt. Eadem neceßitate, in umbra extra solē,
res absq; rore, siue pluuia lecti, ad triduū, aut quatriduū
pādere oportet, ne ulla corruptela, conditurā in longū tēp
seruandā afficiant. Quod uerò ad præfinitā florū quātita
pro aceti mensura, pertinet, non uidetur mihi à methodo a
enum, si quis uel odorem, uel colorem, uel etiam medicā qu
dantenus facultatem requirens, Dioscoridem, in uino Ro
ru

...5.cap.24.aut aceto ex stœchade, aut betonica, imite-
...imo etenim loco, libram rosarum siccarum, sextarijs
...c est, libris duodecim uini, ad menses tres demergit: de-
...c colatum reponit. Secundo autem, libræ uni stœcha-
...,siue aceti congios sex, id est, libras quinquaginta-
...r (nam congius singulus recipit sextarios sex, & unus
... libras nouem) affundit, ac macerat. Tertio loco, Be-
...herbæ semine maturo prægnantis, cum ramulis suis,
...uini, uel aceti congios duos, nempe libras decẽ & octo
...c post septimum mensem fermentatum transfundit.
... huiusmodi compositionibus parãdis sunt peritiores,
...ercitatiores (in quorum catalogo, cum primis phar-
...olã urbis nostræ Theodoricũ Kalbandium iure nume-
...icuiq; libræ florum rosarum rubrarum pauculis die-
...umbra siccatarum quartas Coloniẽses sex, siue, ut ego
...libras plus minus xxiiij. aceti præstantißimi adijciũt,
...us soli exponentes, in uitro: atq; eo modo, quarta li-
...portio, Dioscoridis faciundæ rationi, in aceto Beto-
...cedit. Quidam triginta diebus insolantes, rosas mu-
...t odore, saporeq; ualidius, colore quoq; præstantius
... reddant. Ad hanc doctrinam parari possunt Aceta,
...undulæ, Rorismarini, Saluiæ, Sambuci, & quibuscun-
...sdem generis floribus: ubi tamen nihil temerè, in-
...is Medicis, ab Officinarijs fieri suadeo, quantumuis
...nus longa consuetudine, quæ haud rarò perniciosus
...r esse solet, neglectũ sit. De culinis nostris nõ loquor,
...ut nunc eius aceti conficiendi modus atq; usus, uagus
...unis: ita olim antiquis prorsus certus ac insuetus fuit.
...iter ista monuisse sufficiat. Porrò quæ sit aceti exqui-
...r se facultas, ex nemine plenius, quàm Galeno summo
...naturalium æstimatore, lib. simpl. 1. ca. 17. & aliquot

continuò ſequentib. cōſequemur: amplius lib. 4. ca. 2. & lib. 8. Rurſus Methodi 10. & 11. atq; per Locos 1. ca. 8. a 1. inter Archigenis remedia, de his, qui ex ſtomacho cap lent: etenim ex cōtrarijs qualitatibus, frigidis & calidi ſiſtit: plus tamen illarū, quàm harum eſt particeps, qu utrarumq; tenuibus partibus: quapropter ſimul incidi nuat, diſcutit, reprimit, depellitq;. Subſcribunt Dioſcor Galeno, Serapion cap ſimpl. 134. Auicenna ca. 88. lib. bet autem eſſe acetum, ex uino albo exquiſitè acido, i nulla penitus huius qualitas apparet: ſed quò id fuerit ſtius, & acrius, eò calidius acetum omnino cenſendum, contrà. Vim eiuſdem ſcripſit Plinius lib. 23. ca. 1. Varias per aceti conditura recenſuit Conſtantinus Cæſar lib. culturæ octauo, cap. 32. & ſequentibus. Gelu nunquam creſcit, cuius cauſam reddit Alexander Aphrodiſæus, in blematis. Hæc habui, quæ de cōdititijs acetis, in comm utilitatem, dicenda uiderentur, nunc ad Scillinum uenio

Acetum Scillinum Meſuæ.

Recip. Laminas ſcillæ, inter corticem ac medias, ſepara cultello* ligneo, linoq; tr fige, eo interuallo, ne ſe mutuò taleolæ tingant, mox diebus quadraginta ſicca, tra ſolem, in umbra: poſtea uni libræ ho ſegmentorū affunde aceti boni libras o in uaſe uitrato anguſti oris diligenter ſtructo, & adhuc dies quadraginta ſoli pone. Deinde cola, atq; utere.

**Ego malim eburneo, uel alterius generis oſſeo, quod non tā facilè hæc acies ſecanti cedat.*

Si uerò urgeat neceſsitas, ſepeli uas in cal cinere, uel arena, non ſubitò, ſed paulat ut horæ ſpacium intercedat.

CR

CRONENBVRGIVS.

eribus hoc acetum, propter magnos usus, fuit celebera
u, atq; usitatißimum, Scilliticum, scillatum, & scillites
appellantibus, quod sequenti ordine à Dioscoride li. 5.
cribitur, Scilla candida expurgata conciditur, traie-
ino segmenta, modicis interuallis, ne se contingant, sic-
n umbra xl. diebus. Mina eorũ, in aceti boni sextarios
im immergitur, & uase diligenter operto, septenis die
sole madescit. Post eum numerum dierum, scilla eximi-
r expressa abijcitur: defæcatum acetum trãsfunditur,
iturq;. Aliqui scillæ minam, quinq; aceti sextarijs mi-
Alij citra exiccationem repurgantes, parem mensurã
unt, & senis mensibus macerari patiuntur. Libro au-
cundo, ca. 164. scillæ laminas, ad deponendam amaritu-
pariter, ac acrimoniam, sæpius mutata aqua, abluit.
igenes scillæ medullam in minutas partes dissectam, &
uens acetũ iniectam, in uase fictili condit, ac inueterari
pit, uase in asinino stercore, ad dies triginta defosso, ue-
tor est Galenus li. 5. per Locos, ca. 9. Aëtius li. 9. cap. 27.
icißimè construit, ex scillæ repurgatæ, ac dissolutæ li-
quinq;, aceti sextarijs quadraginta octo, insolatq; sub ca
æ ardoribus ad dies xl. Paulus etsi Dioscoridis doctrinã
dubiè imitetur, attamen uno atq; altero loco mala fide
fuit, quod sanè transcribentium uitio tribuendum omni
cerno lib. 7. cap. 11. Actuarius autem integrè transcri-
inter medicatos liquores, quamuis aliàs indeterminato
dere recenseat. Nicolaus Alexandrinus cap. 135. dum pri-
dictionẽ Dioscoridis memorat, drachmas sex, nescio qua
ria, scillæ ponderi apponit, & dies xxi. ad solem mace-
Myrepsus tripliciter sect. 37. pingens, à supradictis omni
uariat. Democritus scillæ concisæ, diebusq; triginta in

ſole ſiccatæ, ſelibram, aceti quàm acerrimi duodecim li
imbuit. Conſtantinus Cæſar lib. 8. Agriculturæ ſuæ, cap
ex eodem referens, ſcillæ doſim ſuppreßit: ſimiliter Colu
la lib. 12. cap. 34. & Plinius 20. cap. nono. Palladius lib. 8.
tulo 8. librã, & ſex uncias ſcillæ albæ crudæ in minutas p
tes reciſæ, duodecim ſextarijs aceti acerrimi mergit. Mar
lus Medicus ſcillæ libram mediam, aceti congium (qui
capit ſextarios) ſcripſit. Serapiõ Mauritanus ca. ſimpl.
diſertè Dioſcoridi conſentit, ſed tract. 7. cap. 23. in pleriſq;
fert. Auicenna lib. 5. Tract. 6. ad eundem modum, cum Se
pionis priori ſcriptura, refert, ſed uice Kiſt, libram: atq;
mannes (rectius minæ) eminam, unius literæ lapſu, interp
uertit. Sunt inſuper plures huius aceti confectiones, quas
petere non eſt neceſſarium, quando ſatis copioſè, modò e
cuerimus. Sed mirari quiſpiam iure poßit, cur tanta ſi
tam præclaro liquore dictionis diuerſitas: cuius ego rei c
ſam non aliam fuiſſe arbitror, quàm quòd pro medicatio
multiplici ſcopo, multiplicem quoque parandi formam h
buerint antiqui. Et quamuis Paulus libras ſex ſcillæ con
Dioſcoridem ſcripſerit, ego uitium eo in loco aßignand
& pluralem numerum, in ſingularem conuertendum e
ſequenti ſerie, exiſtimo. Scillæ albi coloris in taleolas conc
libra, ſex quadraginta diebus in umbra ſiccatur, deinde
rurſus purgata fuerit, in aceti generoſi ſextarijs duodec
diebus ſeptem in ſole madeſcere ſinitur, uaſe bene opercul
to, &c. Ita ſiquidem integra, & uniformis cum Dioſcor
erit Pauli lectio. Hæc ueritatis amatores monere uoluim
Cæterùm quòd tam diligenter, ferri uſum, in ſcilla, Arabes
uerint, inde factum puto, ne quid rubiginis aut contag
ex illo, huic accederet, qua occaſione putreſcere poßit: a
eadem ratione, mutuus ſegmentorum contactus, uitari etia
debe

Atqui quoniam tabernæ medicæ ad unum omnes, Me-
isto conficiendo aceto sectentur, eius uerba primo
dscribenda censui, quæ cùm manifesta sint, non egent
iori explicatione. Admirandas eius utres, ac penè
ibiles ostendit Galenus, de paratu facilibus libro ter-
as omnino necesse est expendere: nos ne longiores si-
locum manifestandum duximus operæpretium. Ve-
uidam nostrum, ut in omnibus à uetustate desciscen-
ita hanc quoque compositionem intolerabili ignauia
gunt, quasi uerò scilla putida ad nos deferatur: neque
eius efficacia, propter longinquam aduectionem, qua
ntiqui prædicarunt: aut amarior etiam gustus sentia-
quàm ut ægri tolerent. Sed id hominum genus, si tam
nter, quàm negligenter pharmaca humanis corpori-
ilißima curaret, frustra quicquam eorundem deside-
nus. Nam noui qui in tiliaceis capsis faberrimè ac mun
è extructis, utranq; scillã, & propriè sic dictã, & Pan
on, quibusdam pusillam scillam appellatam, ut autor
nius 27. cap. 12. ex Pannonia, Sarmatia, atq; Apulia,
s pertulissent: quas si Pharmacopolæ nostrates emere
sent, certè nemo de labefactatis scillæ uiribus quere-
: at nunc paßim scillæ radices pensiles diuq; incolu-
i Officinis ostendũtur. Nec enim ex matre nobis facta
tura nouerca, neque minus benigna est hodie, quàm
ocratis, siue Galeni temporibus. Atqui ut id concedant
m, attamen gustum uelut ægrorum palato aduersan-
præcipuè etiamnum calumniantur, quasi uerò non
prosit, sed quòd placeat, & gulam titillet, medicus
aduertere debeat. Hinc paßim tot dulciariorum, ac tu-
um congeries, tanta syruporum saccharatorum copia,
magna ex parte usurpat medicantium turba, quoniam

os momentanea suauitate oblectant. Ista eò copiosius à
nunc dicuntur, ut laudatißimum per multa secula medi
men, in consuetudinem denuò reuocem. Sed commodum sc
historiam paucis adscribo, quam Dioscorides lib. secundo,
164. luculenter aperuit, herbæ ipsius pictura, utpote tunc
tißima omnibus, omissa. Theophrastus 7. Plantarum, ca.
ter quotannis florere dixit. Plinius lib. 19. cap. 5. & 20. ca
in masculum ac fœmellam discreuit, & tertium genus es
bis gratum asseruit. Pythagoras integro uolumine Scill
celebrauit. Tabernæ nostræ Varronem, ac recentiores M
dicos sequutæ, Squillam nuncupant. Pandectarius, atq; Ia
bus Manlius, Cepam muris: Serapiõ Haspel cap. simpl. 30
Germani Meerzwibel, *uel* Meuſszwibel. Ga
Stipoule, Charpentaire, & Oignon mari
Legenda erit, quando folia eius, & caules omnino ar
runt, ex Galeni præcepto, primo de Antidotis. Enorm
strigosa, flaccidaq; improbatur: sed alba, bene habita, ac m
gnitudine mediocris probatur. Antiquitas ex eiusdem segm
nibus, oleum & uinum conficere solet: cuiusmodi exemp
leguntur suis locis. Vini autem compositio est apud Diosc
ridem 5. cap. 16. triplici ratione, postremam reposuit Actu
rius. Serapion per omnia Dioscoridi adstipulatur, sed inte
pretatio uitiata est, cap. simpl. 304. ubi pro amphora It
lica, metreta restitui debet: tametsi uterque eandem re
intellexerit, uelut in sermone mensurarũ ostendemus. Ga
lenus ad scillæ in umbra refrigeratæ libram, uini ueteris al
sextarios duodecim affundit, lib. de paratu facilibus 3. Colu
mella sextarios musti 48. adijcit 12. cap. 33. Palladius eide
ponderi scillæ, uini amphoram. Sed Dioscorides Scillam,
sole, alij in umbra, siccant, quam controuersiam Marce
lus Virgilius acutè Comment. suo sustulit. Hæc dum scribere
in m

ntem uenit, quæ olim ex utriusque Iuris Doctore cla-
no, & artis medicæ nequaquam ignaro, Hieronymo Fri
bo Reipub. Gruninganæ nunc quæstore, cognoui. Ea-
hic, magna rei communione, haud inutiliter adiungam.
que uxori suæ pituitam crassissimam incidere, attenua-
studiosè cupiens, unciam unam eiuscemodi uini propi-
& casu singularem ipsius utilitatē consecutus est: siqui-
haud exiguam pituitæ copiam, per superiora, absque
i molestia difficultateq́;, non multò pòst euomuit. Hinc
tus similiter diligentem probationem, tum in me, tum in
, faciens, usum illius fœlicem, magno ægrotantium cōmo-
xpertus sum. Propino igitur non multum febricitātibus,
bus, iuuenibus, ac subinde pueris, pro ratione ætatis, ro-
is, temperamenti, anni tempore, & similibus scopis: nec
quam est, de eo, uel tantillum conquestus, imò ad unum
nes, pharmacum mirificè collaudarunt: stomachum uerò
niorem sortiti, continent, sed post aliquot horas, ijs aluus
batur, ac per deiectionē, humor lentus expurgatur. Porrò
dus conficiendi talis est:

Vinum Scillæ.

eci. Scillæ dissectæ in taleolas à sordibus
mundæ, & quadraginta dies insolatæ, unc.
quatuor.
ini Rhenensis puri, libras sex medicas.
emerge simul uasculo obturato septenis
diebus. Post id tēporis, expurga, & medio
mellis cocti pondere adiecto, paucis ebulli-
tionibus, in duplo uase coque, ac repone.

Aut aliter.

ec. Scillæ recentis seu uiridis repurgatæ, ac

cultello osseo siue ligneo incisæ, pro cõsu
tudine, unc. iij.

His affunde uini purissimi albi libras Med
cas quatuor, unciarum uidelicet duodecin
Mox in duplici uase curiosissimè oblito, n
uapor ullus transpiret, diebus tribus, sup
ignem macerari permitte. Post id tempu
transfunde, & cola, additisque mellis desp
mati unciјs uingintiquatuor, paulisper len
to foco simul efferuescant, ac tandẽ in usu
reconde.

Potest etiam uehementius sequenti ratione confici.

Scillæ humidæ libram unam, uini Rhenensi
optimi libris octo excipe, quibus mellis pu
rissimi libram mediam appone. Scillã pri
mò in quadrangulos tesserarum modo dis
sectam, deinde uino melléque cõsumptam
in duplo uase, accuratè obstructo, horas ui
ginti percoquito. Interea Hellebori albi, ac
nucis uomicæ singulorum drachmas sex
linteolo rariori illigato, ut unà cum reliquis
coquantur immittito: ubi refrixerint, exco-
latum uinum tãtisper dum purum clarúm-
que euaserit defæcato, atque in usum re-
condito.

Ista longius à nobis dicta sunt, sed non penitus abs re credo.

Vinum Absinthites.

Multiplicem atque adeò quotidianum, non modò ad uo-
luptatem,

atem, ad honorem, ad luxum, ad ebrietatem, iam olim
e factitiorum uinorum apparatum, atque usum ueteri-
, sed ad conseruandam insuper & restituendā salutē, im-
nis necessarium, cum ex Dioscoride, Galeno, cæterisq́;
ecis, tum ex Columella, Constantino, Plinio, & alijs Lati-
scriptoribus, euidenter demonstrari potest. Qui etsi ali-
t retrò annis, quorundā negligentia obliteratus sit, non
pterea in uniuersum est omittendus, quando haud pœni-
a auxilia, ex eo, absque corporum labefactatione & fa-
io, consequi poßimus: ut meritò quispiam iuuandi proxi-
artem eximiā, in uino, demiretur. Hoc itaque nos cogno-
ntes, quædam eiuscemodi uinorū genera hic recensere uo-
mus, quorum præcipua in prauis affectibus, consuetudo,
niliari culinarioq́;, ut ita dicam, remedio, nobis esse queat.
oinde auspicabor ab Absinthite, fama nūc plerisq́; omni-
s celeberrimo. Id uariè paratur Dioscoridi lib. 5. cap. 34.
uidem isthic sex diuersis modis explicat, quos, ne longior
n, non repeto, sed uolenti loca, & conficiendi doctrinam
tendo. Postremos duos reposuit Actuarius inter medicatos
uores. Aëtius 9. cap. 31. ex uino ueteri, ac seorsim ex recen-
parat, illius amphoræ, sextaria tria mensuralia Absinthij
ponit, maceratq́; diebus integris quindecim: huius uerò
nphoræ, selibrā absinthij addit, permittitq́; donec mustum
ruere desierit. Columella lib. 12. cap. 35. Absinthij Pontici
rā, cum musti sextarijs quatuor, condit, coquitq́; ad quar-
s: quod reliquū est, id frigidū, in musti aminæi (cuius præ-
aratio ex Didymo, apud Constantinum Cæsarē legitur lib.
gricultur æ 8. cap. 21.) urnam addit. Sed hæc absinthij quā-
tas, præsertim si arida fuerit, nimia mihi, pro sextarijs qua-
uor uini, uidetur. Dioscorides eandem herbæ portionē, sex-
rijs Italicis quadraginta octo perfundit, inæquali meher-
de

clè utriusque mensura. Cæsar Constantinus lib. 8. cap. 20. Absinthij Pontici tusi drachmas octo, linteolo non ualde denso illigatas, in amphoram (quæ libras octoginta Romanas continet) uini conijcit. Plinius 14. cap. 16. Absinthij similis librã quadraginta musti sextarijs, ad tertias coquit. Ita multiplices apud antiquos huius conditurae usus fuerũt, quemadmodum etiam ætate nostra. Nam quidam uindemiarũ tempore, Absinthium uulgare nostrum recens, quidam aridum, in determinato pondere, in uas uinarium, siue dolium mundi conijciẽtes, mustũ (quod omnino esse debet album, maturũ bene expressum) affundunt, & ita simul ad solem, feruendo fermentandoq;, per hyemem seponunt. Interea si inde quippiam depromitur, rursus musto implentes, appetente tẽpore uerno, colant. Alij initio mustum lento igne coquunt, cum Absinthio, ad tertias, diligenter despumando, deinde torculari potenter exprimunt, & herbam, in eodem musto, renouant, postea donec deferbuerit, hiatu supernè relicto, sinunt, postremò studiosè occludunt, ne transpiret. Alij herbã sacculo comprehendentes, in feruidum mustũ deponunt, simulq; per fermentationem, Absinthiten conficiunt. Qui sanè modi ut sunt efficacissimi, in omni factitiorum uinorũ genere, ita imprimis retinendi, ac consectandi. Etenim quemuis odorem, colorem, ac saporem, uinum simplex purum facilè attrahit, quia calorem in se continet, quo alliciendi potentiam, naturamq; obtinet. Sunt qui quouis anni statu, siccatæ Absinthij linteolo deligatæ partem, uino defæcato, pro suo quisque arbitrio, madefaciant, aut in eo ipso, occasione, siue necessitate sic ferente, ad horas aliquot, in uase occluso, suspendant, mox in usum uertant. Nonnulli alias herbas, nonnulli aromata admiscent, uelut necessarium arbitrantur, ueteres secuti. Breuiter, tot sunt hodie condiendi eius ri-
tus,

quot reperiantur œnopolia, & hominum ingenia: uix paucos inuenias, quos eadem parandi norma iu= Et notum est alioqui illud Horatianum, libro Epistola= secundo:

res mihi conuiuæ propè dissentire uidentur,
oscentes uario, multum diuersa, palato.

Arnoldus Villanouanus Philosophus ác Medicus suo se= o doctissimus, ad extremum libelli de Vinis, hoc ipsum, co= so elogio, illustrauit. Aëtius quoque Amidenus triplici ptura Absinthati præparationem, ad flatus & stercora cuandũ, ad bilem flauam, atque pituitã seorsum educen= n, nobis scriptam reliquit, libro tertio, cap. 69. & sequen= us. A quo accepit Actuarius, ac Marcellus libro de Me= amentis, cap. 30. ponderibus rebusq; subinde tamẽ muta= . Sed admiratione dignum, in Aëtij confectionibus, nullam ri mentionem Absinthij, quod paucissima quoque dosi in= rmiscuit Marcellus. Imperator noster CAROLVS, eius ominis quintus, quotannis uinum ex Absinthio parari iu= ns, libras duodecim Absinthij, ad Amas binas (cõmodè hac ermanica uoce nunc utor, ad indubitatam intelligentiam) usti apponit. Ego hanc utriusque quantitatẽ accuratè ex= endens, proximè secundum Dioscoridis ritum expreßisse omperio. Etenim Ama comprehendit quartas Colonienses ini, centum & sex, qui libras uulgò medicinales dictas 424. onstituunt: hoc autẽ pondere duplicato, erunt libræ 848. In anc mensuram conijciunt Cæsarei Pharmacopolæ libras uodecim Absinthij siccati, ac fermentari permittũt, absque olatura. Dioscorides singulam libram huius, uini sextarijs talicis (nimirum uncias mensurales uiginti habẽtibus) 48. erfundit, qui amphoram Romanam, aut libras medicinales nciarum duodecim octoginta pendent. His duodecies auctis,

efficiunt

efficiunt similes libras 960. Si uerò sextarius, pro uncijs 12 mensuralibus, more Attico, uel Medico, cōputetur, sic libras septuaginta duas complectuntur: & hoc numero bis sexies repetito, libræ erunt 864. Liquet itaque affines esse conficiendi Absinthitæ formas tam Dioscoridis alterius scripturæ, quàm consuetudinis Cæsareæ. Quas ideo diligentius numeris contuli, ut ad similia exēpla, reliquos artis studiosos, cohortarer, & ad materiam multis iam annis neglectam redintegrandam inuitē. Debent etiam in factitijs uinis, semper uasa ad summum impleri, alioqui uina in acorē corrumpuntur.

Vinum rosarum, Rhodites uocatum.

Etsi in aceto rosarum obiter hoc attigerimus, non tamen inutile erit, aliorum conditura huic loco adiungere, ut doctrina omnis absoluta habeatur. Inter Græcos iuniores, Actuarius de liquoribus medicatis, recipit rosarū siccarum tusarum minam siue libram, linteolo illigatam sextarijs musti octo demergit, post tres menses colata transfundit, ac reponit. Nicolaus Alexandrinus lib. de medicamētis, cap. 1059. heminam rosarū aridarum, in musti sextarios uiginti inijcit, ac similiter colatū uinum recondit. Plinius uerò lib. 14. cap. 16. ex xl. denarijs rosarū, & uiginti sextarijs musti, inæquali fermentationis dierum numero conficit. Myrepsus sect. 38. Titulo propomatis, nume. 51. rosarum exunguium siccatarū libram mediam, uini boni libras septem ac semissem, mellis Attici sesquilibram accipit. Constantinus lib. 8. cap. 2. mellis, anysi, & croci partem, inuicē committit. Ex recentioribus, Villanouanus libram unam rosarum, musti libras septē, aut si uehementius quis uolet, huius duplum assumit, lib. 14. feruereq; sinit ad subsidentiam. In summa, diuersi morbi, & diuersa palata, aliam atque aliam parandi rationem postulant,

ut aliàs monuimus. Non planè dißimiles sunt composi-
Rhodomeli appellatæ, de quibus lib. horum tertio, in
Rosaceo, disseruimus.

Uinum Hyßopites.

oſc. lib. 5. cap. 35. ceu Abſinthiten format, mox cõtinua-
tionis ſerie, quo modo hoc ipſum conſtruxerit luculen-
erit, in hæc uerba: Foliorum hyſſopi tuſorum libra,
phoram muſti coniecta, linteolo raro, cum quibuſdam
is, conuoluuntur, ut degrauatus ponduſculo faſciculus
Vinum poſt xl. dies defæcatũ elutriatur. Sic ille. Eſt au-
æc parandi ratio ſecũda eiuſdem, in Abſinthite. Plinius
frequenter adſcripto, in congios muſti duos, hyſſopi tuſi
us tres immittit. In quo ſanè utriuſque rei pondere, ſi
iuſtam rationem, augendo detrahendoq; ineat, paruam
odum diuerſitatem animaduertet. Columella 12. cap. 35.
icit ad doctrinam Abſinthites. Sunt plerique alij, idem
ore fieri conſueuiſſe teſtificantes. Nec quempiam remo-
r, ſi ex Cilicia hyſſopum non habeamus, quam unicè hic
ant autores, cùm noſtra uulgaris, tota ſpecie, Dioſcori-
icturam repræſentet, quod conſtanter demõſtrat Mat-
lus Comment. in caput huius, apud Dioſcoridem.

Uinum Saluiæ.

oc frequenter initio ſplendidorum conuiuiorum menſis
rtur, in quibus, non tam ualetudinis conſeruatio, quàm
iſtatio eſt, quoniam eius uſus apud nos, nec in tempore,
ordine, nec utili quãtitate proponitur. Certè alia omni-
medicinæ profeſſoribus antiquißimis ratio huius fuit,
d autorum lectione, cuiuis manifeſtißimum eſſe poteſt.
tto nullam neque uini, neque ſaluiæ, certam dimenſionem
gò haberi, ſed quomodocunque cuiquam in animum inci-
dat,

dat, ita quoque mistionis modus instituitur. Quin & Di
scorides scriptura haud temerè iniquißima uideri que
dum unciam saluiæ, in musti amphoram, siue Ceramiu
Italicum, id est, octoginta medicinales libras apponit. Qu
etenim efficacia, tam copioso uino, ex tantula saluia, acc
dat? quis odor? quis sapor? tametsi huic herbæ peculiaris
uehemēs insit, in illo redundet. Vnde magis Actuarij docti
næ acquiescendum existimo, saluiæ drachmas septuaginta,
musti amphoram constituentis. Ridiculū haberi debet, qu
scripsit Alexandrinus cap. 1051. (nisi in transcribente, aut
brario, erroris nota sit reijcienda) obolos octo, & urce
musti: quoniam & pondus herbæ, & mensuram uini, in pr
uam ac alienam sententiam torquet. Porrò qui sine ar
artis utilitatem ambiunt, atque ea ipsa destituuntur, fasc
culum saluiæ uino immergentes, aliquandiu macerant. Qu
dam autem supra ignem coquunt, donec omnem uim eius
liquore depositam arbitrentur.

Vinum Chamædrytes.

Dioscoridi lib. 5. ca. 36. sicut Hyssopites, construitur. Qu
modo id fiat paulò superius edocuimus. Plinius congio mus
decem denarios chamædryos addit. Præclarum eius usum,
lienis affectibus, ac uiscerum obstructionibus, sæpe comper
mus. Est enim non iniucundum uinum ijs, qui fastidio obn
xij, alias medicationes, in memoratis morbis, aut non feru
aut aspernantur. Potest insuper expumati mellis cōuenie
portio delicatis palatis misceri, & sufficienti tempore ad s
lem, uel ignem lentum, excoqui.

Vinum cerasorum acidorum.

Dictu mirum, quanta gulæ auiditate, ac quanta simul m
stratium hominum cupiditate, id sub æstiuos calores, & e
petatu

& conficiatur, quo uno fermè sitim compescunt, cor-
uersum immoderatos aëris feruores mutant, salubri-
ac uoluptatem pariter fouentes. Parandi modus talis
asa acida, nigriora, matura, cum baccis auulsis pedi-
usa, sacculo excipiuntur: mox in uinum purũ ac per-
m mittuntur, operculato undique uase, ut tertia siue
sit illorum quantitas, pro uino, atque ita simul con-
tur ad integrum annum. Quidam cinnamomũ cras-
è tusum, ac macerim quoq;, odoris cõciliandi gratia:
n plura aromata indunt. Atq; quoties uinum multũ
nitur, toties denuò aliud simplex affunditur, ut doliũ
n permaneat. Colorem edit iucundißimum, gratißi-
;. Sunt qui integra cerasia, mutatis ponderibus ac mẽ
uino adyciant. Sic cùm diuersis palatis, diuersæ mistu-
ceant, nec magnoperè referat, qua quisq; norma uta-
um cuique arbitrium relinquimus.

Vinum Senæ.

familiare est inuictißimo Cæsari CAROLO, in fru-
ma cœna, idem usurpanti, unde singulis annis, summa
octrina sequenti constituitur: Senæ foliorum ac folli-
um, stipitibus omnibus semotis, libris sedecim, musti
ensis Ama una, & media affunditur, & postquã defer
t, non colatum uinum in usum conuertitur. Sunt autẽ
iuersum libræ medicinales 636. Si igitur ratio exquisita
ur, singulæ libræ Senæ, uini libras 39. uncias decẽ et me-
dmittunt. Hanc ratiunculã ideo tã exactè aßigno, ut si
imilem mistionem facere uolet, in promptu habeat iu-
utriusque rei commensurationem. Consequenter hoc
desinam fictitiorum uinorum genera curiosius inuesti-
, sed ea homini studioso, ut equidem utilia, sic quoque
Hh necessa

ossi[illegible] [illegible] [illegible]

necessaria exploranda relinquã. Constat enim, ad suprà s
ptorum ritum, ac intelligentiam, quàmplurima alia ef
tutißimè posse. Cæterum eorundem confectiones, dotes, c
ræ mirificæ leguntur, apud Dioscoridem lib. 5. Galenum
strum multis locis, Actuarium, inter liquores medicato
lexandrinum ad extremum libri medicamẽtarij sui, M
psum sectione 37. & 38. Titulis propomatũ. Similiter a
Latinos, M. Catonem, Columellam, Palladium, Pliniũ,
stantinum, & Marcellum medicum, plerisque capitibus
que præterea apud recentiores aliquot. Dicam in progr
de Mulso, postea de Melicrato, in quo, sermonis comp
tionisq; similitudine, multa explicabuntur, quæ ad hunc
pum præcipuè spectant.

Mulsum.

Græcis Oenomeli, quasi uinũ mellitum dicitur. Vetu
ma eius faciundi ratio est, quòd ex frequenti eiusdem, a
Homerum, mẽtione, euidentißimũ fit. Mirũ sanè, potio
olim iam percelebrẽ, & quotidianã, addo etiã saluberr
hac ætate, sic exoleuisse, ut uix nomẽ in Officinis nostris
diatur: nã pleriq; longã senectã, mulsi solo intinctu, toler
re, sine alio cibo. Clarũ est Pollionis Romuli exemplũ, q
centesimũ annum excedentem, cùm D. Augustus hospes
garet, quanam ratione uigorem illum animi corporisq
ximè custodisset: respõdisse fertur, intus mulso, foris oleo
ratur ex uetere uino austeroq;, ac melle optimo, utilis
mulsum, quia facillimè cũ melle cõcorporatur, quod in
nunquam euenit, scribente Plinio 22. cap. 24. Conficitur
tem duabus uini metretis (est uerò metretes siue metr
idem mensuræ genus Dioscoridi, Plinio, Hesychio, atq; I
nio, quod apud Romanos Cadus, & Amphora Attica,

libras mensurales centum & octo, ut ad finem horum
mentariorum dicemus, peculiari studio) admista una
ta mellis. Erunt itaq; duæ partes uini, & una mellis.
i, quò celerius præberi poßit, mel cum uino coquunt,
transfundunt: alij utilitatis gratia, ad sextarios sex
feruentis, unum mellis adijciunt, ac ubi ferbuerit, uase
dunt, dulce autẽ permanet, autore Dioscoride li.5.ca.
erum & illud cognoscere oportet, in absoluta utrius=
ommistione, mellis nempe & uini, neutrum simpliciter
consistere, aut synceram qualitatem retinere, sed duo=
mul iunctis arteq; coctis, mulsi naturam suscipere, gu=
& opere, talẽ temperaturã perficere. Inuenio etiam=
apud Actuarium Oenomeli, quod constat uini sexta=
uinque, mellis uno, mastiches linteolo deligatæ quadrã=
ec mulso diebus septem macerantur. Myrepsus sect.37.
ro 31. uini ueteris odorati libras duas, & quartam par
cripsit, mellis expumati lib.iiij. ac semissem: inditq; be=
æ drachmam, folij duas. Nec quicquam amplius apud
os de mulso. Constantinus Cæsar lib. Agriculturæ 8.ca.
ellis calfacti sextario, uini mulsi sextarios iiij. apponit,
de in probè picata uasa condit, & costi tusi linteolo li=
scrupulos xij. in ijs suspendit, additoq; operculo repo=
Quidam, inquit, folij malabathri scrupulos xij. quidam
hæ scrup. sex, castæ scrup. xij. costi scrup. totidẽ, nardi
.iiij. piperis scru. iiij. mellis Attici sextar. sex, uini sex=
xiiij. cõmiscent, insolãtes sub caniculæ ortũ, dies qua=
inta. Quod autem continenter subscribit, nimis melli=
est, quoniam sextarijs decem mellis, unum sextarium
affundit. Palladius in Octobri, Titulo 17. quintam par=
mellis, uino addit, opereq; diuturno parat. Huic equi=
affine censetur uinum melitites, ut quod Dioscoridi

eodem libr. cap. 6. ex musti austeri quinque congijs, m uno, ac salis cyatho constituatur: cui adstipulantur A rius de medicatis liquoribus, & Plin. lib. 14. cap. 9. Ex r so insuper recenset Catarthica diuersis humoribus pu dis utilia Aëtius lib. 3. cap. 62. & sequentib. Similiter A rius loco suprà aßignato. Serapion uinum omisit, in c locum substituit saccharum, & acetum, Tractatu 7. A dotorum, cap. 23. Titulo Secaniabin soluens choleram, gma, & nigram bilem. Auicenna lib. 5. Tract. 6. inter S pos acetosos numerauit. Ex primo illo genere, omnino licratum Mesues decerni debet, quod interpres eius u uinum mulsum, siue Oenomeli dixisset, moneoq; obseru ubique discrimen mulsi, ac mulsæ, qua quidem uoce, pe liariter aqua mulsa, Græcis omnib. melicraton dicta, si ficatur, quam postea explicabimus. Nunc ad Mesuen r tor, qui in hæc uerba sonat.

Vinum mulsum, siue Oenomeli Mesue.

Recip. Vini antiqui præstantis, lib. x.
Mellis optimi expumati, lib. duas.
Inijce cinnamomi tenuis, drach. v.
Spicæ nardi drachmam unam.
Cardamomi drachmas duas.
Garyophyllorum, zingiberis, ligni aloës, cis, ana unciam mediam.
Croci drachmam unam, & semis.
Hæc crassiusculè tusa, pãno raro colentur, moschi drach. tribus condiantur.
Sic fermè ille.

Vnde diuersitatem Græcorum, Latinorum, Mesues, aliorum Arabũ intelligimus: quãquam illorũ simplex e
a

aromatis, compositio: horũ autem (temperãtia indies
eunte, uitijs increscentibus) ad gulæ magis uolupta-
quàm tuendi corporis salubritatem, uitæq; diuturnita-
usurpari cœpit. Serapion Tract. 7. cap. 23. operationem
con, Auicẽna loco dicto, conditum conueniens, ad fri-
machi, uocarunt, ac duobus modis pingunt. Porrò
factitij innumerabilia penè genera, multis antè se-
eperta fuisse, omnia tamen ad medicinæ usum, & ne-
tem pertinentia Plinius scriptum reliquit. Et ueteres
ccum uina transmittebãt, idq; non solum, ut liquidio-
tigatioraq; redderentur, sed ut peregrinis insuper sa-
us in saccum additis, odore ac sapore præstantiora, si-
icaciora fierent. Atque id est, cur Constantinus Cæsar,
inius, anyso, & amaris nucibus per saccum transfusis
sq; eadem commendarint. Hic subit mentem, quõdam
Græcos conditorum ac propomatum haud dissimilem
præparationem fuisse: nam hæc ex uino fiebant, &
mato melle, ut testis est Aëtius libro 13. capite 125. etsi
epsus aliter hæc ipsa formet, sect. 38. Condita autem ea-
appellabant, quando aromatum species, uelut piper,
amomum, zingiber, nardum, amomum, myrrha, absin-
n, aloë, ac similia, nunc plura, nunc pauciora inderen-
uanquam mel etiã non admisceretur, quod palàm Pau
egineta lib. 7. cap. 15. Constantinus libro 7. cap. 13. ac 36.
epsus sect. 37. numero 42. Palladius in Februario, titulo
Plin. 14. cap. 16. edocent. Proinde Manardus eximijs il
nis, quæ à moscho aromate suauissimo, Moschata nun-
ntur, quædã odorifera inspergẽda censuit, ut odorẽ talẽ
esentarẽt, lib. 8. epist. 2. Ex his omnibus, in cõfesso habe-
quãta olim industria, quanto impendio, quanto labore,
rũ genera quàmplurima, ad prauos hominum affectus,

effinxerit gentilis antiquitas. Quapropter equidem in
nuos uiros nunc summo iure offendi par est, cum quosd
ganeis productos delitiarios, blandula quadam palati p
nicie, genuinum omnem Bacchi liquorem aspernari uide
nisi ignitus sit, exoticis speciebus conditus, & zaccharo
coratus sit, scilicet ut infractis illius uiribus, plus ingera
Vinum à Deo hominibus datum scribit Plato, autor g
uißimus, & diuini cognomine clarus, ceu aduersus senect
tem, remedium generosißimum, quo iuuenescere, & æt
suæ multiplices molestias negligere, senes uidentur. At p
riq; nostrum, tam utili, tam iucundo, tam neceßario, t
celebri summi tonantis dono, animæ dispendio simul ac c
poris morte immatura, inexplebili gulæ cupiditate, ab
tuntur, quasi uerò effundi uina nequeant, nisi per uentr
humanum, siue non aliud uitæ præmium existat, quàm s
ante iustam ætatem, aut plerisq; morborum generibus,
trò puniẽdum dare, aut longo, aut celeri exitio, in magn
calamitatem, multa pudendaq; ebrietate, præcipitare
præpostera quorundam iudicia. Etenim si quis nos ext
mo digito maleuolus attingat, si iniuriam uel minimã q
inferat, querimur, cõmouemur, indignamur, tumultuam
miscemus cœlum terræ: & iucundum, gratum, ferendũ, i
honorificum, uoluptuariũ, salutare existimabitur, nosm
ipsos in uoluntarios furores, aut manifestarias insanias,
clancularias irrisiones conijcere? Verißimè dictum est à P
nio, neq; uitibus corpori utilius aliud, neq; aliud uolupta
bus perniciosius, si modus in potando desit. Nunc, quod t
pe quidem dictu est, naturam prouocare quidam didicer
& artem auxerunt uitiorum irritamenta. Itaq; in aurat
argenteisq; poculis, cupidines, amores, ueneres, stupr
adulteria celantur, & per obscœnitates potitare, mult
iuua

[...] Nec id satis, crystallinis quoq; bibitur, quibus pre[...]
[...]ddit, ipsius materiæ fragilitas. Quin & proceres,
[...]tulanter diuites, temulentiæ luxuriæq; causa, sma[...]
[...], sapphiris, carbunculis, & gemmis id genus alijs,
[...]s uestiunt ornantq;. Sed cùm in tam corruptorum mo
[...]entionem incidimus, haud abs re erit, huc transcri[...]
[...]quæ seuerißimè, ac simplicißimè, in hanc sententiā pro
[...]auit Plin. 14. cap. 22. Iam, inquit, quæ uasa adulterijs
[...]? tanquam per se parum doceat libidines temulentia,
[...]na ex libidine hauriuntur, atq; insuper præmio inui[...]
[...] ebrietas, & si dijs placet, emitur alius, ut uel quantū
[...]it, tantum edat, & pretium uinolentiæ lege accipit.
[...] quantum alea quæsierit, tantum bibit. Tunc auidi
[...]onam oculi licentur, tunc grauidi produntur marito,
[...] animi secreta proferuntur. Alij testamenta sua nuncu[...]
[...], alij mortifera loquuntur, rediturasq; per iugulum uo[...]
[...]on continēt, quàm multis ita interēptis: uulgoq; ueri[...]
[...]am attributa uino est. Interea ut optimè cadat, solem
[...]tem non uidēt, ac minus diu uiuunt. Hinc pallor, & ge
[...]endulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus effundentes
[...]a uasa, & quæ sit pœna præsens, furiales somni, & in[...]
[...]s nocturna, præmiumq; summum ebrietatis, portento[...]
[...]bido, ac iucundum nefas: Postera die, ex ore halitus fœ[...]
[...], ac ferè rerum omnium obliuio, morsq; memoriæ, rape[...]
[...] ita uitam prædicant, cùm priorem diem quotidie per[...]
[...]t, imò uerò & uenientem, etc. Ista nimirum sunt immo[...]
[...]ati Lyæi præconia, istæ sunt eius salutes. I nunc iam, &
[...]smodi deliciarū, ac ingluuiei ducem, periculo summo, de[...]
[...]ore summo, dispendio summo consectare, qui merum co[...]
[...]sum, ardens, & succo sumptuoso transfusum, in fauces,
[...]resq; fundis. Quos autem potatoriæ artis præcepta, &

totam adeò scientiam, uelut in tabula cognoscere lubet mortaliũ nemine, si quid iudico manifestius fideliusq; qu Vincẽtij Obsopœi poëtæ celeberrimi ac facetißimi lib tribus eodem titulo proscriptis, intelligẽt: etenim nisi eo tore firmatã quis rite parauerit artem, ebrius immunda pe iacebit humo. Nos hic sermonem istũ finientes, de Ne re consequenter, ordine sic postulante, differemus. Dios rides lib. 5. cap. 38. Nectariten, ex Helenio herba, compo ad hunc modum:

Radicis siccæ quinq; drachmis linteolo colligatis, cõg sex musti addit, post tres menses effundit. Congius autem bras nouem mensuræ Atticæ habet, hanc si nouies inter ducamus, fiunt libræ liiij. Erit itaq; uini quantitas magn pro drachmis quinq; helenij. Plinius pro eadẽ mẽsura (pe perã tamẽ in exẽplaribus, pro congijs, sextarij legũtur) qu draginta denarios radicis inijcit. 14. cap. 16. Vulgus œnop larũ primò mustũ ebullit ad medias, simul coquendo aliqu portionem radicũ Innulæ siccatæ. Quidã post cocturã mu sti adhuc feruentis, radices apponunt, atque simul fermẽta ri sinũt. Alij in musti mensurã amphoræ Romanæ (intellig quartas plus minus Coloniẽses uiginti) nõ ultra quatuor u cias helenij conijciũt, partim coquentes, partim tribus mẽ sibus, Dioscoridis exemplo, feruere sinentes, antequã diffu dunt, & ualidũ est. Cæterũ aliud genus paßim, in tabern publicis, apud nos instituitur, Nectaris quoque cognomin celebre, quod in honorificis, ac sumptuosis nuptijs, & rega libus cõuiuijs, singulari magnificẽtia, offertur. Id ita appell tum existimo, q, ueluti Deos Nectare, & Ambrosia, alimẽti ab immortalitate dictis, uiuere poëtarum figmẽta memorẽt, sic etiã eximios homines, & dijs æquandos,, simili quadãte nus liquore, nẽpe fragrantißimo ac præstãtißimo, reficiẽdo

putent.

...t. Nam quædam uinorum genera, ex suapte natura, ...,saporeq;, cumprimis commendantur: quædam homi... solertia ingenioq;, nobiliora redduntur. Ex eo numero ...itur Nectaria, quæ propter aromatum mistionẽ, Aro...ta dici merentur. Medicantium, & pharmacantiũ tur ...ippocratica nũcupat, tanquã Hippocrate medicorum ...ipe digna: ciues Colonienses potum Maialem dicunt, ...iam sub Calendas Maias ipsis potißimum usurpatur, ...eniorum uice, hinc inde primi ordinis hominibus mitti ... Quomodo autẽ conficiatur, postea aperiã. Aromatiten ...c.c.37.lib.5. duplici ratione fieri tradidit: posteriorẽ in... Actuarius, sæpe dicto loco. Constantinus item 7.ca.13. ...ici manifestat: postremã lego apud Myrepsum, sect.37. ...42. & diuersam adhuc 38. nume.62. Plinius lib.14. c.16. ...s, ac pondere differt. Verùm istæ, nunc plerisque omni... in usu esse desierunt. Porrò Hippocraticum uariè Offi...rijs, pariter & culinarijs cocis paratur, dum in uini, ...romatum mensura, ac põdere, plurimum dißideãt om... sed qui generosum genus fingere laborãt, in quartas Co...nenses duas uini Rhenensis puri, conijciunt cinnamomi ...i uncias duas (alij quatuor) zingiber. garyophyllorum, ... unciam dimidiã, sacchari albi libram semissem: quidam ...ngæ, nucis moschatæ certam quantitatem addunt. Peri...es hæc omnia, amygdalis aliquot dulcibus terũt, ne odo... gratia expiret uinũ: alij, ut hoc albidius appareat, binas ...ias illarum, pro quartis Coloniensibus duabus, miscent: ... quicquam præstantiæ uino decedit. Nec desunt, qui huic ...itiam conciliẽt schœnu antho. Noui qui in uicẽ amygda...um, lactis tantundem affundãt: sed hoc uini saporem dis...it. Quidam cinnamomi quantitatem uariant, & aroma ...mutant, & crocum, propter colorem, addũt. Integro die

Hipocras.

nostri infundunt, sed Lusitani atque Hispani, mox speci tusas, cum uino traijciunt, per cola lanea oblonga, pyram dis figura, quæ caligæ siue manicæ Hippocraticæ appella tur, donec omnino pellucidum fiat. Sunt insuper quidam, nam quantitatem granorum paradisi admiscentes: at ego minimè probo, quoniam uehementer acre uinum sic redd tur. Sunt qui petijs subrubris, Tornesol uulgò uocatis, candido, rubrum tingant, ut fucum faciant imperitis. H bibant uolentes cuiuscunque misturæ, ego malo purum om nis alienæ qualitatis expers, ut quod salubrius, ac suaui palato corporiq; meo decerno. Arabes, eorumq; sectatore titulo Conditi, ad frigus stomachi: quidam conditi de uin proscripserunt. Dixi hactenus opinor satis, de uinis fact tijs, iuxta quorum faciendi exemplum, plurima id genus a lia commodè, tum ex autorum præceptis, quæ recensuimu tum ex aliorum consuetudine fieri possunt. Atque ide diutius his immorandum esse haudquaquam putaui, se transeundum à uinis ad aquas, & , ut dici solet, Ab quis ad asinos.

Aqua mulsa Mesuæ.

Recip. Mellis laudatissimi, non tamen uete ris, colore pallido, odore iucũdo, sapore m dicè acri, simul & dulci, libram unam.

Aquæ fontanæ dulcis ac perspicuæ, lib. octo

In uase lapideo, uel fictili uitreato, igni lento coquãtu despumenturq;: demum panno denso colentur. Si hæc aqu mox per se bibenda erit, aquosior fiat, & statim à sublat spuma percoletur. nam quæ coctione longa, Iulebi consisten tiam acquirit, diutius quidẽ seruari potest, sed in partes co poris remotas difficulter penetrat, prompteq; ob nimiu dulcoren

rem, in bilem mutatur. Itaque sitim accendit, nisi mul-
fusa aqua dissoluatur, ut penè insipida, aquæ modo, red
r. Variantur autem aquæ huius facultates, pro coctio-
ifferentia, quia parum cocta, inflat, aluum magis mo-
minusq; nutrit: cocta uerò diutius, flatus discutit, nutrit
ntius, minusq; subducit. Sunt qui aromata etiamnum
nt, nempe zingiber, crocum, cinnamomum, macim,
imilia. Quidam Galliam moschatam uocatam, &
um aloës. Fit præterea ex una parte mellis, atque octo
ibus aquæ fontanæ, ferm̃eti, (aliàs fœnugræci) in his dis
ti uncijs tribus, & propriè ad centum aquæ mellitæ li-
(Syluius scripsit in singulas libras.) Quæ denique om-
cado ligneo, musti ratione, concluduntur efferuescenda,
tamen ad summum pleno, sed relicto spacio trium digi-
um uacuo. Postquam feruere desierit, uase obturato, ue-
uinum bibitur, post mensem tertium. Admisceri aroma-
possunt, linteolo inclusa, & in doliũ iniecta. Hactenus Me
s, deinceps aliorum dictionem audiamus. Vbi primò mo-
dum, Mulsam Græcis, ab Homeri ætate, ad nostra usque
pora, Melicraton dici, & est mel aquæ mistum, unde A-
mellis, & Mellita appellatur. Hippocrates uires eius dĩ
enter, atque euidenter ostẽdit lib. 3. de Victus ratione acu
rum. sed parandi normam ut uulgatißimam suppreßit.
tamen coctam mulsam aspectu quidem multò meliorem
e cruda pronunciauit. Etenim splendida, tenuis, alba, ac
llucida fit, sed qua uirtute, illa hac præcellat, habere se
gat, quia iniucũdior non est, quàm cruda, si mel bonũ esse
tigerit: imbecillior tamẽ, & minus stercoris educẽs, quo-
m neutro, ut castigetur, mulsa opus habet. Proximè uten-
um tali cocta, si mel uitiosum, impurum, nigrũ, & mali o-
ris fuerit. Coctura siquidem plurimam partem prauita-
tis

tis ipsius detrahere potest. Quibus uerò dãda sit, & quib non, quam ob causam, ac quando, studiosissimè explica Galenus Commẽtarijs suis in eundem librum Hippocrat atque amplius Methodi octauo, decimo, undecimo: Alim torum tertio, cap. de Melle. & alibi. Similiter Oribasius bro tertio, de Cõfectione ciborum. Paulus primo, capite Aëtius lib. primo, litera M. Cæterùm duplicem iam inde initio conficiendæ huius formam fuisse, & ex Hippocrat alijsq; medicæ artis autoribus, & ex Dioscoride lib. quint cap. 8. perspicuum est, quantũuis pondere, ætate, aquaru diuersitate, insolatione, plurimum differant. Nam Dioscor des fieri ait, duabus pluuiæ aquæ ueteris, ad unã mellis pa tem additis insolatisq;. Alij fontanam aquam adijciunt, a tertias partes decoquunt, & ita recondunt. Oribasius uer aquæ partes octo, mellis unam accipiens, ad lentum ignem donec spumare desinat, coquit. Ad eundem modum, Paulus locis suprà assignatis. Actuarius Dioscoridem omnino ex pressit. Inter Romanos scriptores, celeberrimus Columell libro ac ca. 12. ueteris aquæ cœlestis prorsus defæcatæ sexta rio, mellis libram miscere quosdam memoriæ prodidit: & i gustu austeriori, mellis dodrantem, siue uncias nouem, a per caniculæ ortum, soli quadraginta diebus exponere. Qu recentem pluuiam aquam sumebant, eam ad quartam par tem decoquentes, ubi refrixisset, in dulciori mulsa, duobu aquæ sextarijs, unum mellis affundebant. In austeriori, uno sextario aquæ, dodrantem mellis, insolantes, ut suprà. Hæc scriptura utrobique mediam quantitatem mellis recipit, ad portionẽ aquæ, atque eodem modo conuenit cum priori doctrina Dioscoridis: at principio quando mellis libram, ad sextariũ ueteris aquæ, scribit, sesquialtera proportio est huius, ad mel. Quin & hoc commonefaciendum, Dioscoridis hydro-

mel(de quo paulò inferius) in hac mulsa, à Columella
prehendi, ut disquirentem utranque dictionem latêre
it. Palladius in Iulio, titulo 7. sextarijs aquæ tribus, u-
non despumati mellis addit. Constantinus Cæsar libro
culturæ 8. cap. 27. & aquæ, & mellis mensuram certam
cuit. Tempore autem præstantiorē effici dixit. Plinius
in crudam, aut coctam, sed in subitam uel recentem, &
teratam discreuit lib. 22. cap. 24. quo loco hanc postre-
non aliam intelligendam arbitror, quàm à Dioscori-
hydromeli propriè uocatum. nam hoc ipsum paratum
nditur, & uino adynamo, aut loræ, in uiribus recrean-
respondet, ac similem uim adipiscitur, eodem autore. Pli
uinum fieri ex aqua & melle tantum, cùm tamen nihil
admistū habeat, eiusq; saporē uetustate assequi, testatus
ib. 14. ca. 17. unde liquet hydromeli, à mulsa, potißimùm
te differre: & quod Diosc. in diuturnitatē, siue conditu-
, asseruari dixit, Plinius inueteratam mulsam, & Hy-
meli uocauit. Docetur præterea alterius generis cōposi-
hydromelitis, quæ à melle, elutis aqua fauis, confici ser-
iq; soleat, aliqui tamen hanc coquunt. Huius meminit
umella 12. capit. 11. Explicauimus nunc Græcorum &
tinorum, aquæ mulsæ, & hydromelitis confectiones, su-
est paucis ex Arabibus, si quæ desiderentur, adiungere.
aza ad Almansorem 9. cap. 71. mellis puri libræ, aquæ po
bilis sex libras admiscet, ac tantisper coquit, donec Iule-
crasitiem suscipiat, spumam auferendo: quo peracto, ad
gulas libras hydromelitis, piperis triti linteolo ligati dra-
mas duas inijcit, quousq; adamußim decoctum sit. Sera-
on maluit, quemadmodum ex eo reposuit Mesue primo lo
, deinde ex Dioscoride componendi ritum, pòst ex Gale-
, facultates recensere Tract. 7. cap. 23. Auicenna in mel-
le

le & aqua, Dioscoridi subscribit, sed uehementiorem red aromatis quibusdam lib. 5. Tract. 6. In summa, infinitis pe modis aptari potest, pro diuersis medicandi indicationib nunc meracior & ualentior, nunc dilutior & imbecilli nunc cocta, nunc cruda, nunc dulcis, acris, aut auster quoniã ad hos scopos, alere, aluum subducere, uomitum in tare, urinas ciere, sitim extinguere, pulmonem lenire, tuss mitigare, sputum mediocriter educere, ritè parata mulsa test. Curtius in paralysi ac membris relaxatis, faciebat pluuiali, quæ stypticitatis aliquid habet. In febribus, ex fon tana. In his, partes mellis uiginti, pro una aquæ, subst tuebat: in illis, huius octo, pro una mellis, diligentißimè c quendo. Omne autem ius, apud peritos exercitatosq; Med cos esse uolumus.

Aqua Hordei.

Ptisanæ Græcis dictæ usus, antiquißimis artis professor bus, ualidißimus saluberrimusq; fuit, unde laudibus eiusde uolumen unum dicauit Hippocrates clarißimus medicin sciẽtiæ scriptor, in quo abundè omnem illius facultatem do cet, nihil prætermittendo, & quibus dare conueniat, quib nõ, qua ratione, quo tempore, quo ordine, quibus affectibu præterea ex quo hordeo, qua coctura confici oporteat: bre uiter, totam adeò historiam, à capite ad calcem, ut dici so let, explicat. Quam equidem dictionem uniuersam, Galenu doctißimis Commentarijs illustrauit lib. primo, de ration uictus acutorum. ac peculiari libro, de Ptisana inscripto absoluit. Eam scripturam legãt relegantq;, quibus proxim uita, in cognoscendis ptisanæ uiribus, pio pectore, concre dita est. Nos ne longiores simus, tantùm hoc loco hordei, & aquæ delectum, pro illa parãda, & in eadem, utriusque mẽ

suran

n,coquendiq; modum,ex celeberrimis quibusque scriptoribus, singulari fide,aßignabimus:unde doctiores Medi= mpēdio quopiam nostri laboris,instructi, Seplasiarum os,quomodocunq; id tamen fiat, & erroneos homines ere,hortari,corripere, castigareq; queant, ac corru= n,ne dicam,perniciosum parandæ ptisanæ ritum,in in= um reducant,quò laudatißimum olim remedium, sine de doloq; malo,in plerisque morbis saluberrimum nunc pemus.Et quantumuis uulgarem conficiendi rationem ap.7.Plinius dixit,nostro tamē æuo,atque ab hinc secu= liquot,uix ad germanam priscorum doctrinam, à pau= mis confectum arbitror.Neque noua uideri hæc contro sia,aut dissensio debet,ut quæ ante Hippocratis tempo= de frumentaceis edulijs,tritico uidelicet,chondro siue ha zea(quibus tunc annumerabant lentē,fabam, lupinū, erculā,panicum,milium, pisum, fœnugræcum,bromum, auenā,tiphā,cicera,& quæcūque alia cerealia semina) ßim inualuerat.Atqui horum omnium,magnam semper sse,& colore,& magnitudine,& specie,& proprietate, facultate,inter se,differentiā,nemo mediocriter eruditus bigit,ut quod ex Dioscoridis lib.2. Theophrasti octauo, Galeni primo Alimentorum (mitto iam alios rei rusti= scriptores)promptißimum est cognoscere. Vnde etiam ppocrates,maximus naturæ æstimator,multiplicem fru= entorum frugumq; uarietatem,omnemq; de ijsdem am= guitatem intelligens,ptisanā hordeaceam, aut cremorem us,omnibus alijs seminum generibus,in morbis acutis mul plici bonitate prætulit.Est autem cremor,è farina hordei, ue ipso hordeo, & aqua,succus ad unguem coctus, in quo ullum sit superfluum condimentum: uel est ptisina, post ecoctionem colata, quæ uelut sorbitio quædam, corporis nutriendi

nutriendi roborandiq; gratia (ut imprimis Galenus quar sanitatis tuendæ libro ostendit) antiquitus assumebatu Huius nunc usus, in uniuersa penè Germania, uulgaris in luit. Nam hordeum mundum, quod hodie satum ita sua natura prouenit, integrum, aqua purißima tamdiu len Vulcano paßim coquitur, donec omnino flaccidum fiat: q sanè tempore, bouillæ recentis carnis, aut gallinæ, siue ei dem facultatis animalis iusculo, & saporis, & odoris gr tia, perfunditur, ac denuò in unam substantiam cochle cogitur. Quidam butyri portionem quampiam quotidia edulio admiscent. Nec dubium mihi est, quin ex omnibus f gum generibus, consimiles apparatus fieri queant, uelut Dioscoride, itemq; Galeno, & alijs scriptoribus colligere cet. Germanorum plebs, ex milio, (Germ. Hirsen. *Ga* millet. *Ital.* Miglio.) *Panico,* (Fuchsſchwant Fench. *Gall.* Panic. *Ital.* Panico, & Panizzo. *olyra siue farragine* (Rocken. *Gall.* Seigle. *Ital.* S gala) *bromo* (Habern, *Gal.* Auoyne. *Ital.* la Ven *oryza* (Reiss. *Gall.* Du ris. *Ital.* Riso.) *craßiori fa na hordei, & fabarum polline, nunc cum aqua, nunc cu lacte, pultes quotidiano opere conficit. Sed ad Ptisanam r deo. Ea propriè ex hordeo decorticato, & aqua, per coct ram quandam certam, olim fiebat absolutißimè, quemadm dum nunc plerisque locis deprauatißimè, quod consequēt monstrare incipiam. Hippocrates citato loco hanc diu op meq;, ex optimo hordeo fieri, ac coqui uoluit. Id Galen quam albißimum, plenum, nihilq; rugosum in se habens, in tegrum, non admodum recens, nec plus æquo uetustum, qu inutile & amarum fit, autore Constantino lib. 2. c. 28. omn adscititiæ qualitatis expers, inter elixandū celeriter intum scens asseruit. Vitandū igitur omnino erit rarum, rugosum*

consi

actum,laxum,molle,nimis humidum,inueterascens, te=
oris, iniucundum,coctura non assurgens.Proinde qui=
sine discrimine hordeum accipiunt,uitiosam detrimen=
q; ptisanam parare est necesse, ut maximè aquæ pro=
atem, & exquisitum coquendi ritum prætermittam.
adeò clarißimi aliquot medici, haud iniuria, eius confi=
æ imposturam accusant,& coquorum imperitiam con=
untur. Vtrunq; tamen ex suprascriptis corrigi potest,
etiam mox latius docebimus. Statũ hordei pondus, sta=
aquæ mensuram nusquam in coquẽda ptisana,neq; Hip
ates,neq; Galenus diffiniuerunt:ea ipsa,pro morborum
sitate, & ægrorum consuetudine, medicis inuestiganda
quentes,attamen Oribasius lib.3.de Conficiendis cibis,
inam hordei (ego intelligo librã, siue uncias duodecim,
secundum medicorum usum,ut aliàs dicemus) nouem mi
quæ affundit,coquitq;,ad illius crepaturam. Hanc ue=
quam hordei appellare uidetur, sicut quam paulò antè
nsuit ptisanam,cremorem seu succum eius:ubi mel,acetũ,
n,oleum,porrum,anethum,lenticulam,satureiam,& pu
um,inter coquendum adijcit. Atq; eam ipsam, aut omni=
imilem misturam Galeno in more fuisse existimo,dum si=
a simplicia octauo Methodi,in Alicæ præparatione,ad=
eat.Etenim pares,aut ualde affines coquendi modos, Ali
ac ptisanæ fuiße, constat ex eodem, libro Alimentorum
mo,& Paulo lib.1.cap.78. quo equidem loco, ptisanam,
ordei una parte,& aquæ quindecim,componit. Constan
us Cæsar.3.cap.nono ex aquæ decupla : Trallianus libro
uo, cap. sexto, aliter absque ponderum determinatione
eparat cum melle. Exposui hactenus hordei delectum, &
ptisana siue aqua hordeacea, Græcorum sententias, in
ogressu dictionis, qualis aqua huic maximè utilis sit, ex

Galeno, atque alijs rerum naturalium sapientißimis p scrutatoribus, adiungam. Ea *itaque nec olfactu, nec gu ullam extraneam qualitatẽ præ se ferre debet.* Igitur *inn raliter dulcis, salsa, acida, acris, amara, grauiter olens, crementosa, putris, cruda, dura, grauis, uituperanda erit: prorsus simplex deligenda, quæ suauis, pellucida, pura, nuis, minimè limosa, & nullius qualitatis particeps, cẽset siquidem eiusmodi tenuium est partiũ, concoctu distribut facilis, & à naturali calore, promptè alterabilis, nõ gra uentrem, aut præcordia non inflans.* Talis *etiam calido a admota, protinus calesit: & remota, ocyßimè frigescit, quæ suscipit simplicia, celeriter coctionem assequũtur, a hanc leuißimam, utpote optimam, pronunciauit* Hippoc*tes lib. quinto* Aphorismorum *26.* Galenus *primo simplic cap. 17. & sanitatis tuendæ lib. primo.* Item Oribasius *lib* Euporiston, *cap. 23.* Amplius *de* Confectione *ciborum ultim* Paulus *primo cap. 50.* Hinc *siquidẽ uerißimè scripsit* Pl *lib. 31. cap. tertio, in hæc uerba:* Certior *subtilitas, inter p res aquas, meliorem esse, quæ calefiat, refrigeretúrq; cel rius.* In *summa, eiuscemodi dotibus esse solet, cuius fontes orientem solem erumpunt, aut inter æstiuos solis exortus, occasus emergunt: quæq; aqua, super lapides, uel arenã, purißimam terram profluit: quæq; hyeme calida, & æsta frigida manat, ut scriptum reliquit* Hipp. *lib. de* Aëre, *aqu & locis: & in uniuersum omnes, qui ingenio arteq; natu claruerũt.* Iã *ecquis dubitare potest, quin eiuscemodi aqu pro coquenda ptisana, expetenda ueniat?* Porrò *quibus r gionibus talis non suppetit, in uicem eius, pluuialis cõuen enti tempore, scilicet æstate media silenti cœlo, aut cum t nitruis (tonitruosa propriè dicta) decidẽs, ut præstantißim est substituenda.* Quæ *autem cum nimbis, siue uentorum p*

cell

dũ subitò delabitur, in medicinæ usu reprobatur, ab
Hippocrate sexto Epidemiorum, & Galeno. Nec admit-
tenda erit, in cisternis collecta, nec grandinosa, nec ni-
ualis, nec glacie concreta, nec palustris, nec lacustris,
nec ulla peregrina qualitate infecta, cuius generis nume-
rantur, sulphurea, æruginosa, aluminosa, nitrosa, bitumi-
nosa, ferruginosa, cuprea, aurea, argentea, plumbea, &
si quæ est similis. Putealis autem non ubique, ac semper,
improbata habetur, sed tantò minus fuerit damnanda, quan-
tò frequentius exhauriatur puteus, uel si aqua, ex subter-
raneo fonte, in eum scaturiat. Aqua item uitiosa, uitium
decocturam deponit: unde in Italia, passim aquam prius
feruefaciunt, ad quartam horæ partem, quàm in consuetudi-
nem uertant. Plinius aquæ uitiatæ remedium esse scribit, si
ad dimidias partes decoquatur. Idem in plerisque apud nos
locis, fieri est operæpretium, quando bona aqua destitui-
mur. Quin & Constantinus Cæsar libro Agriculturæ secun-
do, cap. sexto, pluuiam in dolio infundi, ac sub diuum donec
putruerit exponi, leniterq; in alia uasa diffundi, ad fæcum o-
mnium residentiam, autor est. Ista breuiter, propter ma-
gnos abusus, atque intolerabilem quorundam imperi-
tiam, de aquarum delectu, apponere ac monere uolui. Quæ
uero per expedire ad hanc cognitionem uidebuntur, indu-
strij homines, ex ipsis fontibus petent: imperitioribus, atta-
men diligentibus, hæc commemoratio, commentarij uice
esse potest. Ad hordeum denuò, sermonem intermissum con-
uerto, cuius corticem siue membranam tenuem, nostra æta-
te non est opus cura aliqua adimere, cùm syncerè pu-
rum, ac glabrum ubique habeatur: nisi ex eo, detersoriam
magè aquam quis efficere uolet: tunc siquidem satius fuerit,
ipsum simul cum membrana coquere. Fit autem elixatio,

sequenti modo: Hordeum diu supra mollem ignem bull
quousq; abunde in succum uertatur, & coquendo sese at
lat: nam aliàs in uentre tumescit, ac flatuosum perma
Probatißimorum uerò Medicorum iudicio receptum, c
probatumq́; est, ut partes aquæ decē uel duodecim, pro
hordei sint. Reuera si hac industria præparetur, & tem
stiuo usu propinetur, eximia commoditate salubritateq́;
morbis acutis usurpabitur, iuxta Hippocratis & Galen
ctrinam. Princeps Mauritanorum medicorum Auicenna
latam ptisanam, & non colatam: itemq́; ex hordeo mund
ac non mundato aßignauit lib. quarto, Fen prima, Tra
cap. nono, quantumuis aquam hordei scribendo, sæpe cre
rem siue succū eius intelligat, parū curiosus de uera utri
dictionis proprietate. Idem facit Serapiō, & eiusdem fam
omnes, quos gregatim ante ætatem nostram, exercentes
dicinam, secuti sunt. Constituit autem uicuplam aquæ, hor
partem, reducendo coctura ad quintam. Mesue studiosißi
compositionem, & hordei delectum ostendens, dum pe
ris ac pulmonis affectus curationesq́; tradit, primo lo
partes aquæ fontanæ uiginti, uni mundati hordei appo
coquendo ad medias, aut tertias, colando. Secundo au
decorticatum etiam & calida frequenter lotum, semel o
partibus aquæ ebullit: mox hac reiecta, alterius calidæ
ginti portionibus, faciliter ad decem uel septem ebullie
reducit, postea colat. Si quis diutius affundendo, paula
calidam coquat, cibum ac potum efficiet. Atque id nimir
de ptisana, testatum reliquerunt, & Hippocrates & Ga
nus, qui insuper alimentum, & medicamentum esse di
runt. Memini etiamnum præsenti memoria olim M
thæum Curtium, præceptorem meum, summa ueneratio
nominandum dicere solitum, si qua indicauimus diligent
hord

...acea aqua instituatur, omnes eas uires iure obtinere,
...lli ab autoribus priscis attributæ sunt: sed ad cocturæ
...finem, cochlear usitatum unum aut alterum aceti, aut
...pauxillum, aut celerius anethi, uel porri, ex ratione, in-
...m quantitatem, pro diuersis medendi scopis, adden-
...esse suadebat. Cæterùm quod Arabibus, Sauich ordei
...llatur, est Græcorum Alphiton, & Latinorum polen-
...t ex farina hordei recentis torrefacti. Fit præterea ex
...eo potus, cui Zytho, & Curmi nomen. Ille urinam cit,
... neruosq; tentat, membranis præsertim cerebrum ue-
...tibus officit, inflationem parit, uitiosum succum creat,
...pantiasin gignit: hic alter, similes noxas adfert: atq; eo
... pro uino utuntur homines. Et consimilia potionum ge-
..., ex tritico fieri solent, in Iberia occidẽtem spectante, &
...annia. Ista Dioscorides lib. 2. cap. 79. ac sequenti. Plinius
...22. cap. 25. ad finem, Zythum in Aegypto potum fuisse
...it, Celiam & Ceream in Hispania, ceruisiam, ac plura
...era, in Gallia, alijsq; prouincijs. Diodorus Siculus li. An-
...orum gestorum quinto, cap. primo, eius parandæ ritum
...nysio siue Baccho (quem nõnulli Græcorũ poëtæ Osiri-
... confingunt) attribuit. Et rursus primo cap. de Aegypti
...Nili descrip. Citon, lib. sexto Zuthum appellans, uini sa-
...em referre, autor est. Nam & Suidas, uinum ex hordeo
...i, & Plinius Aegyptum, ex fruge, potus ebriosos excogi-
...e, decernunt. Si uero eiuscemodi potiones bene expendi-
...s, haud dubiè eæ erunt, quæ ubiq; in uniuersa Germania,
...æsertim maritima, & ubi uini magna est inopia, aut cari-
... similiter in Britannia, & plerisq; Galliæ oris, ex hordeo
...ue tritico prius aliquandiu maceratis, deinde paululum
...refactis, mox coctis, constituuntur, quibus fiorum ex lu-
...lis portio macerata miscetur conseruandi, oblectandiq;

 gratia,

gratia, Ceruisiam Latini, nostrates uulgò Bier. Gall. l
la ceruoise, ou de la biere dicunt. Variè autem c
colore, tum sapore eiusmodi genera conficiuntur, atque p
locis uarijs, uarias appellationes, & alterationes sorti
tur, ac non aliter, quàm uinum abundanter potitantes i
briant. Vnde planè exclamasse Plinium credo, lib. 14. cap.
Heu mira uitiorum solertia, inuentum est quemadmod
aqua quoq; inebriaret. Sic ille. Antiquus ualde Germa
hordeaceus ille potus est, ut qui, Cornelio Tacito, lib. de Ge
manorum moribus, testificante, in quandam similitudin
uini corrumpi solitus sit: proximi tamen ripæ, uinum me
cabantur. Auicenna Zythum, cap. 279. Fucam uocauit.
nunc tandem ad aquas destillatas peruenio.

Aquæ destillatæ.

Quamuis apud hoc seculum, multa præclara ingenia, m
ro eruditionis prouentu, plerisque locis exoriantur, & m
gnis doctrinæ dotibus uigeant, quoduis argumenti ge
uberrimè tradentia, felicißimeq; absoluētia, attamen qui f
ctum sit nescio, nondum unus integrè de liquoribus ui cal
ris exhalantibus, ac per destillatoria uascula, mirifico op
re, elicitis, diffiniuit. Nam quidam probant horum usum
quidam improbant, probabilibus utrinque rationibus. V
igitur controuersiam, & ancipitem hanc litem concilien
necesse mihi fore sum arbitratus, totam rem penitus intro
spicere, & quid in utranque partem maximè dicatur, recen
sere. Imprimis haberi in confesso debet, non usque adeò ue
tus inuentum hoc esse, quādo ne Græcorum priscorum ullus
imò ne Arabes quidem, ad eum modum, quo nostra ætas, fa
cere consueuerit. Et quantumuis Acutorum quarto Hippo
crates, aquam à Mespilis, myrti baccis, malis, sorbis, palmu
lis,

[...]rium œnanthe, memorauerit, itidem posterior ætas ci[...] [...]u,caulium,pomorum, pyrorum, ac similium aquarum [...]nerit,haudquaquam ideo nostratium destillationũ mo[...]dicare,sed prorsus de succis,aut cocturis talium fruticũ [...]uctuum,utpote opere præstantiore,ac medicinæ utilio[...]onstrare uoluerunt. Laudant autem studiosè quidam, [...]etum antehac,ex plantis educendarum,per ignem,cum [...]beis,aut æreis campanulis,aquarum ritum,ut qui pa[...]facilis ac promptus sit, paruoq; impendio fieri queat: [...]uòd celerius, ob substantiam tenuem, eiuscemodi succi [...]i in corpora nostra distribuantur,quàm quæuis alia me[...]menta:præterea quòd eandem uim ijsdem, ab herbis qui[...]ibet sic extractis, inesse existimẽt, quæ ipsis simplicibus. [...]erùm ut priores sententias, sine controuersia illis dona[...]a ultimam,non nisi pudendo errore,possumus.nam au[...] & ignaua inscitia est,talem facultatem aquis,ab herbis [...]canales plumbeos & æreos,ignis calore eductis, tribue[...]ualem ipsas plantas edere comperimus,cùm neq; harum [...]rem,neq; saporem repræsentent,sed uerius præter fuligi[...],nidorem,ac alienæ substantiæ mistionem quandam,nihil [...]ent,aut resipiant,ut hic omnino ministrorũ (quibus po[...] destillandi cura paßim demandatur) incuriam simul & [...]eritiam omittam,dum nullum in struendo igne, siue mo[...], siue artem norunt: nec in quali solo, herbæ in hunc [...]m usurpandæ colligantur, expendant. Quare præstan[...] sententia censeri debet,quæ ut insipidos, exoletos, eua[...]atos, & prorsus omni utilitate destitutos eiusmodi li[...]ores decernit. His adde,frequenter subhumidas,atque rore [...]s plantas,ne dicam limo,luto,sabulo,& sorde frequenter [...]iatas,sine discrimine accipi. Quapropter necessum est,ge[...]nam etiam qualitatẽ uariari, præsertim si paulò diutius

Arabũ inũr, [...]

seruentur. Auget hanc omnino necessitatem, plumbeor uasculorum usus, ac inueterata plerisq; cōsuetudo, quæ qu sit noxia, imò damnosa, & exitiosa, Galenus lib. per Lo septimo, cap. secundo affirmat, quando aquam plumbeis t bis siue canalibus deriuatam, dysenteriam generare scrib Idem testificatur Aëtius libr. nono, cap. 45. pluuiam, ex d mibus plumbo intectis, delapsam uituperans: Quoniam t lis, inquit, potata etiam sanis dysenteriam propinat. Diosc rides insuper ad finem proœmij sexti libri, inter malefica uim habentia, plumbum numerat. Et ne plures recenseat Paulus loturam plumbi potam, argenti spumæ pericula i ferre scriptum reliquit lib. 5. cap. 63. Ego sæpissimè, ut aut ritates prætermittam, Cerussam (hanc uerò ex plumbo fie est indubitatum) in superficie interna, plumbei capitelli, al stersi: quæ si relinquatur, aquas ipsas, magna ex parte lacte & plumbi quadantenus colore inficit. Hæc cùm esse uer constet, quis igitur nunc in plumbeis cāpanis destillatas a quas amplius usurpare uolet? nisi planè medicus temerariu aut homo salutis suæ contemptor audax, cùm equidem exi tialem facultatem illæ sortiantur. Proinde rectissimè factu arbitror, ab ijs hominibus, qui utiliori, ac necessario ne gocio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis fama quærentes, aliam extrahendarum aquarum rationem inue nerunt, quæ nunc peculiariter, & est Deo gratia, Officin nostris innotuit, haud mediocri mortalium commodo. Na uetus illa consuetudo plumbatorum atq; æreorū instrumen torum exoleuit, apud eos Pharmacopolas, quorum fide no in medicationibus utimur: ij autem sunt, in Republica no stra, Dominicus Mindensis, Ambrosius clericus Leodien sis, Theodorus Kalbandius Nouesianus, & Ioannes Galenu docti imprimis, diligentes, ac solertes uiri. Inueniuntu

uerò

multiplices destillationum formæ, pro quibus, uasa &
ces differunt, sed nos hic tantum breuiter duplicē osten-
s, nempe quæ in uase duplo (Balneo Mariæ dicto) per
entem aquam: & quæ in tenuibus arenis calidis, fieri
re potest. Reliquam omnem doctrinam, curiosis homi-
, atque chymicis committimus. Prior itaque forma est
modi: instruitur fornax, pro ea magnitudine siue figu-
commodè uas æneum grande atque amplum superpo-
eat. Hoc ipsum aqua bona impletur eatenus, quatenus
destillatoria corpora recipiat, quæ subinde quatuor, sex,
, octo, plura, aut pauciora, orbiculari ambitu, circum-
untur. Consistunt hæc integra, ex materia solida, pura,
cocta (nostri homines terrā Zibergensem uocant) fun-
tiore cōcauo, & in angustum pyramidali figura assur-
ia, ore tam lato, ut plantæ concisæ liberè iniici poßint,
tamen, supra dimidium uasculorum, non ingeruntur.
x capitella singula, siue ex terra, siue ex uitro facta fue-
) (quibusdam destillatoribus, galeæ, & alembicæ dictæ)
gulis corporum illorum osculis diligenter aptantur, fir-
urq́;, ut exhalare uaporis nulla portio queat. Hæc inquā
itella quò ampliora largioraq́; sunt, eò præstantiores
ores fundere creduntur. Continenter etiā receptorium,
itelli naso siue rostro subiungitur, glutinaturq́;, in quod
or sensim ui caloris eliquatus stillat. Circa unum-
odq; insuper corporis collum, annulus ferreus, aut plum-
s circundatur, ut nusquam uasculum siue corpus uacillet.
c ignis, ex carbonibus uiuis, uel lignis aridis, succēditur,
magnitudine ac figura fornacis, uasorum, & rerū simul
tillandarum. Variari enim debet, non solum secundū ma-
& minus, sed etiam secundum qualitatem carbonum, ac
orum. Vitandi in totum cespites, & siccata bubula ster-

cora, & lapidei carbones, quos Bitumen fossile terrenũ, pr
mo horum libro ostendimus. Ac planè si fieri ullo studio po
sit, ignis non semper eandem habeat uehementiam, sed circ
finem, remissionem quandam: nam aliàs facilè omnis desti
latio corrumpitur, nidorem aut malam qualitatẽ suscipien
Si capitella terrea linteo aqua frigida merso tegantur, la
giorem aquam continuò profundent. Amplius, quoties aqu
in lebete, siue uase æneo, bullitione minuitur, mox alia calfa
cta affunditur, ne copia eius desideretur, neue destillandi cõ
cinna sedulitas impediatur. Et hæc una est medicarum desti
lationum, quæ tametsi mox dicẽda infirmior, minusq; dura
tura putetur, attamen mitior, integrior, & prorsus talis de
cernẽda erit, ut bene ad prædictum modum instituta, annu
integrum integrè subsistat, & odorem, & saporẽ herbarum
plene expiret, præcipuè si ipsæ natura calidiores, siccio
resq; fuerint. Venio nunc ad alteram stillatitiorum liquo
rum doctrinam, quæ sabulo calido, interdum puluere sco
riæ ferri, aut cinere æstuante perficitur, sequenti ordi
ne & arte:

De stillatio

Extruitur, pro cuiuscunque hominis arbitrio, caminus,
cui crates ferrea supponitur, & huic testa fictilis in imo de
pressa, una, aut quot quis numero uolet, inseritur, ac calce
circunducitur: mox destillationem paranti, crassitudine pol
licis unius aut alterius, arena tenuissima, ad fundum, asper
gitur, supra quam cucurbita, uel uasculum testaceum ex soli
do puroq; albicante luto, fabrefactum collocatur, unà cum
capitello, & susceptorio terreo siue uitreo, bene circumlito
aut inuoluto, ne quicquam halitus transpiret. Dein absque
mora, eadem arena tantum non sepelitur. Postea ignis adora
natur eadem penitus ratione, qua superius in feruẽtis aqua
destillatione instituimus. Præstantiora tamen ad hanc rem,

sunt

uasa uitrea, utpote puriora, in utroque eliciendarum
rum genere. sed quoniam fragiliora ac cariora habean-
non usque adeò frequenter à nostris expetuntur. His in-
a uti uolentes, singulari diligētia priusquàm igni cōmit-
, luto Sapientiæ uocato, aut argilla, aut crusta ex pani-
atque opere pistorio, fundum, illorum, & quoad ignis
orem sentire debent, uestiant, circumlinant, incrustent,
ad solem uel ignem siccent. Atqui in aqua ponenda ui-
tali munimento non indigent, attamen paulatim calfa-
da, & refrigeranda, antequam aëri frigido aperiantur,
idelicet dissiliant, aut disrumpantur. Atque hæc genuina
debet medicorum nostri temporis destillatio, non mino-
sui, pro necessitate, corporibus humanis futura, quā ipsa
uia agricultoribus. Hanc prisci autores non nouerunt, ac
inde simplicia coquebant, quorum consuetudinem ut po-
rem alijs ritibus prætulerūt, cuiusmodi fuere compositio-
Hydrorosati, Hydromeli, Rhodomeli, Myrtites, Ompha-
melites, Rhoëti, Rhodostacti, & similium, quas tertio horū
ro memorauimus. Porrò nostra tempestate, quando supe-
ri doctrina, calentis aquæ feruore, aut cineribus calidis.
organis uitreis, siue etiam uitratis, ex plantis, & floribus
rahuntur liquores (qui proprios eorundem tum odores,
n sapores referunt) iure quidem uulgaribus decoctis non
dò æquipollere, sed insuper præstare crediderim, cum gu-
i suauiores, & uisui iucundiores censentur, quæ duo non in
nimis apud ægros sunt æstimanda. Itaque hortari nō de-
tam Seplasiarios, ac destillatoriæ sciētiæ cupidos, ut plum-
a æreaq; instrumenta, in illo opificio, uelut res noxias ui-
re atque odisse pergant: in quorum locum, opere nūquam
is laudato, organa uitrea, aut saltem uitrata, iuxta artē
nobis commemoratam, substituant. Nec eos interea medi-

cos laudauero, qui aquam quocūque modo per campanula extractam, ad alia ſimplicia coquenda recipiunt: quia certiſsimum mihi eſt, per cocturam uim illius diſsipari: contrà aquam ſimplicem, puram atq; inculpatam (qualem in ſcriptura hordeaceæ aperuimus) promptiſsimè efficaciſsimeq; cuiuſuis rei coctæ facultatem admittere. Circunfertur hodie Theſaurus Euonymi Philiatri, uniuerſam deſtillatoriam diſciplinam complectētis: in cuius principio, omnes ſcriptores citantur, qui eandem aut coluerunt, aut illuſtrarunt. Autorem hunc legant, quibus ſtudium id cordi eſt: nos hoc loco ſubſiſtere uolumus, ne inutiliter diligentes, uerboſitatis accuſemur.

Sanguinis Hirci delectus, ac præparatio.

Etſi Dioſcorides lib. 2. cap. 71. nullam huic ſanguini, in cōfringendis calculis, uim tribuat: ſed ſartagine inaſſato, dyſenterias, ac cœliacorū profluuia ſiſtere, & in uino potato, aduerſus toxica, efficacem eſſe: ſimiliter Gal. 10. ſimpl. eidē ſanguini ab animali calenti, abſceſſus tantum coquendi facultatem aſsignet: attamen Aëtius lib. 11. cap. 12. Paulus 7. cap. 11. Trallianus 9. cap. 4. Auicenna lib. 3. Fen. 18. cap. 19. Serapion Tract. 4. cap. 21. ad finem, & reliqui practici recentes, efficaciſsimum remedium in nephriticis, ac calculoſis, prædicarunt. Itaque hic, quomodo quis uerè uti illo queat, adſcribā, & maximè, quod id facturum me aliàs receperim. Non poſſum autē euidentius, quàm ex Aëtio à quo uno, cæteri omnes tranſcripſerunt, ubi ſic legitur: Hircinus ſanguis colligitur, cum uua matureſcere cœperit, tunc ollæ recenti aquam inijcito, eamq; decoquito, ut quod terreſtre eſt abijciat: & accepto è grege hirco, ætate matura, plus minus quatuor annorum eum mactato, eiusq; ſanguinem medium olla excipito,

ita

eum, qui primum effluxit, itemq; postremum, penitus
quas: medium autem inspissari sinito, & in olla situm,
cutam arundinem, in multa frusta dissecato: indeq; re-
o denso, aut linteolo raro, aut cribro arctiore, cōtectum
io exponito, ut insoletur, & roscidus fiat, cauendo ne
bre commadescat. Porrò ubi exiccatus fuerit, eum dili-
er terito, & in pyxide adseruato. Cùm usus postulat,
leare plenum, ex passo cretico, exhibeto. Aliquando au-
odoris commendandi gratia, parum phylli (Trallianus
t folia fœniculi) aut amomi, aut similium admiscemus.
llianus easdem herbas, hirco uiuo, & in sanguinis usum
dendo, edendas obijcit. Alij etiam, generoso uino ipsum
nal potitant.

De Odoribus & suffitibus.

Apud omnes Philosophos, ac medicos, indubitatum est, bo-
odores, & suffitus, haud parum multum sanitati huma-
conferre, ut qui spiritus nutriant reficiantq;, aërem pur-
t, graueolentiam retundant, & corpus præcipuè senum
olume tueantur, uitamq; prolongēt. nam Aristoteli Phi-
ophorum omnium principi, eximio pomi odore, animam
quandiu prorogatam legisse memini. Quomodo autem
ritus uigore suo extimulet uinum odorum, Ouidianum di-
hon, primo de Ponto, euidenter probat, ubi ait:

> Et iam deficiens, sic ad tua uerba reuixi,
> Vt solet infuso, uena redire, mero.

nos frequentissimo quoque usu, in ægris nostris iam syn-
pa correptis, aut lōgo grauiq; morbo extenuatis uictisq;,
rissimum idem comperimus, ubi solo odore uini præstantis
ribus admoti, & circa temporum, ac brachiorum arte-
s perfricti, ab inferis ad superos reuocauimus. Quin De-
mocritum

mocritum Abderitanum Philosophum, solo mellis olfactu animam protraxisse legimus. Constat insuper Hippocratis admirando consilio, immanißimam iuxtà ac contagiosißimam Græcorũ pestem, odorati ignis suffitu, sustulisse. Nam haud facilè quis imperitorum credat, quantopere aëris uirus, tali remedio, discutiatur, ac fugetur. Et uetus admodum est odorum suffimentorumq; consuetudo, ante Hesiodi, atque Homeri tempora usurpata, dum sulphure, igne, & quibusdam odoramentis, domos aëremq; lustrabat purgabatq; antiquitas. Lego etiam sæpe olfactoriolorum, ac fasciculorum redolentium mentionem fieri, in Biblia, & uetustißimis libris. Atqui cùm superiori anno grauißima pestilentia urbem nostram calamitosa lue, ac numerosa hominum strage depopulata est, non certè ex alia causa, si quid ego iudico quàm aëris corruptela (siquidem citra delectum, quosuis, quacunque ætate & conditione apprehendebat) ideo animi subijt obiter hic annotare, quibus potißimùm remedijs, tam pestilentem aërem castigare, aut saltem mitigare, poßibile sit. Vt igitur ignes, ac suffumigationes omnes intermittam, quas commodè, urgente neceßitate, aut occasione sic ferente, homo prudens, à peritis medicis, consequetur: odoriferorũ tamen pomorum (quæ ab Ambra imprimis appellationem acceperunt) exempla quædam, ob oculos ponere constitui, tametsi uix aliquis certas regulas præscripserit, qua ratione omnino fieri debeant, cùm uariè, pro cuiusque uoluntate, & temperamentorum simul diuersitate, componantur. Nihilo tamen minus, ego unum aut alterum exemplar subscribam, ad quod, pleraque alia, ex rationali methodo, effingi possunt. Est etenim eiusmodi pomis, uis medica insignis, ut quorum odor, ac uapor celeriter, ad cerebrum, & cor pertingant, spiritusq; tam animales, quàm uitales, ab aëris putredine

dine

penetrent, & ueneni uim abigant.

Pomum medicum aduersus pestem, hyberno tempore, manibus uersandum, naribusq; admouendum.

℞. Ladani purissimi unciam.
Styracis aridæ, calami odorati, carpobalsami: amomi, nardi spicæ, ana drachmas tres.
Caryophyllorũ, nucis moschatæ, Xyloaloës, cassiæ ligneæ, ana scriptulos duos.
Moschi electi scriptulum unum.
Sigillatim conterantur, mox omnia in mortario æneo, pistillo calido, cogantur, affundendo paulum aquæ maioranæ, uel tormentillæ, atque ita ad pilæ formam uniãtur. quibus tamen odor potentißimus & pretiosißimus, ultimò additur.

Aliud in feruoribus, & æstate usurpandum.

Recip. Rosarum rub. florum uiolarum, ana drachmam.
Florum nymphææ drach. unam, & mediam.
Coralliorũ, boli Armeni ueri, ana drac. duas.
Spodij, succini, ana drach. mediam.
Omnia trita, per cribrum secernuntur, ac nouißime camphoræ semidrachma, moschi obolus additur, & terebinthinæ ac ladani, quantum satis erit, ad cogenda omnia.
Poteram & plura alia his addere, sed satis sit specimen unum, siue alterum ostendisse, præsertim quando medicorum libri

libri talibus scripturis pleni sunt: at eas feliciter in usum ue tere, sicut medicamenta uniuersa, hoc opus, hic labor est. D tiores & lautiores impendio non parcentes, eiusmodi pom seu pilas, foraminulento opere argenteo affabrè sculpto, e cipiunt, quas aßiduo penè motu manibus uersant, & nar bus subijciunt. Similis omnino generis censeo fragrantia su fumigia, quæ à Diosc. Narcaphthi appellatione ueniunt li 1. cap. 22. Serapione Lasahaten cap. simp. 186. & thymiam ta dicta iucundi odoris, quæq; ab Aëtio ad finē 16. aut ulti libri traduntur. Ex ijs etenim rebus, redolētes trochisci, su uemq; fumum spirantes prunis iniecti finguntur, diuitū c bicula atque hypocausta, singulari gratia, commendant Finguntur præterea globuli, ex ijsdē, lauandis barbis utile quorum tales esse formæ possunt.

Rec. Saponis albi libram unam.
Garyophyllorum unciam mediam.
Radic. Iridis uncias duas.
Olei ex spica unciam mediam.
Aquæ rosarum, aut Lauandulæ quantum sufficit.
Item Rec. Cort. citri, menthæ, macis, florum lauandulæ, ana unc. mediam.
Rosar. rub. garyophyllorum ana drac. unam
Nucis moschatæ, Iridis, maioranæ, styracis li quidæ, ana drach. duas.
Saponis albi libram unam.
Aquæ rosarum quantum sufficit,

Cæterū odoramenta multum calida, imprimis cauere e oportet, qui acutū, exactū, uaporosumq; olfactus sensoriu adepti sunt, & quorū partes animales promptè inspiran replentur, ac læduntur. Etenim uideas aliquos impunè, al

qu

amnosè, odores admittere: unde sapiēter suffitus aro-
n ceu suapte natura, calido superiora petente, aut per
tionē, insiliente in meatus olfactorij aëre, capitis gra
facere, dixit Hipp. 5. Aph. 28. quod Gale. in Commen.
probauit. Et ex proposito, calidos odores omnes, il-
lores parere, ac subinde deliriū inferre, locorū affecto
9. edocuit. Idē ratio unà & experiētia testificatur. In
hominum numero, Doct. Ioan. Echtius, amicus no-
gulariter est habendus, ut qui ex leuissima calidi odo-
ccasione, in grauem cerebri affectū perueniat: et quod
enter est mirandum, ex rosæ rubræ olfactu, continuò
rnutationē prouocatur, cuius causam, propriū ipsius
ri temperamētum calidum, sensusq; odoris raritatem,
btiles quasdam, ab amaritudine ac caliditate, rosæ in-
partes, cui adstrictio quæpiam coniungitur, assigno:
s qualitates exoluit aquei admistio, quæ usq; adeò ela-
ta, tenuata, & excalfacta uidetur, ut facilè rosa in ua-
n soluatur, qua quidem occasione, rosa tum odorata
um celerrimè siccatur. Sed ad sternutamentum redeo.
utem hoc, teste Hippoc. li. 7. Aph. 52. calefacto cerebro,
do uidelicet natura, flatuosum spiritum, aut humorem
em in uentum conuersum, aut rarefactum, aut morda-
e sua nares stimulantem, impetu quodam depellere, &
rnere, è capite, nititur. Ista autē omnia cōtingunt, cras-
rebri spiritibus, per calorem auctum, diffusis, alioqui su
uitates prius aggregatæ retinentur, nec in flatum con-
untur. Cùm igitur rosa diuersis partibus constat, ut à
no plerisque locis simpl. ostenditur, & nos paulò suprà
imus, necessum est, diuersum quoque temperamentum
dsciscere. Ideo & sua quadam amara caliditate, &
rosa substantia, caput illius uiri, odore attracto, tentat,

ac sensum odoris, in prioribus cerebri uentriculis existētem sicut Gal. lib. de Instrumento olfactus docet, excitat, cùm su scipere sit promptū: pariterq; accedente adstrictione, hun dum aliquid naribus molestum exprimendo purgante. No plurimos, crocū non nisi magna capitis molestia ferētes, u lut etiam Gal. autor est, per locos 2. cap. de his, qui ex stom cho caput dolent. Quin seipsum illius olfactu indoluisse, Antidotis lib. 1. memoriæ prodidit. Sed hoc, miraculi inst existimari potest, quòd quidā rosæ neque odorē, neque ex ginquo contuitum ferens, syncopa correptus, uelut mortu humi iacebat, cuiusmodi historiam recenset Amatus cent. curat. 36. Sed fœlix ille, qui potuit rerum cognoscere caus De odoramentorū diuersitate Theoph. quàmpluribus lo tradit, & Plin. lib. 21. cap. 7. Atqui hæc hactenus. Nunc totius operis umbilicū aspirātes, promissi adhuc fides pr standa est: ea fuit, dum aliàs de mensuris ac ponderibus, p stremo loco dicturum me receperim. Cæterū ut huiuscem di doctrina, incomparabilem in medicamentis parandis r tinet utilitatem necessitatemq;, ita coniunctam habet in tam penè, pro nationum uarietate, & liquorum ac arido appensionibus, diuersitatē, summamq; in explicādis scrip rum monumentis difficultatem: quum alijs Romana co suetudo, alijs Attica, alijs Ephesia, alijs Alexandrina, al Georgica, alijs alia suæ tantum gentis cognita usualisq; fu rit. Adde quosdam, de his omnibus nimis breuiter, quosd nimis profusè tradentes, in alterutram partem sanè de quisse. Et manifestum est, difficile duas res idem penden inueniri. Etenim multa differētia ponderis olei, uini, mel aceti, lactis, aquarum, multorumq; liquidorum existit. Sim liter mensurarum aridarum, uidelicet tritici, hordei, lent siliginis, auenæ, atque id genus frugum: siquidem horde grau

De mensuris

us est auena, far hordeo, triticum farre: quin triticum o, hordeum hordeo, auena auenæ, lac lacti, aqua aquæ onderat: unde doctißimos interdum uiros hallucinatos tosq; fuisse, horum omnium uarietate, minimeq; inui onuenisse, clarius mediocriter etiam in eo argumenti e uersato habetur, quàm ut longo hic calamo mõstra e oporteat, & Paulus Aegineta ad finem idem testa t. Vnum tamẽ specimen adscribam ex Plinio libro ui oprimo, cap. ultimo, dum ait: Cyathus pendet per se mas decem: cùm acetabuli mensura dicitur, significat æ quartam partem, id est, drachmas quindecim. Sic il Deus bone, quanta ex his uerbis ad errores fenestra acta fuit? quãta fuit hinc inter multos orta discordia? eruantißimum quenq; Lectorem cyathi lectio uehemẽ rserit, quod Galeni, Aphricani, Adamantij, Scribonij, iorum complurium neotericorum scripturas legenti, materias ipsas expendenti palàm fit, cyathum nunc mas duodecim, nunc plures, nunc pauciores pendere, commensurationem uariam, ac regionum dißimilitu . Similis differentiæ siue ambiguitatis occasio, in Mi tario, cotyle, hemina, acetabulo, ligula, cochleari, li ncia, alijsq; tam mensuris quàm plerisque ponderibus henditur, graui usurpantium fraude, & irreparabili ni corporis iactura, præsertim si in purgantibus me s contingat. Proinde nos neceßitate quadam adacti, ssumus, quando ut uolumus, non licet, omnem conue em, de mensuris ac ponderibus, sermonem ita explica s, ut ingenuè, & ex quibus eum acceperimus, confitea & dilucidè quoque, omißis multis multorũ discepta bus, cõtrouersijs, ambagibus, erroribus, interpretemur pauco ingenuo, ad quotidianũ medicamẽtariũ usum,

& ponderibus.

eadem illa doctrina transferri intelligiq; poßit : atque ad
nulli, nisi prorsus ignauiæ malitiæq; mācipato, amplius a
bigendi, aut errandi causa relinquatur. Sed priusquā ad i
stitutum perueniā, uolo eos primò autores recensere, qui
huiusmodi profeßione, conatus suos publicè ediderunt, op
ramq; suam manifesta utilitate collocarunt: ij autē sunt i
ter Græcos, Hesychius, Epiphanius, Adamantius Sophi
Aphricanus, Diodorus, Galenus, Plutarchus, Suidas, Cleo
tra doctißima fœmina, Harpocration in Lexico decē Rh
torum, Balbus ad Celsum, Iulius Pollux, Nicādri interp
Aëtius, Paulus Aegineta, Oribasius. Inter Latinos, Scri
nius Largus, Iulius Frontinus, Volusius Metianus, Isido
Etymologiarum lib. 16. Q. Rhemnius Fannius, Festus
Sextus Pompeius, Iordanus Nemorarius, Priscianus, Ca
riensis, Plinius, Ioānes Tortellius Aretinus in opere de
thographia, Angelus Decembrius Mediolanensis. Hos co
memorare lubuit, Arabas uerò eorumq; imitatores præt
mittere, cùm ipsi, uel saltem interpretes, hanc disciplin
mira barbarie, & cæca caligine (quod, me tacente, clar
est) magis obscurarunt, quàm ulla luce illustrarunt. Pro
de nunquam monere desistam, ut tam medici, quàm sepla
rij imprimis Auicennam, Serapionem, eorumq; sequace
mnes, in mensurarum ac ponderum scripturis, maximē
uitent. Nostra autem ætate, eadem studia, insigni felici
te, promouerunt Hermolaus Barbarus, Angelus Politia
Ioannes Calderinus, Vegetius Renatus, Valerius Prob
Demetrius Alabaldus, Philippus Beroaldus, Leonardus
tius, & quē, cum magna honoris præfatione, nominare
beo, Guilhelmus Budæus Galliæ splendor, quinque inte
libris, Assem eiusq; partes, eximia industria, complecti
Ioānes Manardus plerisque locis epistolarum suarū, Io

uellius lib. stirpium 1. cap. 16. Andreas Alciatus, Ro-
Cenalis, Antonius Gallus, Iacobus Syluius, Andreas
ia, & si qui inueniantur plures: sed hos omnes, ut libe
od sentiam, eloquar, & calami elegantia, & docendi
e, & ingenij præstantia, & rei ipsius ueritate (dum nō
acute, quàm luculenter à uertice, ut aiunt, ad calcem,
niuersam exponit) Georg. Agricola, homo Germanus
at, ac propterea hūc nobis, toto penè opere, uelut præ
m proposuimus imitādum, si quis locus obscurior aut
ilior probandus, uel explicādus incidat: atque ideo ad
anquam legitimum, locupletē, & exactū iudicem, be-
um Lectorem ablegabimus. Nec quenquā opinari ue-
ò me confidentiæ, siue inciuilitatis, siue arrogantiæ, si-
iam philautiæ peruenisse, ut post tam multos, atq; eos
lem, summa doctrina, summa eloquentia, summa diligē-
mma autoritate, uiros, quicquam in hoc nobili argu-
o, addi mutariue posse, mea opera, existimem: sed tan-
paulò rudius, simplicius, cōtractius, nostris hominibus,
emodi uerborum rerumq; delicias offerre, mihi animus
uò paulatim assuescere, & deligere discant optima: ac
re, imò abominari pessima. Quoties uerò orationis ui-
as postulare uidebitur, autorum discrepantiam breui-
ndicabimus. At imprimis commonefaciendi ueniūt gre
j medici, & cum his, multiplex turba pharmacopœorū,
agna ratione, præmeditationeq;, ueterum compositio-
ac eorundem mensuras, & pondera, iuxta diuersas na-
es, utentium consuetudines, & misturarum facultates
endant, uidelicet an à Romanis, siue etiam Romano mo
n à Græcis, & in qua Græciæ regione, scripta usurpa-
; sint, nedum ipsi hæc non animaduertētes, animas suas,
proximorum uitas, in exitialia discrimina, conijciant.

His itaque præfatis, ad id, quod spopondi, me conuerto, & primùm ad mensuras. Eæ sunt instrumenta, quibus meti mur, ab humano olim corpore, mutuata apud priscos, ad formam digitorum, palmi, pedis, cubiti, sicut Vitruuius lib. 3. cap. 1. Orontius 1. cap. 11. Cælius 3. capite 21. Budæus initio primi ac quinti libri de Asse, Ruellius primo stirpium, cap. 16. doctißimi omnes explicarunt. Nos ijs solùm rerum quantitatem certam colligimus. Horum autem instrumentorum duplex fuit olim omnibus usus, sicut etiam hodie: nam & liquida, & arida expēdebantur, diuerso tamen modo, Romanis atque Græcis: neque inter hos una eademq; erat forma, sed multiplex insuper utrique genti, in rebus tum humidis, tum siccis, promiscua uarietas. Ego itaque dilucidioris di ctionis gratia, commodè herclè Romanas mensuras liquidas primò aperiam, deinde breuiter aridas apponam, mox Græcas, postremò pondera utriusque nationis, & Arabū quoque usualium omnium subiungam. Illarum nomina fuerūt apud Romanos, Culeus, Amphora, Vrna, Congius, Sextarius, Hemina, Quartarius, Acetabulum, Cyathus, Ligula. Culeus uerò (ut denuò eadem repetam, ad exactam singulorum quantitatem intelligendam) capacißima habetur Romanorum mensura, continens Amphoras uiginti: Amphora urnas duas, Vrna congios quatuor, Congius sextarios sex, Sextarius heminas duas. Hemina quartarios duos, Quartarius acetabula duo, Acetabulum sesquicyathum, Cyathus ligulas siue mystra, siue cochlearia magna quatuor capit, estq; hæc minima apud Romanos mēsura. Sed hic scire operæpretium Sextarium (quem Arabes peculiariter Kista appellant) omnium aliarum mensurarum fuisse usitatißimum, utpote cui reliquæ conferebantur, comprehendisseq; libram unam & bessem, id est, uncias uiginti mensurales. Atqui semel hoc

doc

Monachorum in Mesuen commentantium inauditam
iam prodere lubet, ut qui distinctione quinta, cap. 113.
rium & metretam, nullam habere differentiam scri-
t, apertißimo mẽdacio. Nam metreta capit libras mẽ-
centum & octo, sicut postea clarè manifestabimus. Cæ
cùm libra atque uncia, in omnibus mensuris, fixæ ac
es permaneant, in ponderibus uerò, pro rebus metien-
m aridis, quàm humidis mutentur: nõ erit omnino dif
æstimare, quot libras, aut uncias, singula mensura reci
Facta igitur exquisita ratione, iuxta Græcos, Roma-
m mensurarum, præcipuorumq; liquorum põdera ex-
ntes, Congiũ (ut qui sex sextarios mensurales cõtineat,
nadmodum latius pòst dicemus) pondere siue lance ha-
intelligo olei libras nouem, uini flaui libras decem, mel-
bras tredecim, & mediam. Hoc autem loco, de rebus pu
c synceris, & uncijs itidem duodecim Romanis, nunc
ue in Officinis nostris, medicinalibus uocatis, pro libra
imur, ubi etiam sciendum, mel dimidia parte oleum, &
ia fermè parte uinum. Rursus uinum nona parte oleum
od inter natiuos liquores leuißimum est) pondere libra-
cedere: nã id ex Paulo Aegineta bene emẽdato, ac libel-
e mensuris põderibusq; Galeno adscripto, certißimũ fit.
Hanc supputandi normam, si ad integræ fidei pharma-
olarum ritum colligamus, parum differre cognoscemus.
uidem uulgò mensura, aut nostrate lingua, Quarta Co-
iensis mellis (nec inutile erit hanc ceu formam uniuersa-
constituere, cùm plerisque regionibus cõmunis sit) con-
et uncias mensurales sexagintaduas: medicinales uerò pẽ
libras quinque & uncias duas, siue negociatorias se-
cim uncijs cõstantes libras quatuor, minus duabus uncijs.
ei autem eadem mensura, capit uncias quadraginta, atq;

unam, & duas insuper drachmas, hoc est, medicinales libra tres, uncias quinque, drachmas duas, siue mercatorias libra duas, semissem, unciam unam, drachmas duas.

Similiter uini quarta, recipit uncias mensuræ quadragi tasex, & hæ constituunt libras medicinales siue Romana quatuor: paucioribus duabus uncijs, aut mercatorias tr minus duabus quoque uncijs. Ad hūc itaque modum, subdu ctis calculis, exiguum discriminis, Græcos illos, cum uulga mensura nostra ac ponderatione, examinantes, comperi mus. Nam mel, ex dimidio oleum, atque ex tertia parte, u num pondere superat. Vinum ex parte nona, oleum excedi sicut Paulus etiam docuit. Ad uini mensuram & pondu quàmproxime accedit aqua simplex pura, qualem suprà parando hordeaceo monstrauimus. Pergo nunc eosdem l quores, iuxta Pauli sententiam, ex lance Romana, aut uu gari nostra medicinali expendere.

Vrna itaque habet quatuor congios: pendit olei libr 36. uini lib. 40. mellis lib. 54.

Amphora habet duas urnas mensuræ: pendit olei lib. 7 uini lib. 80. mellis libras 108.

Culeus amphoras habet 20. pendit olei lib. 1440. uini li 1600. mellis libras 2160.

Eadem examinatione quoque facta in reliquis, cùm Se tarius sit mensura duarum heminarum, pendit olei unci 18. uini uncias 20. mellis uncias 27.

Hemina itidē cùm sit dimidius sextarius, pendit olei un 9. uini unc. 10. mellis unc. 13. & mediam.

Quartarius est quarta pars Sextarij.

Acetabulum habet olei drachmas 18. uini uncias dua mellis uncias tres, scrupulos aut scriptulos (promiscuè eni usurpatur) nouem.

Cyathu

vathus pendit olei drac.12.uini ſeſcunciam, drach. & tulum, mellis uncias 2.& drach.duas.
igula, ſiue Myſtum, ſiue Cochlearium paruum, pendit drachmas tres, uini drach.tres, ſcriptulum unum, mellis hmas quatuor, & mediam.
tque hæc in totum ſeplaſijs noſtris eſſe debet immobilis ſurarum Romanarum doctrina, cum pro portione pon m trium iſtorum liquorum, poſthabitis longis quorun paginis, quam eò expreßi diligentius, quò poſthac om medicamentarij uaſcula ſua, quibus menſurarũ appon tiones inſtituunt, pro diuerſis liquoribus, uarient: nam eſt diuerſitas in oleo, alia in uino, alia in melle, alia in a naturalibus, alia in elicitis per organa ui ignea, alia in upis, alia in alijs liquidis. Sed ut pondera ac menſuræ ores, in frequentißima habentur conſuetudine Medicis: maiores in rarißima. Nec dißimulandum, alium ſuppu di numerum, ab Agricola lib.3.inſtitui, quem qui uolet atur. Ego malim Paulum hic mihi imitãdum propone & ex eo noſtrates menſuras ſimul ac pondera definire. l ne alicui, temerè, aut pertinaciter, pro mea uoluntate, truere quicquam exiſtimer, in promptu ſunt autores, ne teſtes, idipſum roborantes: ſiquidem Plinius lib.14.ca.4. hæc uerba, de Culeo uiginti amphoras continente, teſta m reliquit: Quando & poſtea ſæpenumero ſeptenos cu s, ſingula iugera, hoc eſt, amphoras centenas quadragenas uſti dedere. Sic ille. Si igitur ſeptem culei, centenas qua agenas amphoras (ut ipſe ait) efficiunt, nihil certius ad lculos redigenti, quàm culeum amphoras uiginti con tuere: Etenim ſepties uiginti, centum & quadragin faciunt. Idem luculentißimè confirmat Q.Rhemnius li llo ſuo, de Ponderibus ac menſuris, c.2.ad finem, dicens:

Est & bis decies, quem conficit amphora nostris
Culeus, hoc nulla est maior mensura liquoris.

Porrò nemo dubitare potest, quin mensura humidorum sit ista legens. Ostendi quod oportuit de Congio, ad Amphoram transeo, hanc duas urnas mensurales Romanas suscipere, paulò antè dixi, quod testatur Q. Rhemnius ca. 2. ad initium fermè scribens:

Amphora fit Cubus, quam ne uiolare liceret,
Sacrauere Ioui, Tarpeio in monte Quirites,
Huius dimidium fert urna.

Et Volusius Metianus identidem euidenter probat, cuius uerba sunt: Quadrantal, quod nunc plerique Amphoram uocant, habet urnas duas. Qui plura testimonia requirit Georgiũ Agricolã legat lib. 1. pag. 18. & 19. preli Frobeniani. Indicandus hic est maximus error Politani lib. Epistolarum decimo, uiri excellentißimæ alioqui doctrinæ, amphoras tres, sextarium unum pronunciantis. Liquorum autem mensuram extitisse, ex Columella discitur lib. 12. c. 20. prop finem: præterea ex Varrone lib. primo, c. 57. dum ait, Quadrantal amurcæ. Amphoram ordine sequitur Vrna, quatuor congios comprehendens, Volusio Metiano teste. Nam ut amphora duas urnas, siue congios octo, ita urna una congios quatuor, necessaria computatoria lege, complectitur. Idem liquet ex suprà citato loco Columellæ, dum urnam quatuor & uiginti sextariorum decernit: sextarios uero sex Congius explet, ut mox docebimus: & quater sex sextarios, congij quatuor: proinde uigintiquatuor sextarij Vrna, siue congij quatuor efficiunt. Atque ita intelligendus Columella in Vrna. Cæterùm Nicolai Perotti cæcitas manifestior est, quàm ut tegi poßit. Etenim quatuor tantùm sextariorum dicit, cùm uigintiquatuor deberet, n

malum

mus culpam in librarium reijcere. Ista propter Pharmacopolas minus sagaces, pinguiori Minerua explicaui. At liquidi mensuram esse, ex Catone c.23. de Re rustica ego, & Horatiano itidem carmine, sermonum primo, Sa prima, ubi canit,

Vt tibi si sit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho, & dicas, magno de flumine mallem.

equitur Congius declarandus, quem sextarios sex come diximus: probatur Volusio: Quadrantal (id est, amra) congios habet octo, sextarios octo quadraginta. Iam es sex, nónne summatim octo & 40. sextarios, siue conn unum cõstituunt? Clarum insuper fit ex Quinto Rhẽ, c.2. carminum, quando legitur,

--Sextarius unus,
Qui quater assumptus, fit Graio nomine chœnix.
Adde duos, Chus fit uulgò, qui est congius idem:
A quo sextari nomen fecisse priores
Crediderim, quòd eos capiat sex, congius unus.

Amplius ex Galeno libro sexto, per locos, cap. primo in maticis Andromachi, ex malis punicis. Item ex Paulo, Catone. cap. 57. quem locum eruditè Budeus libro quinto sis, pag. Ascensianæ 116. atque Agricola pag. 21. enarrãt. quibus etiam liquoris mensuram fuisse, intelligitur, ue ex Liuio libro uigesimoquinto, ab Vrbe Condita, dicen Et Congij olei in uicos singulos dati. Apud Serapionem ract. septimo, capite 37. legitur, Caus unum est sex acseti omana. Apud Auicennam ad finem Tractatus octaui, Et bin, inquit, est acsat Romanæ sex: ubi rectius sic: Choas si Chus habet sextarios sex. Idem Congium uocauit Corbo um. Sed nunc ad Sextarium pergo, qui sic dictus creditur, uod sit sexta pars Cõgij, ut suprà dixi. Duas uerò heminas illum

illum comprehendere affirmat Sextus Pompeius, sic scribēs: Hemina est dimidia pars sextarij. Et Rhemnius Fannius citato loco:

Heminas recipit geminas sextarius unus.

Illud tamen diffitendum non est, sextarium, mensurā inæqualem fuisse, cùm alij aliam usurparint. Verùm Romanis Sextarius, libram unam & semissem, ac sextam illius partem pendit, ut omnes simul iunctæ, sint unciæ uiginti mensurales, libro primo per Genera, Galeno, Oribasio ad Eunapium libro secundo. Quamuis quidam falsò duas libras, quidam uncias quindecim, quidam octodecim mensurales continere sint opinati, multiplici controuersia, ut Budæum, Alciatum, Hermolaum, Portium, & alios legētibus manifestum fit, ac disertè Georgius Agricola, ad finem primi libri, de Mensuris ostendit. Atqui mensuralem omnino capacitatem testatur Horatius Satyra prima, sermone primo, inquiens:

Panis ematur, olus, uini sextarius.

Ad Heminam uenio, quæ uoce Græca Cotyle, aliàs semisextarius dicitur: & hunc duos Quartarios, id est, uncias decē admittere, superius asserui, quod Galenus nono per Locos, c. 6. & Volusius Metianus nobilis Iureconsultus affirmat, cuius uerba plenè recensuit Agricola. Non tamen inficior uagi nominis mensuram quibusdam haberi, sicut in Cotyle signabimus, quod docti norunt: nos hic confundere rem nolumus. Plautus in Milite, mēsuræ liquidæ uasculū ostēdit, his uerbis: Neq; equidē heminas octo exprompsi in urceum.

Porrò Quartarium, sextarij quartam partem, aut heminæ mediā partē, aut duo acetabula cōtinere, ac liquidorum mēsurā esse, cuique uidere licet apud Georgium Agricolam. Ego omnem eius sermonem huc trāsferendum nequaquā putaui

necessarium. Rhemnius uerò illum ignorauit, uelut etiã ...æus, Portius, & Alciatus.

...uperest adhuc Acetabulum, sesquicyathum cõmonstra... ...uod ex Q. Rhemnio Fannio fieri potest, dum de Cyatho ...unc modum loquitur:

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ, si appendere tẽtes:
Oxybaphum fiet, si quinque addantur ad illas.

...ed ut nihil certius hoc carmine monstratur, quàm Ace... ...ulum: Græcis Oxybaphon, cyathum unum, & medium ..., ita incertius nihil, quàm statã ubique mensurã haberi re... ...uitur: siquidem receptum est doctis rationiq;, Acetabu... ...., sesquicyathum fore. Quãtum autem Cyathus cuiuscun... ... liquoris capiat, ac pẽdat, antè dixi: quãuis ex suprascri... ...s uersibus manifestũ sit, drachmas tãtùm cõtinere quin... ...im, ueluti ex Plinio quoque 21. c. ultimo. Atqui quãtope... ...utriusque dictioni fidere conueniat, doctè admodum Bu... ...us lib. 5. pag. 116. definiuit, & doctius Agricola lib. 1. de ...ensuris Romanis explicauit, quãdo ea uerba, non de Ro... ...no, sed prorsus Græco siue Attico cyatho olei, dicta esse ...ocuit. Etenim Plinius de Atticis mensuris loquitur, sicut ...uditißimis diligentißimisq; uiris probatur. Mensuræ autẽ ...nus esse colligitur apud Galenum lib. 1. c. 8. in paratu ad ...choras ex Apollonio, & 2. per Genera, in pharmacis Sera... ...oni dicatis. Itidem apud Celsum 5. c. 24. Huiusmodi itaque ...nbiguitates in oxybapho, & cyatho, industrius Lector tũ ... relatis tum longè copiosißimè ex autoribus intelliget. ...uãtum uerò liquorum pendãt, ex Scribonij compositione ...7. & alijs scriptoribus, ac nostra supputatione constat, ...t de Ligula lib. 12. c. 21. apud Columellã. Hæc sunt mensura... ...um uocabula explicationesq; Latinis celebrata & usurpa... ..., simul ac iuxta commensurationem Coloniensem, state...

ramq;

ramq; certam examinata, quæ nostri diligẽter obseruabũt, si sibi, & medicis rectè consultum cupiunt, quod omnino arbitror, tametsi unus aut alter ignauus & confidens reperiatur, qui utinam tandem resipiscat. Cæterùm ut nullo penè labore, summam dictionis comprehendat beneuolus Lector, Agricolã imitatus, maiores mensuras, in minores minimasq; resoluam, ut euidentißima sit omnis doctrina.

Culeus igitur implet amphoras 20. aut urnas 40. congios centum sexaginta: sextarios 960. heminas mille, nongentas, uiginti: Quartarios ter mille, octingentos, quadraginta: acetabula septem milia, sexcenta, octoginta: Cyathos undecim mille, quingentos, uiginti: ligulas quadragintasex mille, & octoginta.

Amphura comprehendit urnas duas, siue congios octo, siue sextarios 48. heminas 96. quartarios 192. acetabula 384. cyathos 576. ligulas 1304.

Vrna capit congios 4. sextarios 24. uel heminas 48. uel quartarios 96. acetabula 192. cyathos 288. ligulas 1152.

Congius continet sextarios sex, siue heminas 12. quartarios 24. acetabula 48. cyathos 72. ligulas 288.

Sextarius recipit heminas duas, aut quartarios 4. acetabula octo, cyathos 12. ligulas 48.

Hemina complet quartarios duos, seu acetabula quatuor, cyathos sex, ligulas 24.

Quartarius impletur acetabulis duobus, uel cyathis tribus, ligulis duodecim.

Acetabulum complectitur cyathum cum dimidio, aut ligulas, siue cochlearia magna sex.

Cyathus uerò ligulas quatuor.

Restat nunc continuo sermone supradictis coniungere libram, unciã, ac semunciã, quas inter mensuras Romani numerare

re solebāt, Galeno id testificāte, plerisque locis libro-
per genera, unde nos quoque suprà ex Paulo Aegine-
quoribus aptauimus. Hac autem ætate, ad res grauita-
cernendas, familiarißime illa ceu pondera sola usurpā-
Dicā itaq; principiò de libra, uncia, semuncia mēsura-
, ex instituto, de ponderalibus, suo deinde loco, nā du-
s esse nemo nescit. Galenus lib. 3. per genera Latinè lo-
us, sic ait: Est apud Romanos mensura, qua oleum me-
tur, intersecta, lineis diuidentibus totā in duodecim par
tque mensura integra, uocatur ab ipsis, Libra: duode-
t uerò pars eius, uncia. Ex quibus uerbis, luce clarius
brā mensuralem fuisse, & duodecim quoque uncias mē-
les habuisse. Vnciam insuper mensuræ genus, ex eodem
.c. primo per Locos, ita probamus. Componitur, in-
, hyeme ad octo drachmas ceræ, uncia una mensurali
nana unguenti nardini coniecta. Et similiter semunciā,
Columella lib. 12. c. 21. Hinc constat Libram, Vnciam, &
unciā, mensuras fuisse habitas: ac etiamnum esse, quoti-
na experientia decernit. Si quis autem uolet, discriminis
niuersum tollendi causa, ut Galenus monuit & fecit, in
deralibus, pondo: in mensuralibus, mensuræ dictionem
icere, certior erit significatio: licet sæpe Latini, nulla ne-
itate, pondo apponāt: tum etiam ut à mensuræ dubita-
ne incertitudineq; distinguāt. Cuiusmodi exēpla paßim
ia ueniunt, apud Celsum, ac Scribonium. Hodierna æ-
ferè plerunque, Libram, Vnciam, Semunciam, simpli-
er absque ulla adiectione, de ponderibus, non mensuris,
elligere consueuit: atque his liquida, illis sicca expendere
et: quia pondere grauitas, mensura rerū moles dignosci-
r. Atqui semel admonitos Seplasiarios cupimus, ut quo-
scunque medicamenta tam Arabum, quàm Græcorum,

ac

ac Latinorum, olei, mellis, uini, aquæ libras recipientia pa-
rent, non sedecim, sed duodecim uncias tātùm intelligāt. Ii-
dem de Vncia, ac Semuncia, dictum iure uolumus. Præte-
rea manifestum esse debet, non eādem unius rei rationē, in
mensura & pondere haberi: quod unica Galeni experien-
tia docet, dum olei libram mensuralem Romanam, uideli-
cet duodecim uncias continentem, decem uncijs ponderis æ-
quare, comperit 6. per Genera. Ex hoc peculiariter loco, A-
gricola numerum suum, trium suprascriptorum liquorum
ad pensam collegit. Nos contrà maluimus ex Paulo, ubi li-
quorum eorundem, iuxta se, differentias Coloniensis men-
suræ, & ponderis, luculenter explicuimus, ut nostratium
nemo amplius falli queat. Sic hactenus mensuras Romana
liquidas, ac nostrates audiuimus: deinceps breuiter arida
audiamus. Hæ certè Medicis et Seplastarijs nunquā in usum
uertuntur, proinde non fuit necesse multū operæ, in ijs re
censendis, collocare: ne tamen prorsus à quoquā desideren
tur, paucißimis adiungam. Nomina sunt: Modius, mensu
ra aridorum maxima, Semodius, Sesquimodius, Varoni u
surpatus, Sextarius, Hemina, Acetabulum, Cyathus
Ligula.

Modius capit duos semodios, hoc est, sextarios sedecim
seu libras uigintisex, & uncias octo medicinales, siue hemi
nas 32. acetabula 128. cyathos 192. ligulas septingentas se
xagintaocto.

Semodius capit sextarios octo, siue libras tredecim, un
cias quatuor, heminas 16. acetabula 64. cyathos 96. li
gulas 384.

Sextarius capit semisextarios duos, aut heminas duas
aut uncias uiginti: acetabula octo, &c.

Minor numerus, cum liquidis suprascriptis, idem est
Hemin

mina habet uncias decem, uel acetabula quatuor.
cetabulũ capit ſeſquicyathũ, ſeu uncias duas & mediã.
yathus ligulas quatuor, aut ſeſcũciã, drach. & ſcriptulũ.
igula admittit drachmas tres, & ſcriptulum.

ucuſq; quanto potui compendio, ac ſatis opinor craßè, anorum utranq; menſuram tradidi: cõſequenter itidem rus de Græcis, eodem fermè docendi genere, ubi initiò monendum, nos hic tantùm de Atticis ſiue Medicis eſſe ros, ut quibus Medici potißimum, teſtante Plinio lib. 21. 34. utantur. Reliquas uerò, utpote Epheſias, Alexandri Georgicas, Veterinarias, quarum rarus, aut nullus eſt d nos uſus, omittemus. Fuerunt huiuſmodi menſuræ etiam lices, liquidæ, ac ſiccæ.

iquidarum nomina habentur, Metretes, Chus, Congius, tarius, Cotylæ, Quartarius, Oxybaphon aut Acetabu-, Cyathus, Myſtrum, Cheme, Cochlearium.

am quia hoc loco Cotylen, uncias menſurales nouem, ne-quam autem ponderales, continere, Galeni fide lib. 1. & er Genera, receptum ſit, quando ait: Cõſentanem eſt, An-machum nouem unciarum mẽſuralium oleum ricininum ſere eſſe inijciendum, ut ſex Cotylæ (Latina uoce, iuxta bo autores, Heminæ) fiant unciæ menſurales quatuor & inquaginta, quod idem eſt, cum libris menſuralibus Ro-nis quatuor & dimidia. Sic ille. His uerbis ceu ſacræ coræ innixi, uerìq; præſidio fulti, haud difficile, quot li-as, & uncias, quælibet ſuprà aßignata menſura contineat, erit determinare iuxta proportionem, quam ad Cotylen bet, ſequenti ratione.

Metretes, quæ & Cadus, ſiue Ceramium, ſimpliciter ſcri-um, Græcis eadem menſura eſt, ac Rhemnio Fannio, & ſæ-Plinio Græca uertenti, uel de uinis Græciæ Romam ad-

uectis loquenti, quæ Latinis paßim Metreta, & amphora Attica dicitur. Hæc autem à Latinorũ, siue Romanorũ, siue Italicorum amphora, quæ ab Dioscoride lib. 5. in uino scillitico, Metretes Italica, ac in uino absinthite, Ceramium Italicũ uocatur, multũ differt, cùm multò sit capacior. Etenim Attica 108. libras mensuræ comprehendit, Romana tantum 80. sicut aliàs prodidi, & mox quoq; amplius. Vtraq; tamen amphora, Græcorum Medicis usualis fuit, Romanis Græciæ imperantibus. Ista nunc admonenda semel duxi, propter magnam ambiguitatem & obscuritatem, parũ peritis, parũq; attentis lectoribus contingentem.

Metretes ergo Attica capit choas siue Latine Congios duodecim, hoc est, libras mensurales cẽtum & octo: nam duodecies nouem, hunc numerum facit. Ponderales olei bene defœcati, accipit libras Romanas, uel medicinales nunc uocatas nonaginta: uini libras centum, mellis centum ac quinquaginta.

Chus aut Congius capit sextarios sex, siue libras mensurales nouẽ: at librales ex duodecim uncijs, olei septẽ & mediã, uini lib. octo, uncias quatuor. Mellis duodecim cum dimidia.

Sextarius continet cotylas duas, seu librã ac mediã, nimirũ uncias decẽ & octo mensurales. Ex pondere autẽ habet olei uncias quindecim, uini libram, uncias quatuor, drachmas quinq;, scriptulum unum, mellis libras duas, atq; unciam.

Cotyle est dimidia pars sextarij, Galeno lib. 1. per genera ac Cleopatræ Tryblion, Romana uoce Hemina, capit quartarios duos, seu uncias mensurales Romanas nouem: Ponderales olei septẽ & mediã, uini octo, drachmas duas, scriptula duo, mellis libram unam ac semunciam, teste Galeno 5. per genera. Et quãuis dubitatio insignis, in cotylæ significatione subinde habeatur, eodẽ monente 5. ac 6. per genera; amplius

4. tue

cto tuendæ ualetudinis : nos attamen constanter ue-
tot unciarum esse credimus, quot modo aßignaui-
Explodenda est opinio Saladini, qua Cotylam nihil
tario differre scribit, pendereq; libras duas, ac semis-
Sed stupidior hæc est ignorantia, quàm ut multis refu-
mereatur.

uartarius quasi pars quarta sextarij, uel semicotyle, ca
xybapha aut acetabula duo, id est, uncias quatuor, &
iam. Per stateram uerò pendit olei uncias tres, sescunciā,
achmas duas, uini uncias quatuor, drachmam unam, scri
um unum, mellis selibram, & drachmas duas.

xybaphon recipit sesquicyathum, siue uncias duas, &
hmas duas: pendit olei sescunciam, & drachmas tres, uel
hmas quindecim: uini uncias duas, scriptula duo, mellis
as tres, drachmam unam. Cyathus capit conchas duas,
sescunciam : pendit olei drachmas decem : uini unciam
m, drachmas tres, siliquas quatuor, mellis uncias duas, &
tula duo.

heme habet cochlearia duo, aut drachmas duas, scriptu-
unum, grana quatuor, & quatuor quintas grani. Sed re
in Cheme, uelut in alijs quibusdam, ambigua est differen
, quam perspicuè apud Agricolam lib. 3. ac Cornarium
mmentariorum suorum per Loca Galeni libro & cap. 3.
noscere possumus. Veruntamē omnes fermè uno consensu,
cochlearia capere dixerūt. Vnde Fannius ait, Capit hæc
ilicet Chema) cochlearia bina. Atque hoc est iudicium
um, de mensuris liquidis Atticis, commune, cum uiris do-
ßimis: nihilo tamen minus, id paucißimis monstrabimus,
undem mensurarum serie denuò repetita.

Dixi Metretē, Latinis Amphorā Atticam, & Fannio in-
er Cadum uocari, quod quidem ex ipsius uerbis, ad hunc

 modum

modum constat cap. secundo.

Attica præterea dicenda est amphora nobis,
Seu Cadus: hanc facies, nostræ si adieceris urnam.

Dixi quoq; hanc mensuram, congios siue choas duodecim continere. Ineamus igitur nunc rationem.

Amphora Romana habet urnas duas, siue congios octo: urna autem congios quatuor: iam addamus amphoræ Romanæ congios octo habenti, urnam unam congios quatuor complectentem, nonne manifestißimum fit, Metreten consistere ex duodecim chois uel congijs? Atque illa in præsens autoritas sola sufficiat, cùm plures apud Agricolam lib. 2. diligens Lector inuenire potest, sicut & quòd mensura liquorum sit ex suprà adscriptis locis Dioscoridis.

Sequitur Choas, Romanis Congius appellatus, comprehendens sextarios sex, quod ex Cleopatra apertè declaratur, dum ait lingua Latina: Chus quidem habet mensura Cotylas Atticas 12. sextarios uerò sex. Hoc loco Georgius Agricola, multorum errores ostendit, corrigit & explanat.

Sextarios, corrupta dictione apud Andromachū, Heram, Asclepiadem, Critonem, Dioscoridem, Galenum, ac quosdam alios Græcos, Xestis dicitur: sed quomodo duas Cotylas, siue quindecim uncias olei capiat, apud Galenum li. 5. per Genera: Plinium lib. 21. capite ultimo, quando cyathum, pro acetabuli mensura, quindecim drachmas significare scribit, manifestatur. Eodem modo, de Cotyla, quartario, & oxybapho, atque sequentibus mensuris, quando disertè doctißimi Agricola lib. 2. & succinctè Syluius de simpl. medic. præparatione, lib. 3. explanarunt. Ego ne actum agere accuser, non profusiorem de his sermonem facere, contentus minorem mensurarum Atticarum numerum, sub minori, ex illo autore comprehendisse, quod ita fiet.

Met-

Metretes capit Choas 12 siue sextarios 72. siue cotylas
. quartarios 288. oxybapha 576. cyathos 864. Conchas
. Mystra 3456. Chemas 4320. Cochlearia 8640.
hus capit sextarios sex, aut cotylas 12. aut quartarios
oxybapha 48. cyathos 72. conchas 144. mystra 288. che-
360. cochlearia 720.
extarios capit cotylas 2. uel quartarios 4. uel oxybapha
yathos 12. conchas 24. mystra 48. chemas 60. cochlea-
120.
Cotyle capit quartarios duos, seu oxybapha 4. seu cyathos
cōchas 12. mystra 24. chemas 30. cochlearia sexaginta.
Quartarius capit oxybapha 2. siue cyathos 3. conchas 6.
stra 12. chemas 15. cochlearia 30.
Oxybaphum capit sesquicyathum, aut conchas tres, my-
t sex, chemas 7. & mediam, cochlearia 15.
Cyathus capit conchas duas, uel mystra 4. uel chemas 5. uel
chlearia decem.
Cōcha minor (duæ enim fuerūt) capit mystra duo, seu che
as duas, ac mediam, cochlearia quinq;, seu drachmas sex.
Mystrum scilicet minus capit chemen unam, & quartam
us partem, siue cochlearia duo, cum dimidio, hoc est, drach-
as tres.
Cheme capit cochlearia duo.
Cochlearium est mensura minima recipiens drachmam
nam, scriptulum mediū, grana duo, et duas quintas grani ad
ensuram referendo, haudquaquam usq; adeò in rebus minu
s necessariā, nisi quis alioqui curiosissimè hæc inuestiganda
ensuerit. Sed has minores mensuras, autores nō nisi per olei
pondera expresserunt, quarum magna est diuersitas.
Iam non adscriberem aridas mensuras, nisi lege quadā me-
net adstrinxissem: etenim ne nomina quidē tabernis nostris

sunt cognita, tantum abest, ut ullus earũ usus habeatur, proinde intermittere, aut negligere constitueram. At ne obliuionis accusandus cuipiam ueniam, breuißimè ex Georg. Agricola, ac Iacobo Syluio, ex eodem reponente, illas expediam.

Medimnus capit chœnices octo & quadraginta, siue sextarios nonagintasex, hoc est, centum & octo libras. Suidas idem confirmat.

Chœnix capit cotylas tres, uel sesquisextarium, uel libras duas & quadrantem, id est, uncias tres, autoribus Cleopatra, Dioscoride 5. cap. 28. Plinio 14. cap. 16. Iuxta Pauli uerò opinionem Chœnix habet sextarios duos.

Sextarius siue Xestis recipit cotylas duas, siue uncias 18. Galeno frequenter usurpatur.

Cotyle oxybapha quatuor, aut uncias nouem, Galeno 9. per Loca.

Oxybaphon, sesquicyathum habet, hoc est, uncias duas, ac drach. duas Gal. 3. per Locos, & Dioscoridi in Thymoxalme.

Cyathus, cochlearia decem, seu unciam & mediam, Diosc. in uino Melitite, lib. 5. cap. 6.

Cochlearium drachmam unam, scriptulum dimidium, grana duo, & duas quintas grani, Gal. per loca, cap. 2. in Apophlegmatismis Critonis.

Hæc est de aridis mensuris Atticis, succincta explicatio, quia permagna earum diuersitas reperitur, iuxta rerum, regionum, ac lancis differentiam: quem autem iuuat, uniuersam tum harum, tum aliarum Græcarum doctrinam cognoscere, Agricolam studiosè uerset lib. de Mensuris 2. Nos rectà ad ponderum cognitionem progredimur, ut tandem telam hanc absoluamus.

De ponderibus Romanis, & Græcis omnibus, seorsum duobus libris, Georg. Agricola copiosè discernit, quem legant

uolen

es, dentq́; operam, ut lectà quoque intelligant, quod uiquam futurum denuncio, præsertim triuialibus me- & triobolaribus Seplasiarijs, tum propter rerum pon uum multitudinem, usus q́; ambiguitatem, ac dictionis iplicis ubertatem: tum quia pleraq; illa pondera, ab inis nostris insueta abolitaq́; iacent. Proinde ego post rnam hæsitationem, tandem eo consiliũ direxi, ut quàm entissimè ac breuissimè ea solùm percenseam, quæ no- ibus Officinis, quotidiana componendorum medicami- consuetudine, utilia necessariaq́; fore existimaui. Ea sunt, libra, selibra, semissis, aut semis libra, uncia. semun sescuncia, duella, sicilicus, sextula, denarius, drachma, igiũ uel aureus, uictoriatus. semidrachma, scriptulus, aut mma, obolus. semiobolus, ceratium, chalcus, chirat siue at, Dauic granum. Sic habent tam barbara, quàm Græ- simul, ac Latina ponderum usualia nomina medica, de bus nunc ordine latius persequar, ut omnis fallacis sen- suspicio facessat.

Libra, pondo, As. pro eadem significatiõe accipitur, diui- urq́; in partes duodecim, quæ singulæ passim unciæ uo- tur, nimirum Vncia per se:

tans	Vnciæ	duæ.	Septũx	Vnciæ	septem
adrãs		tres.	Bes		octo
iens		quatuor.	Dodrãs		nouem
uicũx		quinq;.	Sextans		decem
scunx		sex.	Deunx		undecim

Et hæ numerantur libræ seu assis partes, frequentissimè Medicis Romanè loquentibus usurpatæ, quas profusius monstrare minimè est opus, cùm exempla nusquam non t obuia. Porrò semper alta mente cogitandum, libram quiuocam esse uocem, atq; unciarum tantum duodecim in

arte medica, tam ad mensuram rerum liquidarum (sicut manifestißime suprà ostendimus) quàm ad pondus solidarum. Itaq; diligens ubiq; distinctio apponenda erit, necubi error, per incogitantiam aut inscitiam, committatur.

Quòd autem libra duodecim uncias, siue drachmas nonaginta sex pendat, Galenus 4. sanitatis tuendæ testatur, dum ait, Resinæ abietinæ, libræ unius tertiam partem: id æquat drachmas trigintaduas. nam si ter istum numerum reduntegres, resultant 96. drachmæ. Rursus primo per Genera, in quiens, Libra drachmas sex habet ad nonaginta. Amplius; per genera, Libræ duodecima portio, appellatur uncia. E Fannius cap. primo.

Centum hæ sunt drachmæ (de minis Atticis loquitur) quòd si dempseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram deniq; libram. (nostram intellige Romanam.) In summa, conueniunt hic omnes, libr ex xij. uncijs constare. Hinc bilibris, trilibris, quadrilibris, i est, duæ, tres, quatuor libræ. Atqui libram pondo dici, Festu Pompeius his uerbis indicat: Centena pondo dicebant antiqui referentes ad libram. Et Apuleius capite 113. A pondo deriuantur dupondius, dupondo, duapondo, siue pondo dua: trepondo, uel pondo tria, quinque, sex, septem pondo, & amplior, tali loquendi forma numerus. Quòd As etiam erat libræ pondus, sic probatur ex Volusio Metiano lib. de Asse: In quas partes As diuiditur, in has & libra dispenditur. As autẽ diuiditur in xij. uncias, igitur & libra in xij. uncias dissecatur, uelut per uniuersam adhuc Italiam obseruatur. Hactenus breuiter de libra Romana, cui affinis fuit Mina Attica, utpote quatuor tantum drachmis grauior, testificante id Galeno per Locos 9. cap. 3 in hæc uerba: Iridis Illyricæ minæ quartam partem, hoc est, drachmas

uigi

ntiquinque. Ac 5. per Genera, in scriptura Icesij empla-
Critonis, atq; itidem Heræ. Insuper Cleopatra, cum ait,
ica Mina uncias habet duodecim cum dimidia, drachmas
um, &c. Suidas etiam scribit centum drachmas, minam
m facere. Quin & ex suprà citato Fannij uersu idem li-
t, ac Plinio lib. 21. cap. 34. scribente, Mna, quã nostri Mi-
a uocant, pendet drachmas Atticas centum. Idem Diosco-
s uerba Latinè reddẽs, pro Mina siue Mna, libram uer-
e assueuit. Fuerunt autem Minæ, ut obiter adiungam, tri-
ces Medicis Græcis: Attica, quam modò indicaui, unciarũ
elicet duodecim & dimidiæ: Medica, unciarũ sedecim, siue
chmarũ 128. qualis nunc ubique gentiũ negociatoria ha-
tur: Alexandrina unciarũ uiginti uel drachmarũ 160. Nec
ert, quod ante finem Pauli Aeginetæ legatur, interpre-
Guinterio, Mina Attica & Aegyptia habet uncias sede-
m: quia Galenus palàm Atticã Minam, centũ drachmarũ
onunciauit, sicut mõstrauimus. Ac propterea Cornarius,
utißimi iudicij uir, mendã in Paulo est suspicatus, debereq;
o ἀττικὴ, hoc est, Attica, legi ἰατρικὴ, id est, Medica. Se-
pionis interpres loco Minæ, Mannes corruptè uertit, ut
dere est cap. simpliciũ 304. de Scilla & alibi. Non ero hic
Minis loquacior quum minimũ utilitatis Officinis nostris
fferant, ac rarißimus earũ ijsdem sit usus: & sicubi incidat,
ræstò sunt Medici, quibus erudiantur, præsertim lectione
gricolæ lib. 5. Græcorum ponderũ, ut alios prætereã. Illud
utẽ necessario repetendũ, propter quorũdam imperitiam,
emeritatem, qua plerisque mortalibus præsens pernicies,
ro salute, adfertur, quando libram unciarum sedecim intel-
gentes indocti medicamentarij, paßim iuxta illam, minora
ondera, puta, unciam, drachmã, ac alia eiusdẽ generis, nefa-
io opere, in medicinæ cõpositionibus, instituunt atque usur-

 pant,

pant. Itaque discant toties moniti, semper libram, quæq; ex ea resoluuntur pondera medicinalia, non pluribus, quam duodecim uncijs consistere.

Ex Libra deducitur Selibra, ac Semis, manifesto prorsus intellectu, qua uoce utuntur Liuius libro quinto ab Vrbe condita: Celsus lib. 5. ca. 18. Malagmate primo & Scribonius Composit. 266. Reliquas libræ partes, ex recitatis per uncias portionibus, promptum est agnoscere, quanquã in Seplasijs publicis, usurpari non soleant: sed repetito & aucto unciarũ numero, ponderis quantitas significatur, ut uncias duas pro sextante, tres pro quadrante, quatuor pro triente, loquẽtes. Quapropter nunc tempestiuè Vnciam explico, quò tota res clarior euadat. Ea est duodecima pars Aßis, siue Libræ, pendens drachmas Atticas octo, uel denarios Romanos septem. Id partim ex suprascriptis, partim ex sequentibus cognoscitur: siquidem Galenus per Loca, lib. 4. cap. 5. ad hunc modum docuit, æris usti unciam unam, quod est drachmæ octo. Similiter tituli eiusdem lib. 6. cap. 1. in stomaticis Andromachi, octo enim drachmæ, unciam efficiunt. Amplius lib. 8. inquiẽs, Asclepiades reliquorũ singulorũ singulas uncias admiscuit, hoc est, drachmas argenteas octo, aut septem & dimidiam. Scribonius Largus, nobilis autor Latinus, in Præfatione, unciam in septem denarios distribuit. Celsus lib. 5. ca. 17. identidem fecit, dum ait: Sed & antea sciri uolo, in Vncia, pondus denariorum septem esse. Nec ab ista doctrina est alienus lib. 33. cap. 9. Plinius. Imò Galenus quinto per Genera, plurimos septem & dimidiæ drachmæ, aliquos septem tantùm, aliquos octo drachmarum constituiße unciam asserit. Item eiusdem operis lib. 6. ponderalis uncia, octo drachmas pendit: & in Emplastro ab ipsomet cõscripto, resinæ terebinthinæ uncias duas, hoc est, drachmas sedecim. Ex quibus omnibus, magna apparet

...ret unciæ dissensio. Sed reuera qui drachmas septem in ... decernunt, Denarios apud Romanos uocatos intelli... qui uerò drachmas octo, Atticam & Medicā unciam ...ficant. Et fieri alioqui potuit, in expendendis utriusque ...eribus, ut leuiores, uel grauiores in lance habuerint, ...non multum sit discriminis. Fuit præterea Romæ medi...n exercentibus Græcis promiscuus usus, ut nunc in se..., nunc in septem & mediam, nunc in octo drachmas, ...um partirentur, quod tum ex Galeno, tum ex Plinio di... uigesimoprimo cap. ultimo comprobatur, scribente, ...chma Attica, denarij argentei habet pondus: Quin Marcellus Medicus, Græcorum drachmas, cum Roma...um denarijs, cōuenire scriptum reliquit: Et Fannius dixit ...primo:

...ncia sit drachmis bis quatuor. ℥. for ʒ 8.

...ed quid his probādis immoror? Nonne ipse Galenus con...tur, opinari se, Asclepiadem, drachmam argenteam, pro ...rio Romano, indicare, ut hoc uno testimonio, drachmam ...denarium fermè indifferenter Græcos ac Latinos usos ...se antiquitus credi poßit? Etenim, inquit, sic ferè omnes ...entiores medici appellare in more habent, neque ipsa rei ...ura, aliud nos intelligere cogit. In summa, Cleopatra Mi...n Atticam explicans, unciam unam, drachmas octo cape...ostendit. Quin Hesychius, drachmam unciæ octauam par...a asseruit. Vnde indubitatum esse debet, parum referre in ...positionibus, drachmam ne an denarium intelligamus, ...ndo communiter non multum curantes autores, unā uo...n pro altera, legentes interpretentur. Et hinc adeò mani...ta est unciæ intelligentia, cui Oribasius, Paulus, ac doctis...i quique huius ætatis subscribunt, atque ita habet uul...ris usus, in pharmacopolijs. Nequaquam audiendus Ale...

xander

xander Benedictus, ut nec Saladinus, unciam pronunciantes drachmas nouem, nulla probatione seu autoritate freti. Ex his insuper clarum fit, quid sit Semuncia, nimirum dimidia pars unciæ, quæ etiam Stater dicitur, continetq; drachmas quatuor, autoribus Galeno li.2. per Genera, ubi inquit, Miscebis opopanacis semũciã, quod est, drac. quatuor. Amplius Varrone lib.4. Columella 12. cap. ultimo, Balbo ad Celsum de Agrimensoria, & Volusio. Similiter manifestum est, quid sit Sescuncia, aut Sesquiuncia, hoc est, uncia, & eius dimidium illa utuntur Galenus plerisque locis, Celsus lib. quinto cap. 18. Malagmate Euticlei ac Scribonius Compo. 210. Ad Duellam uenio, pondus duarum sextularum, ita id explicante Fannio cap. primo.

Sextula cum dupla est, ueteres dixere duellam.
Est unciæ tertia pars, scriptulis constans octo.

Sicilicus siue Sicilicum ex duabus drachmis consistit, Festo teste, dictum, quia semunciam secet. Probatur idem ex Fannio, carmine sequenti:

Drachmam si gemines: aderit quem dicier audis
Sicilicus. Itidẽ ad finẽ Scribonij Largi, utitur eo Cõp. 145.

Sextula est sexta pars unciæ. Pendit itaque scriptulos quatuor, nam sexies quater, reddunt 24. ac totidem scriptulis, uncia efficitur: scripsit enim Fannius:

Drachmæ scrupuli si adiectio fiet,
Sextula quæ fertur, nam sex his uncia constat.

Iam locus exigit, ut de Denario ac drachma explicem, quæ octaua pars unciæ censetur, cuius duodecim librã pendunt. Id imprimis aduertant rei medicæ studiosi, simul & pharmacopœi, ne cum mercatorijs ponderibus permisceant. Sed quamuis manifesta drachmæ ac denarij sit cognitio, ex antea dictis, attamen ad pleniorem intelligentiam, auctarij

uice,

quædam huic loco apponam. Plutarchus igitur quoties
mni denarium habent, drachmam transfert. Simili mo-
transferendis medicis Plinius, pro drachma, denarium
t. Auicenna Darkimet appellaſſe uidetur, Græci inſu-
Holce, habetq; ſine cõtrouerſia ſcriptulos tres, ſiue obo-
x Cleopatræ, Diodoro, Xenophonti, Oribaſio, Paulo,
o, Fannio, & alijs omnibus. Vnde idem uſus apud Offi-
etiamnum permanet. Oribaſius Holcen drach. tres ha-
aſſeruit: ſed quantum huic in menſuris ponderibusq; ſit
uendum, non dico, cum ferè omnia iſthic ſint deprauatiſ-
. Ex drachma non obſcurè intelligi poteſt pondus ſemi-
hmæ, quo paßim medici utuntur, cuiusq; meminit Gale.
per genera. In ſtomaticis autem Andromachi 6. per lo-
cap. 6. drachmæ dimidium, hoc eſt, obolos tres dixit. Ori-
ius Ilarium uocauit.

am quia quemlibet tenere arbitror, quæ ſit ſententia de
ario ſiue drachma, ad alia pondera paucis interpretan-
peruenio, ubi Hexagium, aut Exagium Myrepſo ac Pan-
tario, ab Alciato Stagium, alijs Aureum, & Solidum, pro
uidrachma, uel drac. una ac media, accipi cõpertũ habeo,
tis magis diuturnitate tẽporis, quàm autorum uoluntate.
Tranſeo ad Victoriatũ, quo frequentißimè, ponderis lo-
utitur Scribonius Largus: at Celſus peculiariter ſemis de-
rij, lib. 5. cap. 18. ſcribere maluit. Cur id nominis acceperit,
inius 33. cap. 3. explicat. Galenus in uertendis Scribonij cõ-
ſitionibus, duos obolos, id eſt, ſcriptulum, frequentius ne-
usq; triobolon, ſiue tres obolos appellat. Marcellus Medi-
s cap. 17. drachmæ dimidium. Voluſius denarium medium
onuntiauit, idem uidelicet pondus, cum Galeno, & Celſo
terminantes. Atq; hoc loco, quàm parua, imò nulla fuerit
aßim denarij ac drachmæ differentia, diſci poteſt. Pande-

ctarius



ctarius & re, & interpretatione, cap.681. Victorialis, id e
pondus drach.j. & script.j. imperitè dixit.

Videamus nunc de Scriptulo, qui gramma, uoce Græc
appellatur. Manar. epist.1. lib.4. item 4. lib.3. & cap. de la
pide Armeno, Grammarium se quoq; legisse testatur eade
significatione, cuius rarior usus ueteribus iunioribus fre
quentior, sicut clarè uidetur apud Trallianū, Aëtium, My
repsum, Alexandrinum: præterea apud Celsum, Plinium, Co
lumellam, Fannium scrupulum etiam dicentes. Eius tre
drachmam constituunt, & xxiiij. unciam, quod ex superior
scriptura conuincitur. Quapropter Fannius cap.1. cecinit:

Vncia fit drachmis bis quatuor, unde putandum
Grammata dicta, quòd hæc uigintiquatuor in se
Vncia habet, tot enim formis uox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemq; diemq;.

Qui non omnino negligenter & imprudenter ista legunt,
promptè oboli notitiam assequuntur, ut qui sexta par
drachmæ sit, aut scriptulus semis, pendens grana decem fru-
mentacea, siue hordeacea, supputatione nunc usitatißima,
diuiditurq; in duos semiobolos, Oribasio habet obolus sili-
quas tres, Aëtio ceratia tria, quod in idem redit. Diodoro
autem chalcos seu æreolos sex, Plinio decem, de quibus mox
perstringam. Ab obolo, semiobolus, diobolus, triobolus,
id est, medius obolus, duo, tres. Manardus cap. de Euphorbio,
Analosat interpretatur obolum.

Nunc consequenter Siliquam, Græcis Cerat̄ion ac Chal-
cum, alijs æreolum subijciam: ubi initiò dicendum, siliquam
esse scriptuli sextam partem, ita ut siliquæ sex grana, scri-
ptulum unum reddant. Et quoniam obolus huius dimidium
sit, ideo tria siliquæ grana, ex obolo constituenda erunt, ex
uoluntate Pauli Aeginetæ, Actuarij: atque ad eundem mo-
dum

um apud Iureconsultos obseruatur. Affirmant Agricola, uellius, Syluius, Fuchsius, chalcum uel æreolum efficere siquæ dimidium: proinde omnia, de siliqua, ex medio ponde-, ad chalcum referentes, scriptulum complecti chalcos aut reolos duodecim, & obolum, eosdem sex recipere, compe-emus: qua equidem ratione, chalcus sesquigranum pondeit, sed resultat pars sexta, adeò ut in scriptulo cõprehẽdanr chalci tredecim, ac medium insuper granum. Quaproter drachma una, chalcos iustißimo pondere xl. retinet. lij, inquit Syluius, chalcum oboli octauam partem faciunt, lij decimam, ut ex Plinio suprà notauimus. Illam doctrinam recipimus, tũc scriptulus, ex duobus chalcis ac medio constet: aut iuxta obolum, chalcus unus, unũ granũ, & quarum ipsius pendet. Sin decimam partem oboli admittimus, uot chalci, totidem grana erunt. Ioan. Tagautius obolum duos chalcos diuidit, itaq; chalcus grana quinq; habebit. uellius siliquæ, lentis octo semina, ad lancem, tribuit, Polianum opinor imitatus. Saladinus æquè ac Tagautius quauor hordei grana dixerũt. Sed quia horum multa sit uarieas, iuxta diuersam ponderũ multitudinẽ, & non ualde mulum in tabernis usum habeant, idcirco amplius de istis mihi isserendum non proposui: tantũ ergo quæ ego experimeno de leguminum appensionibus cognoui, breuiter referam, t hinc alij consilium pariter ac iudicium colligant.

ẽdũt igitur	Lupinorum grana quinque Lẽtiũ grana quinquagintasex Fœnu græci sexaginta Hordei trigintaduo Siliquæ octo	scriptulũ unum.

Loquor hic de seminibus seu granis mediocribus magniudine, maturis, integris, siccatis, in Germania, uel ei propin

qua

qua regione, natis, cùm alioqui in magnitudine & ponder haud exigua habeatur inueniaturq́; differētia. Etſi nō igno rem omnibus in uniuerſum Officinis (adeo nullam excipio grana communiter hordei uiginti, pro ſcriptulo, aut uulgar loquendi more, ſcrupulo, intelligi.

Supereſt Chirat, Dauic, & granum prædictis adiunger atque ſic omnem ſermonem finire.

Eſt itaque Chirat, pondus quatuor granorū hordei Sera pioni Tract. 7. cap. 37. Huic adſtipulantur Pandectarius cap 372. Arculanus expoſitione Rhazæ ad Almanſorem cap. s Manardus in Philonio Meſues, Matthiolus cap. Dioſcoridi 85. lib. 1. & Saladinus, quos nunc citaſſe teſtes ſufficiat.

De Dauic colligo ex Serapione, granorum eſſe ſeptem & dimidiū. Nam harme, inquit, quarta drachmæ unius, aut Da uic duo. Iam ſi Dauic duo, quartam drachmæ confiteamur reliquum eſt, ut quindecim grana maneant, cùm drachm teſtificantibus omnibus, granorum ſit ſexaginta. ergo daui tot habet grana, quot numeraui, illo autore. Pandectariu tamen ceu de incerto aut dubio pondere, cap. 199. in hæc uer ba prodidit: Dauic eſt nomen ponderis octo granorum hor dei, ſecundum aliquos, ſex granorum, aut aurei unius, au trium granorum, & eſt uerius. Saladinus ſex granorum aſ ſeruit, quem ſequitur Fuchſius. Ego in hac obſcuritate ſimu & ambiguitate nihil habeo, quod certius affirmē: nec enim multum refert.

Porrò in grano explicando, prolixior eſſe nolo, quādo ad unum omnes de hordeaceis intelligant plenè maturis arefa ctis, non tamē in totum exuccis ſiue emaciatis: ſed quantum etiam in his ſæpe ſit diſcriminis, non eſt opus demonſtrare, quum ipſa res, maniſeſtiſſima fide, cuiuis cognoſci poteſt. Cer tius quidem in granis expendēdis ageretur, ſi firmo ſolidoq́;

ære,

re, illa ad aurifabrorũ ritũ formarentur, ut perpetuò idem stumq; pondus granorum subsisteret.

Postremùm ne quis hìc queratur, sibi nõ factũ satis, uolui initio auspicatus, maiora pondera in minora distribuere. Libra itaq; habet selibras duas, uncias 12. semuncias 24. se ũcias 8. drachmas 96, duellas 36. sicilicos 48. sextulas 72. hexa a uel aureos 64. uictoriatos 192. scriptulos aut grãmanta 38. obolos 576 siliquas siue ceratia 1728. chalcos uel æreolos 56. Sed in hac cõputatiõe, attẽtũ Lectorẽ, opinionũ uarieta dignoscere atq; existimare uelim, quã suprà etiã aßignaui. t alios sequẽtes nũeros ad minima resoluere, amplius subsi ?, cũ Arithmetices peritus, illud haud difficulter facere quea t & plerisq; nostrũ uelut superuacaneus labor putabitur.

Atque hactenus rerũ medicarũ quisq; mensuras ac ponde a usui necessaria, exactè ad germanã, maximeq; cõuenientẽ octrinã, expensa habet: quæ sanè grauatus fuissem tã diligẽ er adscribere, nisi summũ discrimẽ, in quotidianis medicatio ibus parandis, iãdudũ animaduertissem, quod utinã nũc tã em, uel nostris his quibuscũq; conatibus, uel potius aliorum octiorum, publico omniũ bono, emẽdetur. Ego hoc loco Ope i uniuerso finẽ impono, cũprimis Deo opt. maximo, eiusq; ilio IESV CHRISTO Domino nostro, & ex utroq; procedenti Spiritui sancto, immẽsas gratias agens, qui me ad ũc usque diẽ, pro sua inæstimabili benignitate, seruarit, do nec Spartam hanc, pro modulo meo, adornãs, in proximorũ utilitatẽ & neceßitatẽ inuulgarim. Illi uni sit salus, glo ria, honor, ac potentia, in perpetuum, Amen.

LIBRI DECIMI, DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM, FINIS.

INDEX RERVM AC VERBORVM, QVAE IN

hisce, de construendis medicamentis, Commentarijs continẽtur, notatu dignorum.

A

Agnus

Argen

Buglo

Cerui

Dia

Elect.

Geldu

I

Ioan

Malo

Mensu

Nehe

Passum

Sium

Meſue

Veritas

Vng.

FINIS.

GERMANICARVM HVIVS

Operis uocum Index.

Dambe

Guter

Nach

zam

Treib

Ende.

GALLICA
RVM VOCVM
Index.

A

B

C

Fene

Q

R

S

T

V

FINIS.

ITALICARVM VOCVM Index.

A

B

C


BIBLIOTHECA

Thymo

FINIS.


BIBLIOTHEC. STRAHOVIENSIS

[illegible] alb. & [illegible] — [illegible]
Multa [illegible] ad [illegible]: [illegible], & alba
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], & [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]: [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] [illegible]
[illegible]. et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] [illegible]: [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] allegorat [illegible]
[illegible]

[illegible] a [illegible] q̃ [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] allegorice
[illegible] [illegible] [illegible]. aliq
corum [illegible] in [illegible] [illegible] in
fontanea bibuē

[illegible] [illegible] sibi adplicare
* illa [illegible] amor [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] 743

[illegible] 818

[illegible]

Assa [illegible] quotid[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] 300

Destillano 873

Vinu[m] si mutat. accipe [illegible]
n° 30. combustas et [illegible]

Si vinu[m] muffadz [illegible] [illegible]
vinu[m] [illegible] [illegible], et [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] a [illegible].

Si vinu[m] [illegible] [illegible]
[illegible], et vinu[m] [illegible] in [illegible]

Albertus [illegible] Cola
[illegible]

Aingaktmertz [illegible]
Carlina

[illegible] : Aegrio Fallopius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] pingui [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] [illegible] : de coster
[illegible] Romano.

[illegible] [illegible] fere [illegible]
[illegible] : [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] :
Nardus Celtica [illegible] [illegible] [illegible] vel spica
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nardi
[illegible] in [illegible] [illegible] : [illegible] spica
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] in [illegible].

[illegible] [illegible] 72
[illegible] 65

Bolus ad [illegible] [illegible] &
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

R Syr: [illegible] [illegible] radicibus ℥i
[illegible] [illegible] ℥i
℥s.
[illegible] [illegible],
Agrimonia [illegible] ℥i
[illegible]

[illegible] addi[illegible] [illegible] [illegible], [illegible]

R Sp: Aromatic ros: ℥ i s.
ligni aloes ℥ i
[illegible] ʒij

[illegible] albi g. s. [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible].

[illegible]

[illegible] 52.

Amatus Medicus 312